Et quāuis aliqui ex testibus parte dicti de Massuez in hac causa pductis & examinatis super articulis exordieñ. Licet ex his &c. et insertis. fo. cxv. & super articulis exordientibus, Dicēdo aduersus &c. insertis. fo. cxxxiij. & sup alijs quibusdā visi fuerint deponere q dicte pretēse nota & postille videnť eis fuisse scripte eadē manu, prout etiā dixerunt illi probi qui pro facienda cōparatione vocati extiterunt, ipsi tamē non deposuerūt nec deponunt quin litera dicte pretēse postille sit grossior et nigrior q̄ sit litera dicte pretēse note, quinimo multi ex his deposuerūt & dixerunt q litera ipsius asserte postille erat grossior et nigrior. illi etiā probi assumpti dixerūt eā grossiorē: que omnia vt predixi videri & sciri possunt per inspectionem faciendam per hanc insignem curiam. fuerunt ergo et sunt scripture huiusmodi dissimiles, saltem penes grossitudinem et tenuitatē, et penes maiorem et minorem nigredinem propter quod videtur potius iudicandum q ille sunt scripture diuersarum manuum q̄ vnius, presertim cum vt superius dixi allegando Bal. in duobus locis sint homines qui sciunt adulterari scripturas & eas facere similimas. Non nego quin mutatio temporis seu etatis scribentis atramenti, calami, et etiam papiri inducere possit & valeat aliquam dissimilitudinem in literis, sed hoc non suffragatur eidem nobili de Massuez. Et primo quidem nō quod opponitur de mutatione temporis, quinimo hoc potius facit contra eum, quia si ideo dicatur dissimilitudo in his literis contigisse, quia ille facte fuerūt diuersis temporibus: non est credenduz dicte pretense postille vt superius dixi, et ita etiam senserunt multi ex testibus parte dicti de Massuez in dicta causa productis et examinatis super dictis articulis dicendo aduersus &c. Non etiam eundem de Massuez releuat quod opponitur de mutatione calami, quia non est probatum qō propter mutationem huiusmodi contigerit dissimilitudo de qua supra, et esto q propter eā contingere potuisset, potuit tamen contingere etiam propter mutationē temporis, et sic probatio remanet ambigua et incerta que in vtroq nō concludit pro eodem de Massuez, sed in vno concludit contra eum, scz si dissimilitudo contigerit propter mutationez tēporis, pretensa ergo probatio eundem de Massuez non releuat. c. in presentia. & quod ibi per docto. de proba. etiam eundem de Massuez nō releuat quod opponiť de mutatione atramenti et papiri, quia esto q et incaustum et papirus mutate extitissent, non tamen videretur q propter mutationē huiusmodi cōtigerit dissimilitudo de qua supra, quinimo attento q folium in quo scripta est dicta pretēsa postilla reperitur vel aqua vel alio liquore maculatū, deberet litera dicte apostille apparere minus nigra si illa facta extitisset eo tempore quo et scriptura dicte pretense note, et hoc potest iudicari per expertos, ita vt videatur hec similitudo potius contigisse vel ex diuersitate manuum vel mutatione temporis q̄ ex mutatione atramenti vel papiri.

Preterea etiam nō suffragatur dicto nobili de Massuez qō de postillis fuit parte ipsius propositum et deductum in secundo et tertio articulis dictorum articulorum exordientium, Dicendo aduersus &c. Tum quia testes parte eius producti & super dictis articulis examinati deponunt varie. Aliqui enim dicūt qō non obstātibus postillis credit notis postillatis et nihil dicunt de fide postillarū, & sic non obstant. Alij vero dicūt q creditur etiam postillis si ille apposite extiterint de consensu partium et ante factam recitationem seu publicationē, sed nec istorum dispositio obstat: q2 non apparet q dicta pretensa postilla fuerit apposita de consensu dicti quondam nobilis Amedei, queadmodum nec qō ante recitationem que etiam facta non apparet. † Aliqui autem conantur deponere qō ppter postillas

58

nō diminuať fides notarū, & qō credatur tam notis q̄ postillis nihil dicētes de cōsensu partiū. Sed nec istor depositio seu dictum suffragať prefato de Massuez. Tū q2 dictū eorū intelligēdū est, pcedere eo casu quo notarius attestatur se fecisse apostillas iuxta & scdz theoricā quā ponit Bar. & doc. i. d. l. j. ver. & ideo. ff. de his que in testa. delen. & doc. in. d. l. si vnus. C. de testa. quia sic erunt depositiones iuri cōi cōsone. Et hoc videť maxime procedere in hoc casu quia q̄uis ipsi testes dicant credi notis & postillis, & sic loquuntur indefinite, nō tū dicūt vniuersaliter credi oibus notis postillatis et oibus postillis, nō ergo probāt de oibus: † quia licet indefinita in multis casibus equipolleat vniuersali, sec° tū est in dicto testis, vt voluit Inno. in. c. auditis. de prescrip. & qō ibi Panor. col. iiij. & idem voluit Alex. de imol. cōsi. cx. exordiēte, Visis acutissimis dubitationibus &c. col. ij. in primo volu. vbi etiā allegat Pet. de ancha. & Jo. de imol. in. c. quāto. de his que fiūt a prela. Et idē voluit ipse Alex. cōsi. vij. ad fi. in eodē volu. multas remissiones idipsum sequens ponit do. Feli. in. d. c. auditis. col. xiij. ver. gusta etiā quotidianū verbū Inno. † Et huius dicti illa reddiť ratio: q2 dictū testis debet necessario cōcludere & nō presumptiue. d. c. in presentia. et. l. nō hoc. cū suis simili. C. vnde legi. Qō nō facit quando deponit per indefinitum vt verbi gratia: si dicat q eps exercuit iura episcopalia in tali ecclesia nō cēseť deposuisse q oia epalia exercuerit. Et idē in casu de quo contendiť, q2 esto q aliqui testes visi fuerint deponere qō credatur notis postillatis & earum postillis, non tamen cēsendi sunt deposuisse q credať omnibus notis postillatis et omnibus postillis. Et ad hoc optime faciunt quod not. Pet. de ancha. & Jo. de imol. in. c. quāto. & sequitur Alexan. in dicto cōsilio. vij. et consilio. cx. † Qui omnes volūt q licet in instrumento contineatur q canonici talis ecclesie constituerūt talem procuratorem seu sindicum, non propterea pbať per instrumētū illud esse sindicū legitime cōstitutū a capitulo vel a maiore canonicor parte: q2 illa verba possunt verificari in duobus tantū canonicis. l. inter illam. §. fi. ff. de verbo. signi. quod etiam fuit de mente Bart. in l. fina. C. de predi. curia. lib. x. & Gemi. in. c. si canonici. in princi. de offi. ordi. in. vj. alias & multas remissiones ponit Feli. in dicto versi. gusta etiā quotidianū verbum Inno. nō est ergo probatum qō dicte pretense postille credi debeat. Tum etiam non obstat depositio seu dictum testiū huiusmodi, quia quatenus deponūt q propter postillas non diminuitur vel notarum vel ipsarum postillarum fides, ipsi deponūt non quidez de eo quod est facti, & propter eius probationem vocati sunt. Sed de eo quod est iuris ad qō nō sunt vocati: quia nō vocantur vt iudicēt sed vt de facto deponāt, de eo vcz quod potest sensu corporeo cognosci, per id quod not. Inno. et sequuntur ibi doc. in. c. j. īfra. de testi. in. l. solam. & l. testiū. C. eodem titulo.

59

60

61

Preterea si attēdatur ad verba et tenorem dicte pretense postille non videtur nec etiam apparet superesse locus quo oportune inculpari possit vel debeat in dicta pretensa nota quin sequantur multe absurditates, contrarietates et superfluitates. Et quicquid sit vel illa pretensa postilla est prorsus et omnino extrauagans & incerta, et sic ad nullā partem dicte pretense note remissa vel ad aliquam forte per pretēsam tacolam seu signum. Si primum certuz est quod illa nihil probat per ea que not. doctores in dicta. l. si vnus. C. de testa. Si secunduz dico quod illa etiam non probat cum in corpore dicte pretēse note reperiantur et sint due tacole seu duo signa sibi inuicez, & illi pretenso signo existenti in capite dicte pretense postille conformia. Propter quod superest et restat ambiguitas ad quod dictorum duorum signorum siue duarum tacolarum cēseri debeat facere remissionem, tacola seu signum positum in capite dicte asserte postille, nisi forte quis dixerit quod dicti probi facientes comparationem de qua supra iam responderint et dixerint quod signuz dicte postille remissionem faciat ad primum signum positum post illa verba, de suo proprio corpore &c. q̄uis ipsi aliter loquantur. Sed istud non obstat, quia prefati probi a[ssum]pti extiterunt vt comparationem facerēt de instrumento et di[cti p]retensis registra, nota, breui, postilla, et alijs scripturis dicti quōdam Turmuleti non vt dicerēt vel referrent vbi poni debuerit dicta pretensa apostilla. Qui etiam mouentur ratione minus efficaci et sepius per dictum de Massuez impugnata, quatenus scilicet dicunt sibi ita videri pro eo quia ita repererunt clausulas ordinatas in dicto pretenso registro, et sic volunt vel declarare vel corrigere assertam per dictum de Massuez matricem scripturam per registrum vt ipse asserit inde sumptum, quod tamen vt ipse contendit faciendum non est, sed potius econtra. Adijcio quod si debita et alias prout oportet inspiciantur verba dicte pretense apostille hoc profecto comperietur quod illa non fuerunt nec sunt descripta in dicto pretenso registro, saltem sub eisdem verbis aut forma

et effectu, sed plurimum differentibus, quod quia videri potest, et quidem per hanc insignem curiam que multo et vt ita dixerim infinite subtilius videbit et cognoscet in quo intersit et referat, et in verbis et in effectu inter dictam postillam et assertam clausulam positam in registro, ego super hoc non insisto. Preterea aut ista tria signa sunt posita per dictum Turmuleti aut per aliũ. Si per aliũ dicta pretensa postilla est prorsus ⁊ oĩno extrauagans et incerta et sic non probat: quia nescimus vbi illa poni debuerit aut debeat. si per dictum Turmuleti de quo tamen nõ bene apparet, dicat aduersarius ad quid positum est dictum secundum signum postꝙ̃ ipse contendit qđ ad illud aut locum in quo positum est referri non debeat signum positum in capite predicte apostille, qđ puto eum dicere non posse, et sic si diuinare nolumus, prout non debemus nos remanemus incerti, que incertitudo nocere debet prefato de Massuez supplicanti ⁊ actori non dicto de Claueysone supplicato et possessori. l. fina. cum suis simili. C. de rei vendica. Nec probat illa pretensa iuris presumptio per dictũ de Massuez allegata in. xiij. articulo dicte schedule dicendo aduersus ⁊c. quia esto citra preiudicium veritatis ꝙ probatum extitisset dictuȝ nobilem de Massuez fuisse ⁊ esse de descendentibus dicti quondam nobilis Amedei, non propterea infertur ꝙ idem quondam nobilis Amedeus censeri debeat presumptione iuris substituisse eundem de Massuez vel alios pretensos eius descendentes, et presertim ante dictam nobilem Beatrisiam, cum vt etiã apparet ex tenore dictarum pretensaruȝ note ⁊ postille, idẽ nobilis Amedeus pretendatur substituisse dictum nobilem Franciscum eius fratrẽ ⁊ liberos masculos illius ante dictos pretensos eius descẽdentes: qui etiam videtur fuisse motus ad substituendum iuxta ⁊ secũdũ formam de qua in dicto instrumẽto parte dicti nobilis Gauffridi in hac causa producto, pro eo quia ita fuerãt facte substitutiones per dictum quõdã dominum Gauffriduȝ alias ad quid eius proprijs filiabus pretulisset extraneum, scȝ Franciscum fratrẽ ⁊ illius masculos liberos eius nepotes cõtra id quod habetur in. l. lucius. la. iij. ad fi. ff. de heredi. insti. in. l. cum auus. ff. de conditio. ⁊ demõ. l. generaliter. §. fina. C. de insti. et substitu. ⁊. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. eo presertiȝ quia licet prefatus dominus Gauffridus filiabus suis masculos suos pretulerit, non tamen eis pretulit extraneos ꝙ̃uis eius cognatos, quod saltem videri potest de nobili Humberto marescalli eius nepote et eius liberis masculis quos non pretulit dictis eius filiabus sed eos post eas et earum liberos substituit. Idem fecit de nobili Ludouico reuoyrie domino Herbaysij ⁊ eius liberis masculis quos etiam existimo fuisse de cognatis. Est igitur verisimiliter presumendum qđ dictus Amedeus filias suas pretulisset Francisco fratri et filijs masculis illius, nisi vidisset prefatum eius patrem aliter ordinasse, quod si ita est cur pari ratione moueri non debuit ad preferẽdum dictos nobiles Beatrisiã et illius liberos masculos quos sciebat fuisse per patreȝ substitutos vt predixi.

Addo finaliter et postremo

quod etiam supposito citra preiudicium veritatis quod dicte pretense nota et postilla fuissent et essent vere, non tamen potuisset nec de iure posset idem de Massuez pretẽdere se fuisse substitutuȝ et eum effectũ inuitatum in vim illius pretense substitutionis de qua in dicta apostilla. 62 † quia vt apparet ex actis cause huius ⁊ signãter per cõfessionem eiusdem de Massuez, ipse nec erat natus nec conceptus tempore mortis dicti quondam nobilis Francisci, cui se pretendit extitisse substitutum sub conditione si idẽ Franciscus liberos non haberet quem tamen oportuerat esse natum vel saltẽ conceptum tempore purificationis dicte pretense substitutionis que facta fuisset tempore mortis eiusdem Francisci, per id quod voluit Lamber. de rampo. in quadam sua questione exordiente, Quidã Meuius ⁊c. vbi ponit casuȝ qđ Meuius pater ⁊ testator Petro filio ⁊ heredi vniuersali substituit vnum ex filijs Titij alterius filij queȝ ipse Petrus heres elegisset vel nominasset. Ex quo casu elicit dubia sequẽtia. Primum an substitutio huiusmodi valuerit. Secũdũ quid si nullum elegerit vel nominauerit Petrus heres, an equaliter succedent omnes, et tunc an ex testamento vel ab intestato, et an natus post mortem Petri heredis succedat cũ alijs. Et omissis responsionibus quas facit ad precedentia quesita, quas non refero respondet ad vltimum qđ filij nati post mortem Petri heredis, et sic postꝙ̃ substitutio sibi locum vendicauit non admittũtur ad fideicommissum. Pro quo allegat. l. j. §. et cum triplici. C. de cadu. tollẽ. dicit etiã de his filijs esse tex. expressum cum pater filios. §. hereditatem. in fi. ff. de lega. ij. hãc decisionem refert et sequitur Ioan. and. in addi. Specula. titu. de testa. super rubrica. col. v. vel circa. versi. item Lamber. de rampo. ⁊c. hãc decisionẽ, et dictum Lamber. et Ioan. and. refert et sequitur Alex. de imol. consilio. xx. exordiente, Visis ac perlectis verbis testamenti dicti Bal. ⁊c. col. ij. versi. sed premissis non obstantibus. ibi, quo ad vltimum dubium ⁊c. in tertio volu. Et idem voluit in simili Pau. de castro consilio. lxxviij. exordiente, Viso dicto puncto. col. iij. versi. super quarto videtur mihi dicẽdum ⁊c. vbi multa inducit per que si non desipio decidendus est ⁊ decidit casus presens contra dictũ de Massuez, que si placet videantur.

Consilium tertium.

☞ De laudimio non petendo propter decretum missionis in possessionem tedialem.

Summarium.

1 ☞ Laudimiũ emphitheota alienante rem emphitheoticã cur debeatur.

2 Dominium an trãsferatur per missionem in possessionem tedialem ex primo decreto interposito in actione reali, ⁊ acquiratur titulus in vim cuius dominium prescribi valeat.

3 Missus in possessionem ex primo decreto durante anno, non habet veram possessionem sed imaginariam.

Recordor ꝙ alias consulendo scripserim nobilem ⁊ honestã mulierem Catherinam odoarde nõ teneri ad solutionem laudimiorũ pretextu ⁊ ad causam cuiusdam trãsactionis olim celebrate et inite, per et inter nobilem Antoniũ de meseraco ex vna parte, et ipsaȝ nobilẽ Catherinam ex alia, motus pñcipaliter ea ratione: quia tempore facte transactionis huiusmodi ⁊ ante eã ipsa tenebat et possidebat bona que apud eam remanserunt, et sic non fuerunt bona huiusmodi titulo transactionis per eam acquisita, Sed ex successione duorum, ⁊ nobilis quondam viri Ioãnis marrani eius viri liberorum quibus tanꝙ̃ proximior ab intestato successit. aut. de heredi. ab intest. §. consequens. col. ix. ⁊ transumptiue in aut. defuncto. C. ad tertu. Et quia puto ꝙ allegationes huiusmodi penes eandem nobilem Catherinam existãt, ⁊ propterea videri possunt, ego illas non repeto. Sed perseuerando in opinione de qua ibi, dico ꝙ inibi scriptis non refragatur neq; obstat id quod audio ex aduerso opponi, scȝ ꝙ cum per spectabilem virum dominuȝ Vicesenescalluȝ Bellicadri ⁊ Nemausi ordinatum extitisset eandem nobilem Catherinam debere ⁊ teneri respondere cuidã pretenso libello parte dicti de Meseraco cõtra eã oblato et super petitorio bonorum predictorum, ⁊ ipsa pretenderetur cõtumax in non respondendo libello huiusmodi, dictus do. Vicesenescallus ordinauit ⁊ decreuit eũdem Antonium fore ⁊ esse in tedialẽ possessionẽ bonorum huiusmodi immittendũ, etiam si post ordinationem huiusmodi fuerit idem de Meseraco in possessionem immissus. 1 † Quia prout alias dixi laudimiũ debetur ad causam transportus seu alienationis dñij vtilis, quod habet emphitheota in re emphitheotecaria, ⁊ pro labore seu pena quã assumit dominus directus pro inuestitura noui emphitheote, ⁊ inductionẽ in possessionem eiusdem. l. fi. et quod ibi per docto. C. de iu. emphi. 2 † sed per missionem in possessionem tedialem seu per missionem ex primo decreto interposito in actione reali non transfertur dominium in missum seu in eum qui in possessionem mitti decernitur, quinimo nec ei acquiritur titulus in vim cuius dominium prescribere valeat, saltem minori tempore triginta annorũ vt voluit Cy. in. l. ij. ver. duodecimo queritur. in lectura antiqua. C. vbi in rem actio. Et idem voluit ibi Albe. col. penul. versi. item querit glo. idem Bal. col. vltima. ver. vltimo quero. idem Alex. de imol. in. l. si finita. §. iulianus. col. ij. ff. de dam. infec. et istud ꝙ per missionem in possessionẽ tedialem nõ transfertur dominium in missum nec sibi acquiratur titulus propter decretum missionis vel ꝓpter missionem satis fuit de mente Barto. in dicta. l. ij. C. vbi in rẽ act. quem ibi sequitur Salice. col. iiij. ver. quero cum glo. vsq; ad quod tempus ⁊c. Et non solum non queritur dominiũ ipsi misso ex decreto missiõis vel permissiõis in possessionẽ, sed nec possessio nisi post annum lapsum a tempore missionis sed solũ habet pignus pretorium aut rei custodiam vt voluit glo. in. l. quoniam frequenter. §. in alijs. super verbo, possessionem. et super verbo, verus. vt lit. non contest. glo. in. c. contingit. de dolo. ⁊ ita etiam ibi tenẽt canonistæ communiter. ⁊ in dicto. §. in alijs, 3 † dicentes ꝙ durante anno non habet missus veram possessionem, sed quandam detentationeȝ que est quedã impropria ⁊ imaginaria possessio. ⁊ ita sonant. c. j. de sequestra. pos. ⁊ fruc. c. j. et. ij. de eo qui mitti. in posses. cau. rei seruan.

seruã. Quod ergo dici solet contumacẽ expelli de possessione, debet intelligi non vt eam perdat, sed vt tantum amittat rei detentionem. Si ergo nec dominiũ nec titulus, quinimo nec possessio saltẽ ab initio acquirantur ex decreto missionis in possessionẽ tedialem vel per ipsam missionẽ vt apparet per predicta, nõ video qua de causa possit dominus directus propter decretũ vel missionem hmõi petere laudimiũ. Et idẽ dico de repetitiõe rei in cuius tedialem possessionẽ quis missus extiterat: q2 per talem recuperationem non retrãsit dominiũ cum illud remansisset penes eũ nisi hoc factum extitisset post possessionem longissimi tẽporis secundum cõmunẽ opinionẽ vel post possessionem decem annorũ inter presentes & viginti inter absentes, que cõmuniter nõ seruatur.

Consiliũ quartum.

De alienatione bonorũ pro solutione dotis ɔstitute nõ obstãte testatoris prohibitione de non alienãdo vel hypothecãdo.

Summarium.

1 Notario asserenti se habere commissionem ad instrumentũ in publicam formam redigendum an credi debeat.
2 Instrumenti degrossatio fieri non debet parte non vocata.
3 Alienata per proauum nepos impugnare an possit.
4 Testator quod reuocare non potest nec eius heres.
5 Donatio plus valentie iuncta iuramento excludit venditorẽ a beneficio. l. ij. C. de rescin. vendi.
6 Heres heredis primi testatoris est heres.
7 Uiuere presumitur testator tempore conditi testamenti.
8 Filius in dubio presumitur esse in patris potestate nisi contrariũ probetur.
9 Uerbis narratiuis instrumenti tãq̃ de antiquo confecti plena fides anteq̃ detur quot tempus cucurrisse oportet.
10 Probatio dubia non releuat probare volentem.
11 Actor obtinere non potest nisi ex causa in libello deducta etiam si probet de alia al's vera & legitima.
12 Ab arbitratore assumpto super contractu perficiendo pena tamẽ non adiecta, discedi potest.
13 Rex francorum in regno suo superiorem non recognoscit.
14 Senatus Parisiensis maiorem habet autoritatem q̃ olim prefectus pretorio habebat a quo non appellabatur.
15 Appellari ab executore non potest nisi in executione modum excedat.
16 Uenditoris confessio qui confessus est se tenere rem venditã nomine emptoris an id operetur quod precarij constitutio.
17 Contractus validitas necessario in translationem dominij aut possessionis non exigitur sed sufficit consensus et rei traditio.
18 Consensus tradentis est causa immediata translationis dominij.
19 Traditio facta ex causa putatiua non impedit translationem dominij.
20 Uerbum forte adiectum in responsione an quicq̃ operetur.
21 Testator an possit prohibere detractionem trebellianice & legitime. & nu. sequen.
22 Alienatio fideicõmissi vniuersalis etiam vltra legitimam an fieri possit pro solutione dotis constitute.
23 Instrumentum sumptum per duos notarios nõ potest redigi in publicam formã per vnum ex ipsis, etiam si sibi fuissent commisse note alterius.
24 Instrumento transactionis antiquo credendum est etiã vbi enunciat vel narrat.
25 Baronie non sunt de iure communi indiuisibiles.
Marchionatus, ducatus, & comitatus sunt tres dignitates feudales indiuisibiles.
26 Consuetudo regni Francie reduxit feuda ad instar patrimoniorum.
27 Institutio conditionalis postea purificata perinde habenda ac si ab initio pura.
28 Cõtractum acceptare cum omnibus suis clausulis debet ille cui immediate acquiritur ius ex contractu alterius.
29 Dictio ex, significat causam immediatam.
30 Gesta per vnum alteri nocere non debent.
31 Alienatio dominij titulo singulari prohibitione alienationis facta in contractu impeditur quando paciscens ius sibi in re reseruat.
32 Reseruatio est inutilis in quibus reseruans nullum ius habebat.
33 Pactum de non vendendo appositum ab eo qui habet ius in re impedit venditionem in hypotheca speciali, secus in generali licet omnium bonorum.
34 Alienatio irreuocabilis fortius impeditur per hypothecã specialem q̃ per generalem.
35 Conditionalis dispositio adueniente conditione sumit effectuʒ.
36 Dispositio hominis regulariter non extenditur, secus in dispositione legis.
37 Conditio ob causam est actio stricti iuris.
38 Uenditio est cõtractus bone fidei & actionẽ parit bone fidei, quod esse non potest promissio de vendendo.
39 Donatio non est promissio de donando, sic nec venditio promissio de vendendo.
40 Interpretatio aduersus illum qui se fundat ex verbis contractus fienda.
41 Conditio in forma specifica implenda.
42 Pactum videtur appositum pro eo qui illud seruat, nõ auteʒ pro eo qui contrauenit.
43 Exceptione peremptoria (quamuis non sit opus facere mentionem eius in rescripto quoad illius validitatem,) postea approbata debet impetrans succumbere.
44 Dominium alteri quesitum non tollitur per rescriptũ principis.
45 Rescripta si quam vim habent, illam ex mente principis recipiunt.
46 Princeps ex certa scientia, an & quando possit auferre ius tertij vel dominium rei sue sibi auferre.

Varũ refert q̃ propositum productũ, allegatũ, & probatum est parte magnifici & potẽtis viri domini Ludouici de mõtelauro pretẽsi dñi Montislauri per qđ constet vel appareat ꝑ eo debuisse ferri sententiã que pro ipso lata legitur cõtra & aduersus nobiles Philippũ & Catherinum cõbe in quadam ciuili causa quam cõtra eos mouit & prosecutus est corã magnifico dño Senescallo Bellicadri & Nemausi seu eius locũtenẽte. Et primo quidẽ nõ in vim cuiusdã pretẽsi testamẽti, quod olim fecisse dicit̃ magnific⁹ quõdã vir do. Guillielm⁹ de mõtelauro dñs Montislauri & baronie de Sabrano: q2 ꝓsupposito citra preiudiciũ veritatis q̃ institutiones & substitutiones parte eiusdẽ do. Ludouici in eius ꝓtenso libello ꝓposite & deducte ꝓbarentur & ostenderẽtur fuisse facte per dictũ quondã dñm Guidonem prout & quemadmodũ deducte extiterunt. Cuius cõtrariuʒ videtur esse verius. Tũ q2 † nõ apparet de pretensa cõmissione magistri Stephani sobolis, qui pretensum instrumentũ asserti testamẽti dicti domini Guidonis degrossasse dicitur, nec de ea sibi creditur. ar. l. j. C. de manda. princ. l. missi opinatores. C. de exacto. tribu. lib. x. quod etiã voluit Host. in. c. quoniã cõtra falsam. col. j. super verbo, personã. ver. secũdum hoc igitur sanum est cõsilium &c. quẽ ibi sequũtur Cano. de ꝓba. Jo. and. in regula cum quid. de regu. iur. in. vj. Bald. in. l. iurisiurandi. C. de testi. in. l. ad personas egregias. ff. de iureiurã. & pleni⁹ in. l. iudices. C. de fide instru. & Ange. cõsi. ccxvij. exordiẽte, Ex themate supradicto duo eliciũtur dubia &c. colũ. ij. quod dictũ procedit etiam vbi tenor pretẽse cõmissionis inseratur instrumẽto, per id quod no. Panor. in. c. abbate. col. ij. de verbo. signi. † Tum & q2 pretensa degrossatio facta est nõ vocata parte cuius intererat que vocari debuisset, per ea que no. Hostiẽ. in. c. cum. P. tabellio. & in remissionibus. de fid. instru. & Alber. in. l. publicati. de testa. Non ꝓpterea ex dictis pretẽsis institutionibus aut substitutionib⁹ inferretur nec infertur q̃ dictus dñs Ludouicus in hac causa actor potuerit ab eisdẽ nobilibus Philippo & Catherino vẽdicare aut al's petere ꝑdictã baroniã de Sabrano, ea potissime rõne: quia vt colligitur ex medijs parte eiusdẽ do. nobilis Ludouici in dicto ei⁹ pretẽso libello ꝓpositis articulatis & deductis, idẽ do. Ludouic⁹ dicit & pretẽdit se fuisse & esse heredẽ magnifici & potẽtis quondã viri dñi Ludouici de mõtelauro filij predicti do. Guidonis & vẽditoris predicte baronie. Et hoc per mediũ domini Frãcisci de mallobecco, postea dicti Ludouici de mõtelauro eius quõdã patris. † Propter qđ nõ pôt ipugnare vẽditionẽ factã de dicta baronia ꝑ dictũ Ludouicum eius proauũ. l. ij. C. si quid in frau. patro. l. si creditoribus. C. de ser. pigno. da. l. que a patre. C. de restitu. mili. & l. vẽditrici. C. de reb. alie. nõ alie. † Si enim idẽ quondã domi. Ludouicus de mõtelauro venditor venditionẽ predictã impugnare nõ potuerit nec hodie posset si viueret. l. post mortẽ. ff. de adopt. l. per fundũ. ff. de seruitu. rusti. predi. c. diuersis fallacijs. cum ibi no. de cleri. cõiuga. eo signãter † quia vẽditio predicta fuit vallata iuramẽto: quod q2 sine detrimẽto salutis eterne seruari potuit seruãdum fuit. c. cum contingat. de iureiurã. & c. q̃uis pactum. cũ suis simili. de pact. in. vj. per quod etiam fuit idem domi. Ludouicus

venditor exclusus a beneficio.l.ij.C.de rescin.vendi.et.c.penul.de emptio.⁊ vendi.⁊ etiã pro eo quia ipse quondã do.Ludouicus vẽditor dedit ⁊ donauit dicto do.Carolo de pictauia maiorẽ valentiam quantacunq̧ esset, etiã si in duplum, triplum, quadruplũ, vel amplius ascenderet, per ea que no.docto.in.l.si quis cũ aliter.ff.de verbo.obliga.⁊ in.d.l.ij.C.de rescin.vendi.⁊ Joã.de imol.in repetitione dicti.c.cũ cõtingat.in tertio mẽbro.versic.itẽ aduerte inquantũ dixi ꝙ si iurat ⁊c.Si non potuerit inquã nec nũc posset idẽ venditor impugnare predictam venditionem, ergo nec illam potest impugnare dictus dominus Ludouicus actor per iura superius allegata.

Et pcedit quod predixi/etiã si propositũ ⁊ probatũ extitisset ꝙ tẽpore facte alienatiõis predicta baronia fuisset dicti quondã nobilis Francisci, postea Ludouici de montelauro patris huius do.actoris, postq̃ nec probatur nec proponitur dictũ quondã eius patrẽ adiuisse hereditatẽ prefati domini Ludouici eius aui materni cũ beneficio inuentarij.l.cũ a matre.⁊ qđ ibi glo.⁊ doct.cõmuniter.C.de rei ven.⁊ quod no.glo.⁊ docto.in.l.fi.§.in cõputatione.C.de iur.delibe.Quia cuz vt iam dixi, idem nobilis Franciscus postea Ludouicus de montelauro fuerit heres vnicus ⁊ insolidũ dicti quondam Ludouici sui aui ⁊ venditoris predicte baronie, si tertius predictã baroniã euicisset a dicto magnifico domino Carolo de pictauia vel eius successore, ipse obnoxius extitisset pro euictione, ⁊ de ea hodie teneretur idẽ do.Ludouicus actor per iura vulgaria: quod si ita est ergo eundẽ actorem repellere debuit ⁊ debet exceptio.l.vendicãtẽ.ff.de euictio.Adijcio ꝙ ex qua persona quis lucrũ sentit eius factũ impugnare nõ potest.regula ex qua persona.cũ suis simili.ff.de reg.iur.Sed idẽ quondã nobilis Frãciscus postea Ludouicus de mõtelauro cõmodum sensit ex persona predicti vẽditoris, vtpote eius heres, ergo factũ eius impugnare nõ potuit. Et cõsequenter nec idem do.Ludouicus actor pretẽsus heres vnicus ⁊ insolidum dicti nobilis Francisci postea Ludouici de mõtelauro, ⁊ per ipsius

6 nedũ heres vnicus prefati vẽditoris:† q̃ heres heredis primi testatoris est heres.l.fi.cum suis simili.C.de heredi.institu. Ex quibus omnibus infertur eundẽ do.Ludouicũ actorẽ non iuuare ex eo ꝙ pretẽdit prefatũ quondã do.Guidonem primuz testatorem prohibuisse detractionẽ trebellianice ⁊ voluisse bona sua ad substitutũ ⁊ substitutos integraliter ⁊ sine diminutione peruenire: q̃ cũ ipse vniuersaliter ⁊ titulo hereditario successerit venditori per mediũ prefati nobilis Francisci eius patris, nõ potest ipse domi.actor impugnare factum dicti venditoris.

Nõ etiam debuit promulgari sententia pro dicto do.Ludouico actore ⁊ contra dictos nobiles Combe in vim pretense testamentarie dispositionis facte, vt asseritur per magnificum quõdam virũ dominũ Pontiũ de montelauro filium dicti do.Guidonis ⁊ fratrẽ p̄fati Ludouici vẽditoris. Tum q̃ de huiusmodi pretensa dispositione sufficienter non apparuit nec apparet causis et rationibus superius allegatis ad impugnationem pretensi instrumenti testamenti dicti quondam

7 do.Guidonis quas hic non refrico.† Tum et quia vt apparet ex dicto pretenso instrumento testamenti eiusdẽ do.Pontij dictus do.Guigo eius pater viuebat tẽpore facti testamẽti huiusmodi, ⁊ qui etiam si hoc ibi non diceretur vixisse presumitur, per id quod no.glo.in.l.sed ⁊ si de sua.ff.de acq.here.quo fit vt idẽ do.Pôtius vtpote filiusfamilias testari non potuerit.l.qui in potestate.cum

8 suis simili.ff.de testa.† Presumitur eniz filius in dubio esse in patris potestate, nisi probetur contrarium.l.si emancipati.ver.teq̧ emancipatum probatũ fuit ⁊c.⁊ quod ibi Fulgo.Roma.Alexã.de imo.⁊ moderni.C.de colla.ad quod facit.l.si filius.ff.de proba.ad quod Ange.in.l.sed ⁊ si de sua.ff.de acqui.hered.ponderat ibi glo.Tũ ⁊ quia non apparet ꝙ tempore dicti pretensi testamenti, etiam postea predicta baronia de Sabrano fuerit dicti Pontij. Non enim hoc probant quedam pretensa verba narratiua posita ⁊ descripta in dicto asserto instrumẽto dicti domi.Pontij, eo maxime quia pauloante Anno videlicet domini Millesimo.ccc.xcij.⁊ die.xxij.mensis Junij dictus do Guido in dicto eius testamento se asseruerat et dixerat dominum baroniarum Montislauri ⁊ de Sabrano. Et quia etiam non apparet ꝙ a tẽpore huiusmodi pretensi testamenti domini Pôtij vsq̧ ad tempus cepte cause hu

9 ius cucurrerint centum anni,† quod tamen videtur fuisse necessarium ad hoc vt daretur plena fides verbis narratiuis dicti pretensi instrumenti tanq̃ de antiquo confecti, per id quod not. Innocen.in.c.veniens.de verbo.signifi.Specu.titu.de probatio.§.j.versi.valet etiã.⁊ in ver.⁊ nota.⁊ Jo.de imol.in.l.ij.§.idem labeo.ff.de aqua plu.arcen.⁊ in.c.veniens.de testi.⁊ Barth.cepol.in suo tracta.de seruitu.sub rubrica, quomo.et quali.⁊ q̃n consti.⁊ acq.

colum.iij.versi.quando autem dicatur esse ⁊c. Tum ⁊ quia esto citra preiudicium veritatis ꝙ hic plene non cõstaret ꝙ predicta baronia de Sabrano fuerit dicti quõdam do.Guidonis tẽpore vite ⁊ mortis illius, aut ꝙ idẽ quondã do.Pontius in patria potestate ipsius do.Guidonis existeret tẽpore conditi testamenti per ipsum do.Pontium, hoc tamen negari non potest quin dubiuz vel occultum existat, an hec aut eorum aliquod vel contraria extiterint, quo fit vt pretensa probatio dictum dominũ actorẽ non rele

10 uet:† quia dubia probatio nõ releuãt probare volentem.c.in presentia.⁊ quod ibi docto.de proba.de quo Bart.in.l.inter stipulãtem.§.si stichum.ff.de verbo.obliga.Tum ⁊ q̃ non est probatum quinimo nec vt apparet propositum ꝙ aliqua ex pretensis substitutionibus factis per dictũ quondã domi.Pôtium sibi locũ vendicauerit in personam nobilis quõdam ⁊ egregie mulieris domine Joanne de mõtelauro auie materne huius domini actoris aut alterius cuiusuis post ipsam dominã Joannã. Fecit eñ idẽ quondam domi.Pôtius multas substitutiones collatas etiam in extraneos ⁊ ab eo nõ descendẽtes anteq̃ peruenerit ad substitutionem factam de dicta domina Joanna aut descendentibus ex eadem. Tum ⁊ quia presupposito citra preiudicium veritatis ꝙ dictum pretensum testamentum dicti domini Pôtij in aliquo suffragari videretur eidem do.actori prout non videtur: q̃ tamen de illo non est facta mentio in libello nec super se fundauit idẽ actor

11 illud sibi non prodesset:† quia actor obtinere nõ potest nisi ex causa in libello deducta etiaz si probet de alia al's vera ⁊ legitima, per id quod no.Inno.in.c.cum cõtingat.de offi.deleg.in.c.ceterum.de iudi.⁊ in.c.ex parte abbatisse.de priuile.et Specu.tit.de sentẽ.§.qualiter.versi.quid si lis ⁊c.Bal.in.l.per hanc.in prin.C.de tempo.appel.⁊ Ant.de bu.in.c.dilecti.⁊.c.examinata.de iudi.Pau.de cast.in.l.si is ad quem.ff.de acqui.here.⁊ Alexan.de imol.in.l.si ita stipulatus.§.grisogonus.ff.de verbo.obliga.⁊ consilio.cxxj. Tum ⁊ quia siue dicamus eundem quondam do.Guidonem manentem dominũ Môtislauri ⁊ de Sabrano primo decessisse ⁊ si bi vniuersaliter ⁊ titulo hereditario dictum quondam dominum Pôtium successisse, quod videtur asseruisse ⁊ deduxisse dictus domi.Ludouicus actor in dicto eius libello siue prefatũ domi.Guidonem bona sua aut eorum aliqua, etiam efficaciter donasse ante mortẽ dicto dño Pontio ⁊ ipsum emancipasse, ⁊ deinde eodẽ domi.Guidone superstite vel post ipsius mortem dictũ Pôtium ab humanis decessisse stat in hoc veritas ꝙ baronie Montislauri ⁊ de Sabrano peruenerũt ad manus ⁊ posse dicti do.Ludouici venditoris, qui vt apparet ex processu ꝓ solutione dotis domine Anne eius filie, aut partis illius vendidit predictã baroniam de Sabrano dicto do.de Pictauia: que vẽditio, vt predixi, nõ potest impugnari per dictũ do.actorem, cum per mediuz dicti Francisci de mallobecco, postea Ludouici de mõtelauro eius patris eidẽ do.Ludouico venditori successerit ac fuerit et sit eius vniuersalis heres insolidum ⁊ vnicus.

Forte vero opponetur ꝙ venditio de qua supra, non valuerit ratione incertitudinis pretij, ⁊ ꝓ eo quia electi in quos collata extiterat taxatio pretij predicte baronie de Sabrano pretiũ huiusmodi nõ taxarunt, sed hoc nõ obstat. Tum quia immo fuit taxatum dictũ pretium per tres ex electis ⁊ quartũ surrogatũ per dictũ quondã do.Carolũ de pictauia in locũ alterius ꝑ eũ ab initio electi ⁊ postea vita functi, quod fieri potuit. Tum quia illi ijdem qui ab initio electi extiterant per dictum do.Ludouicum venditorem fuerunt in taxatione pretij predicte baronie, ⁊ illud taxauerunt cum electis per dictum do.Ca

12 rolum.† Tum ⁊ quia presupposito citra preiudicium veritatis ꝙ regulariter discedi nõ posset a persona arbitratoris assumpto super contractu perficiendo, hoc tamen fallit vbi pena adiecta non extitit, ⁊ per promissorem stetit quominus arbitraretur.l.⁊ venditio.ff.de contrahen.emptio.⁊.l.in executione.in fi.ff.de verb.obliga.no.Bart.⁊ post eum Alexand.de imol.in.l.si quis arbitratu.eod.titu.quod videtur contigisse in presenti casu attentis contentionibus ⁊ litigijs postea subortis inter prefatos domi.de Pictauia ⁊ Annam de Mõtelauro ex vna parte, ⁊ dictos nobiles Franciscum, postea Ludouicum de montelauro, Joannam de montelauro ⁊ Hugonem dominum Malobecci eius parentes. Tum ⁊ quia auditis partibus supra proxime mentionatis fuit dictum ⁊ cognitum per metuendam parlamenti Parisius curiam ꝙ in locum defuncti aut defunctorum arbitratorum eligerentur alij per eum qui ab initio defunctum aut defunctos elegerat, vt apparet per arrestum dicte curie latum Anno domini Millesimo quatercentesimo quinquagesimosecundo, ⁊ die decima mẽsis Februarij, que sententia in rem transiuit iudicatã, ⁊ pro veritate accipitur.l.ingenuũ dicimus.ff.de sta.homi.⁊ regula res iudicata.cũ suis similibus.ff.de regu.iur.⁊ in cuius arresti executionẽ, postea

facta est

facta est surrogatio per ipsum do. de Pictauia, ⁊ deinde subsecuta estimatio dicte baronie de Sabrano, facta videlicet Anno dñi millesimo.cccclij. ⁊ de mẽse Septẽbris vel circa. Et hoc corã egregijs quondã viris dominis ⁊ magistris Joanne de corcellis ⁊ Antonio caille, tũc cõsiliarijs Regijs in dicta parlamẽti curia super hoc deputatis. Cui proxime dicto non obstat pretẽsa appellatio, etiam si de ea appareret. Tum quia illa nõ valuit: ⁊ quidẽ nõ quatenus pretẽderetur interiecta a predicto arresto: q2 ab illo appellari non potuit vel quia latum censebatur a serenissimo dño nostro 13 Francorũ rege† qui in regno suo superiorẽ nõ recognoscit, et hoc 14 notoriũ: vel a dicta metuẽda parlamẽti curia† que nõ minorẽ autoritatem habebat ⁊ habet: immo vt puto lõge maiorẽ quã olim haberet prefectus pretorio a quo nõ appellabatur. l.j. C. de sentẽ. prefec. preto. Non etiã quatenus pretẽderetur interiecta a dictis 15 dominis cõmissarijs ⁊ eorũ processu: † quia ab executione appellari nõ potest nisi in executione modũ excedat. l. quoniã iudices. versi. que non cõtra executionẽ ⁊c. ⁊ quod ibi glos. C. de appella. et l. ab executione. cũ suis simili. C. quo. appella. non recipi. Quẽ modum excessisse nõ probãtur: quinimo nec preponũtur dicti domi. cõmissarij. Tũ etiam non obstat hmõi pretensa appellatio: q2 nõ apparet ꝙ prefati do. Hugo de malobecco, Franciscus eius fili9, postea Ludouicus de montelauro, ⁊ Joanna eius mater dictam assertã appellationẽ prosecuti extiterint, quinimo nec sufficiẽter probatũ est cõtra dictos nobiles Philippũ ⁊ Catherinuz, ꝙ illa introducta extiterit corã dicta metuẽda curia. Adijcio predictis ꝙ etiã supposito citra preiudiciũ veritatis ꝙ post venditionẽ predicte baronie factam, vt sepe dictũ est per dictũ do. Ludouicũ secute nõ extitissent arrestũ ⁊ estimatio superius mẽtionate, nõ minus tamen fuisset dominiũ dicte baronie de Sabrano translatuz in dictũ do. Carolũ. Et hoc propter traditionẽ subsecutã post dictam vẽditionẽ tam per cõfessionẽ dicti do. Ludouici vẽditoris qui cõfessus est se Baroniã predictã tenere ⁊ possidere nomine di 16 cti emptoris. † ⁊ cuius confessio id operata extitit ꝙ operata extitisset precarij cõstitutio, per id quod voluit glo. ⁊ post eam Ange. in. l. ab emptione. C. de pac. Cy. in. l. cum falsa. versi. quarto quero ⁊ se. C. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ Bal. in. l. cũ nemo. col. ij. C. de acquiren. posses. ꝗ per adeptionẽ possessionis realis ⁊ corporalis seu quasi 17 predicte baronie. † Non enim ad translationem possessionis aut dominij necessario exigitur validitas contractus sed sufficit cõsensus, vt pote causa immediata ⁊ traditio rei de possessione. probatur in. l.j. §. si vir. ff. de acquir. posses. de dominio pbatur, per id qd not. Bald. in. l. contractus. col. v. versi. secũdo queritur quid si res traditur. C. de fid. instru. ad quod bene facit id quod not. idẽ Bal. nec ambigi. C. de dona. vbi dicit, pone ꝙ ego corã testib9 dixi, vos testes sitis ꝙ dono fratri meo qui est Florẽtie, domũ quam ibi habeo nõ interueniente nuntio vel epistola mea ad eũ, sed hoc ei notificato ipse ex dicta mea volũtate, nactus est possessionẽ dicte domus: querit nũquid donatio sit perfecta. Et respõdens dicit ꝙ licet ista donatio nõ sit perfecta ꝗtum ad cõtractũ, ⁊ donationẽ: q2 non interuenerunt organa media que requirũtur in donatione, est tamen perfecta ꝗtum ad dominiũ. que verba dicit ibi Alexã. 18 in addi. singulariter notãda. † Cõsensus enim tradentis videtur causa immediata translationis dominij. l. ij. §. subtilius. ff. de cõdi. ob cau. l. dotis. in fine. cũ sequenti. ff. de iu. do. ⁊ l. sub cõditione. 19 ff. de solu. † Hinc dicimus ꝙ traditio facta ex causa putatiua nõ impedit translationem dominij, nec videtur opponendum ad dictum Bald. in. d. l. nec ambigi. ꝙ ipse respõdisse videatur adiecto 20 verbo forte. † Quoniã respondeo ꝙ perinde est ac si sine eo respondisset. l. si duo. ⁊ quod ibi glos. ff. de arbi. ⁊ quod not. glos. Bal. Jo. de imol. ⁊ Alexan. de imol. in. l. in substitutione. ff. de vulga. ⁊ pupilla. facit. c. super literis. cum glos. super verbo, nisi forsan. de rescrip. multas remissiones ponit And. sicu. in repeti. c. raynaldus. fo. j. col. iij. de testa.

Preterea dicte vẽditioni nõ refragatur seu obstat, quod aduersus eam opponitur illam scilicet esse factam de rebus subiacentibus restitutioni. Tum quia vt predixi, hoc pretendere non potest dictus dominus actor vt pote heres venditoris. Tum quia esto ꝙ dictus quondam domi. Guido prohibere potuisset dicto Ludouico venditori detractionem 21 trebellianice, † cuius tamen contrarium voluerunt Bald. ⁊ Sali. in. l. iubemus. C. ad trebellia. non potuit tamen prohibere prout nec fecit detractionem legitime. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. et. l. scimus. in princip. C. de inoffi. testamen. et sic potuisset idem dominus Ludouicus vẽditor alienare de bonis dicti quondam domi. Guidonis vsq3 ad legitimam, per id quod voluit Cy. et Alberi. in autenti. res que. C. commu. de lega. Bald. in. l. ij. C. ad legem falcid. consil. xxxix. exordiente, Punctus questionis. in secunda parte. consi. cxxxiiij. exordiente, In ecclesia regina est statutum. et consil. clxxxix. exordiente, Queritur vtrum filius ⁊c. in tertia parte. et in. l. potest. ff. de lega. j. Oldra. consi. cvij. quod incipit, circa ius municipale. versic. ad tertiam q̃stionem ⁊c. ⁊ ver. seq. Francis. de are. consil. clvj. versicu. preterea. et Andre. sicu. in repetitio. dicti. c. raynaldus. charta. lxxij. colum. j. et multis seq. quod procedit et procedere debuit in hoc casu in quo facta fuit alienatio pro solutione dotis constitute pro filia dicti domini Ludoui 22 ci venditoris, † pro qua poterat fieri alienatio fideicommissi vniuersalis etiaz vltra legitimam, si illa non sufficeisset. dicta aut. res que. ⁊ qd ibi Pe. Cyñ. et alij communiter. ⁊ procedit aut. non solum in prohibitione tacita, sed etiam in expressa vt sentit glos. in aut. de restitu. ⁊ ea que pa. §. quamobrem. super ve: bo, si non sufficerit. collat. iiij. ⁊ Bald. nouel. in suo tracta. iur. do. in sexta parte. charta. x. versicu. decimũtertium speciale ⁊c. ⁊ fuit de mente Barto. in. l. filiusfamilias. §. diui. colum. iij. versi. quero vtrum hic põdus. ff. de leg. j. quod procedit saltem eo casu in quo nõ essent alia bona de quibus hoc fieri posset. vt not. Jaco. de are. Cyñ. Bald. ⁊ Sali. in. l. voluntas. C. de fideicommis. ⁊ Sali. in. l. fina. qõ. penult. C. de reb. alie. non alie. Super quo tamẽ vltimo dicto nõ est opus insistere: quia licet idem quõdam domi. Guido expresse prohibuerit detractionem trebellianice, non tamẽ expresse prohibuit alienationem, vt satis colligi potest ex verbis eius. Nec opponat aliquis ꝙ hec ea potissimum ratione nõ procedãt: quia predicta baronia de Sabrano non peruenit ad dictum domi. Ludouicũ venditorem ex testamentaria dispositione dicti quõdam domi. Guidonis, ⁊ vt de bonis suis sed ex pretẽso testamento dicti quõdam domi. Põtij fratris ipsius vẽditoris ⁊ vt de bonis eius. Quoniã respondeo ꝙ istud non apparet ex processu, nisi forte quis dicere voluerit ꝙ immo appareat per quoddam pretensum instrumentum pretense adeptionis possessionis bonorum de quibus ibi facte, vt dicitur per dictum domi. Ludouicũ venditorem Anno domini Millesimo. cccxcvij. ⁊ die quinta mensis Januarij, sed hoc nõ obstat. Tum quia illud pretensum instrumentũ fidez nõ facit. Primo quidem quia nõ apparet de commissione illius qui ipsuz degrossasse vel ex pretensis notis inibi mẽtionatis extraxisse pre 23 tenditur. † Tum quia in pretensa receptione note ex qua fuit extractum dictum assertũ instrumentũ interuenerunt duo notarij, quo fit vt nõ potuerit ille qui ipsuz degrossauit illud solus degrossare etiã si sibi fuissent cõmisse note alterius illorum: quia non debuit plus posse iste pretensus cõmissarius, ꝗ ille cuius notas pretendit sibi cõmissas qui degrossare vel autenticare instrumẽtũ solus nõ poterat, per id quod voluit Bald. in. l. iurisiurandi. C. de testi. Bart. Bald. ⁊ Alexan. de imol. in. l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. Tum etiam nõ obstat dictum pretensum instrumentũ etiam si fidem faceret, quia ꝗuis idem domi. Ludouicus vẽditor legatur ibi exposuisse ꝙ dictus quondam domi. Põtius eius frater possederat tempore eius vite ⁊ mortis bona inibi mentionata, non dicit tamen ꝙ illa possederit aut ꝙ illa sua extiterint viuẽte prefato domi. Guidone, quinimo potius videtur dixisse cõtrarium quatenus ibi dixit bona predicta ad eum spectare pleno iure, tam per testamenta et alias vltimas voluntates ⁊c. ipsorũ domi. Guidonis ⁊ Põtij vbi etiam expressit de institutiõibus, substitutionibus, ⁊ successionibus eorundem domi. Guidonis ⁊ Põtij. Est enim verisimile ꝙ idem domi. Guido primo decesserit, ⁊ ꝙ eo mortuo prefatus domi. Põtius eius filius ⁊ heres dicta bona possederit, que tamen partim iure fideicommissi relicti per Guidonem et partim iure institutionis, quoad ea de quibus disponere poterat fideicommisso non obstante dictus Pontius postea peruenerunt ad dictum Ludouicum venditorem.

Dicte etiam venditioni non obstat quod ex aduerso alicubi pretenditur scilicet ꝙ illa non valuerit quasi per eam secta aut diuisa seu mutilata extiterit baronia Montislauri. Quoniam respondeo ꝙ ex cursu cause huius non apparuit nec apparet predictam baroniaz de Sabrano fuisse membrum seu partem aut de pertinentijs baronie Montislauri, quinimo potius apparet contrarium scilicet ꝙ fuerit baronia per se. Et hoc per instrumentum trãsactionis olim facte per ⁊ inter nobilem Petrum de lenis filium et procuratorez domini Frãcisci de lenis domini Montisseccuri et domine Ysabellis eius sororis ex vna parte, ⁊ dominum Pontium de montelauro, et dictum domi. Guidonem eius filium ex alia, in quo inter cetera asseritur predictam baroniaz olim fuisse domine Berẽgarie matris 24 domi. Guidonis. † Cui quia antiquum est receptum videlicet anno incarnatiõis dominice Millesimo tricẽtesimo quadragesimo septimo ⁊ die duodecima mensis Februarij, credendum est, etiam vbi enuntiat vel narrat, per id quod not. glos. in cap. si papa. de regu. iur. in sexto. et in. c. cum olim. de censi. Anto. de butri. in. c. fin. de successio. ab intesta. et Joan. de imol. in clemen. j. de probatio.

Preterea baronie non sunt de iure communi indiuisibiles.l.im-
perialem.§.preterea marchia ducatus.de prohi.feu.alie.per Fe-
de.vbi solum tres dignitates feudales dicuntur indiuisibiles,sci
26 licet marchia/ducatus/⁊ comitatus:alie vero diuidi possunt.† qd
videtur maxime procedere in regno Frácie,vbi vt dicit Jo.fab.in
aut.ingressi.C.de sacrosanc.eccle.feuda sunt de consuetudine pa-
trimonia vassallorum ⁊ vendi ⁊ donari possunt.

Insuper etiam dico q̄ predi
cta sentẽtia ferri non debuit pro dicto domi.Ludouico actore in
vim cuiusdam pretense trãsactionis olim facte ⁊ inite per ⁊ inter
magnificum ⁊ potẽtem virum dominum Aymarum de pictauia
dominum sancti Ualerij ⁊ dictum quondam nobilem Franciscũ
de malobecco postea Ludouicum de montelauro,ea maxime ra-
tione q̄ dominus Guillielmus de pictauia auctor dictorum nobi
liũ Philippi ⁊ Catherini combe,non habuit predictã baroniã
de Sabrano ab ipso domino Aymaro sed a dicto domi.Carolo
de Pictauia ei⁹ patre in vim legati sibi facti seu particularis insti
27 tutionis de eo facte in dicta baronia,† ⁊ que licet cõditionalis ex-
titerit,postea tamen fuit purificata ⁊ sic perinde habenda ac si ab
initio fuisset pura.ar.l.pecuniam.cũ suis simili.ff.si cer.peta.Quo
fit vt non obstiterit eidẽ do.Guillielmo,nec hodie obstet prefatis
28 nobilibus Philippo ⁊ Catherino combe,id quod dici solet † q̄
ille cui acquiritur ius ex contractu alterius debet contractũ acce-
ptare cũ omnibus eius clausulis.secundũ Bal.qui ita no.in.l.cõ-
tra iuris ciuilis.§.si filius.ver.quinto ex eodem.ff.de pac.pro quo
allegat.l.gaius.ff.de manumissio.⁊ tex.in ratione sui in.l.iij.ff.de
reb.eo.quia respondeo q̄ illi text.intelliguntur et procedũt quan
do ex illo contractu queritur ius immediate vt ex illis aperte col-
29 ligitur.Ad quod facit † quia dictio ex,significat causã immedia
tam.not.Bald.in.l.hac edictali.§.iniuria.colũ.vlti.versi.si statu-
tum dicit ⁊c.de pa.iura.fir.Bart.in.l.non dubium.C.de legi.et.l.
eo tempore.§.seruus.ff.de pecu.⁊ Bald.in.l.maximũ vitium.col.
iij.C.de libe.preteri.Dicta vero baronia non fuit acquisita eidem
do.Guillielmo ex predicta trãsactione.illa igitur nec potuit nec
de iure debuit nocere eidem domi.Guillielmo et consequẽter nec
prefatis nobilibus Philippo ⁊ Catherino.Tum ratione predi
30 cta.† Tum ⁊ quia res inter alios acta.C.res inter ali.ac.l.j.⁊ in ru
brica.c.inter dilectos.§.porro.⁊.c.cum super.cum suis similib.de
re.iudi.Nisi forte quis dixerit q̄ ante purificationem cõditionis
sub qua predicta baronia de Sabrano relicta extiterat,ipsi domi
no Guillielmo potuerit prefatus domi.Aymarus heres vniuer-
salis dicti domini Caroli eius patris conuenire pacisci ⁊ transige
re prout fecisse pretenditur.Quoniam respondeo q̄ hoc non ob-
stat:quia esto citra preiudicium veritatis q̄ transactio seu pactũ
de quo opponit dictus do.actor ab initio valuisset etiam quate-
nus concernere poterat predictã baroniam,illud tamen postea
fuisset ipso iure recisum per euentum conditionis seu purificatio
nem illius.l.fina.§.si autem sub conditione.versi.si autem aua-
ritie cupidus.C.commu.de lega.et non solum recisa esset transa-
ctio predicta seu pactum huiusmodi,quatenus concernebat pre-
dictam baroniam,sed etiam pretensa hypotheca si que facta exti
tisset.d.§.si autem auaritie cupidus.

Et per predicta apparet non
obstare dictis nobilibus Combe,aut in aliquo suffragari intẽtio
ni dicti domini actoris hic.quod no.Bar.⁊ docto.in.l.ea lege.C.
de condi.ob cau.in.l.si ita quis promiserit.§.ea lege.ff.de verbo.
obliga.⁊ in.l.qui absenti.§.j.ff.de acquiren.possessio.per.l.si credi
tor.§.fina.secundum literam pisanam.ff.de distrac.pigno.⁊.l.fin.
31 C.de iur.emphi.per quos text.not.docto.† q̄ facta in contractu
prohibitione alienatiõis impeditur alienatio dominij titulo sin
gulari quando sic paciscens sibi in re ius reseruat.Tum q̄ dictus
quondam nobilis Franciscus de malobecco,postea Ludouic⁹ de
montelauro nullũ ius sibi reseruare poterat in dicta baronia de
Sabrano.fuerat enim antea vt iam dictum est,predicta baronia
translata in dictum domi.Carolum per dictũ quondam domi.
Ludouicum venditorem,idemq̄ nobilis Franciscus tempore di
cte pretense transactionis et reseruationis huiusmodi nullũ ius
32 in ea habebat,† ⁊ sic fuit reseruatio inutilis.arg.l.minor.§.fi.ff.de
euictio.l.sub conditione.ff.de vsufruct.l.pacta.§.fina.al's est lex.⁊
incipit lege conuentionis.ff.de cõtrahen.emptio.⁊.l.si quis lega-
uerit fundum.ff.de lega.j.Et quod per dicta iura voluit Oldrad.
consilio mihi.clxiiij.exordiente,Factum tale est:in instrumẽto cu
iusdam emancipationis facte per patrem ⁊c.Alberi.in.l.fina.C.
de emancipa.Barto.in.d.l.si quis legauerit fundum.Ange.in.l.
omnes.C.de prescrip.triginta vel.xl.anno.et Pet.anti.in suo di
uersorio nume.fol.lxxij.versicu.sepissime euenit mihi in consilio
questio talis ⁊c.Dictus etiam domi.Aymarus de pictauia alter
ex paciscentibus nullum ius eidem quondam nobili Francisco
postea Ludouico cõcedere potuit in dicta Baronia:vtpote que
non ei sed dicto domino Guillielmo eius fratri pertinebat.Et si
quod concedere potuisset illud ius fuisset postea cõditione adue
niente extinctum aut resolutum.d.l.fina.§.si autem sub cõditio
33 ne.C.commu.de lega.† Tum ⁊ quia pretensa obligatio seu hypo
theca quam fecisse pretenditur idem domi.Aymarus fuit gene-
ralis omnium bonorum,nõ specialis predicte baronie de Sabra
no quam tamen specialem esse oportebat,ita enim intelligunt di
ctam.l.si creditor.§.fina.ff.de distractio.pigno.Bald.in.d.l.ea le-
ge.colum.iij.C.de condi.ob cau.Joan.de imol.Roma.⁊ Franci.
de are.in dicta.l.qui absenti.§.j.ff.de acquirẽ.posses.Et ita sentit
domi.Jason de may.in repetitio.l.quotiens.colum.viij.versi.vn
decimo ego ex mea inuentione ⁊c.et seq.C.de rei vendi.⁊ dicit Jo
an.de imol.in.d.l.si ita quis ꝓmiserit.§.ea lege.qd ita sentit Bar.
in dicta.l.qui absenti.§.j.iuxta fin.commenti.Pro quo dicto scili
cet q̄ opus sit speciali hypotheca,⁊ q̄ generalis non sufficiat al-
legat Joan.de imol.q̄ casus dicte.l.si creditor.in fin.est specialis
contra regulas iuris,nõ ergo debet trahi vltra casum in ea expres
sum.regula que a iure.cum alijs simili.de reg.iu.in.vj.pro hoc al-
legat Francis.de are.bonum text.⁊ quod ibi Bald.in.l.j.C.de ne-
cessa.ser.here.institu.vbi patet iuncta alia lege.ibi allegata in gl.
34 † q̄ alienatio irreuocabilis fortius impeditur per hypothecam
specialem q̄ per generalem.al's etiam ⁊ in alijs casibus reperitur
differentia inter has hypothecas vt colligitur ex his que no.Sa
lice.in.l.cum res.C.si alie.res pigno.da.sit.et Jason de may.in.§.
item seruiana.col.xvj.in fi.⁊ col.xviij.in fi.institu.de actio.

Preterea vt iam dixi/⁊ appa
ret ex actis predicta baronia fuit dicti domini Caroli de pictauia
qui propterea de ea disponere potuit.⁊ eam iure institutionis pu
re vel cõditionaliter relinquere dicto domi.Guillielmo:quia qui-
libet est moderator ⁊ arbiter in re sua.l.in re manda.C.mãda.l.du
dum.C.de contrahen.emptio.⁊ vendi.l.generaliter.§.si.l.hac edi
35 ctali.§.fina.C.de secũ.nup.⁊.l.polla.C.de his quib.vt indig.† Cõ
ditionalis autẽ dispositio de ea facta adueniente conditione que
euenit effectum sumpsit.d.l.pecuniam.ff.si cer.peta.l.cedere diez.
ff.de verbo.signifi.⁊.l.qui heredi.§.fina.⁊ in multis alijs.ll.eiusdẽ
tituli.ff.de condi.⁊ demon.Et si pendente cõditione alienata ex-
titisset adueniente postea cõditione huiusmodi,fuisset alienatio
resoluta ⁊ recisus contractus.d.l.fina.§.si autem sub conditione.
⁊ quod ibi glo.⁊ docto.C.commu.de lega.Et ita non potuerũt di
cti domi.Aymarus ⁊ nobilis Franciscus,postea Ludouicus fa-
cere per dictam transactionem quin conditione adueniente baro
nia predicta spectauerit ⁊ pertinuerit ⁊ tradi debuerit dicto domi
no Guillielmo.Peruenit igitur et peruenire debuit etiã inuitis
dictis transigentibus predicta baronia ad ipsum domi.Guilliel-
mum,qui postea potuit de ea pro nutu disponere et eam alteri vẽ
dere vel donare.dicta.l.in re manda.⁊ alijs iuribus superius alle-
gatis.nec per venditionem per eum factam purificatum dictum
pretensum pactũ conditionale in vim cuius agere nititur dictus
domi.Ludouicus:quia in illo cautum est de domino Aymaro
transigente cuiusmodi non est hic domi.Guillielmus nec eius he
res,⁊ sic verba conuentionis siue pacti predicti sibi locum nõ ven
dicant in hoc casu,ergo nec cõuentio etiam si essemus prout non
sumus in casu in quo al's potuisset per dictum pactum alienatio
impediri.l.si seruum quis.§.non dixit.ff.de acquiren.heredi.l.j.§.
loquitur.ff.de aqua quoti.⁊ esti.l.iiij.§.quotiens.ff.de damno in-
fec.et.l.hos accusare.§.omnibus.cum suis similibus.ff.de accusa.
36 † Eo presertim quia q̄uis verba vel dispositio legis extendatur,
dispositio tamen hominis regulariter non extenditur.c.cum in
illis.et.c.cui de non sacerdotali.de prebend.in.vj.not.Francis.
de are.in.c.fina.colum.ij.de accusatio.Ad quod facit no.per Ale
xand.de imol.in.l.si extraneus.colum.iij.versicu.extra glos.indu
citur ⁊c.ff.de condi.ob cau.et quia etiam dictum pretensum pa-
37 ctum est stricti iuris,quod ideo cognoscitur † quia ex eo nascitu-
ra erat si que nasci poterat actio stricti iuris scilicet conditio ob
causam,que cum bone fidei non existat.§.actio.institu.de actio.
est stricti iuris vel forte certi conditio ex stipulatu per quam com-
pelli posset alter ex transigentibus vendere volens ad vendendũ
38 contransigenti eo pretio ⁊c.que etiam est stricti iuris:† quia licet
venditio sit contractus bone fidei,et actionem bone fidei pariat,
39 non sic tamen est de promissione de vendendo:† quia illa non est
venditio,nec promissio de donando est donatio,per id quod vo-
luit Barto.in.l.singularia.ff.si cer.peta.Paul.de cast.consil.xlij.
et Alexand.de imol.in.l.cum fundus.§.seruum.colum.j.ff.si cer
tum peta.et in.l.iulianus.§.offerri.colum.iij.ff.de actio.empti.⁊
alij in alijs locis.quod autẽ ex effectu contractus hoc est ex actio-
ne quam parit cognoscatur,an sit bone fidei vel stricti iuris colli-
gitur ex

gitur ex his que ponit Barto.in.l.constitutionibus.ff.ad munici.et ante eum Oldra.consilio.mihi.ix.exordiente, In ecclesia Valentina statutum est tale etc. Debuit ergo et debet pactum predictũ restringi aut saltem in suis terminis seruari non autem am 40 pliari.l.quicquid astringende.ff.de verbo.obligatio.† Debuit insuper et debet fieri interpretatio contra illum qui se fundat ex verbis contractus.l.veteribus.ff.de pact.l.stipulatio ista habere licere.§.in stipulationibus.ff.de verbo.obliga.et regula contra eum.de regu.iur.in.vj.not.Alexan.de imol.in.l.si pascenda.C.de pact.Facit ad predicta quia vt dixi,dictum pactum fuit cõditio 41 nale,†cõditio vero debet in forma specifica impleri.l.qui heredi.in prin.et.l.menius.ff.de condi.et demon.Non ergo suffecit nec sufficit ad purificationem conditionis q dictus domi.Guillielmus baroniã vendiderit aut vendere voluerit,sed oportebat q hoc fieret per dictum do.Aymarum aut saltem per eius heredem si presupponeremus pactum fuisse reale, quale fortasse nõ extitit.Super quo tamen nihil scribo cum alĩs viderim per alium fuisse et eleganter et subtiliter scriptum,et cuius scriptura adiectione nõ indiget.Postremo quoad hunc articulum non videtur omittendum q etiam si essemus in casu in quo non dictus do.Guillielmus sed prefatus dominus Aymarus dictam baroniam vendidissent, non posset tamen ipse dominus Ludouicus actor petere dictam baroniam in vim pacti,cum nec ipse nec dictus quõdam nobilis Frãciscus,postea Ludouicus pactum seruauerint,sed vt per acta 42 apparet sepe contrauenerint.† Pactum enim videtur appositũ pro eo qui illud seruat et non pro eo qui contrauenit.l.cum proponas.C.de pact.l.quero.§.inter locatorem.ff.loca. Ad quod facit l.cuius par.§.illi.ff.de regu.iur.l.cum pater.§.libertis.ff.de lega.ij.l.si patroni.§.qui fideicõmissariam.ff.ad trebel.l.viro atq uxore.ff.solu.matrimo.et.l.quidam titium.ff.si quis omis.cau.testa.de quo opponere posset, non solum ipse domi.Aymarus si conueniretur,sed etiam ipsi nobiles Philippus et Catherinus qui ab eo causam habuissent et de suo interesse opponerent,per id quod voluit Pau.de cast.in.l.cum seruum.colum.ij.C.de furt.et in.l.peto.§.fratre.ff.de lega.ij.

Ceterum quia idẽ domi.Ludouicus etiam se fundare nititur in quibusdam pretẽsis rescriptis per eum surreptitie et obreptitie impetratis.dico q illa sibi nõ suffragantur siue prosunt.Et primo quidẽ non duo prima.Tum q in eis expressum est q dicta baronia peruenerat ad dictum domi.Aymarum in vim dicte pretense transactionis,quod tamen falsum est,cum vt sepius dictũ est,illa fuerit dicti domi. Caroli eius patris.Tum et quia in eis tacita est venditio facta per dictum do.Ludouicum et codicillus factus per prefatum domi. Carolũ.tacetur etiam secundum arrestum dicte supreme parlamenti Parisius curie et latum in fauorem eiusdem domi.Caroli Anno domini Millesimo.ccccliij.Exprimitur etiam in secũdo rescripto q predecessores dicti domi.venditoris semper voluerunt q dicte baronie remanerent penes lineam masculinam,et ad primogenitum: et cessante linea huiusmodi apud primogenitũ masculũ q ex filia primogenita descẽdisset,de quo tamen quo ad hoc vltimũ dictum non apparet,nisi forte quoad dictum do.Põtium.dicta ergo rescripta non debent sibi prodesse quoad effectum cõdemnationis 43 per iura vulgaria.† Et q̃uis quoad validitatem rescripti non sit opus in eo facere mentionem de peremptoria exceptione parti contra quam competente.c.j.de lit.contesta.in sexto.illa tamen postea approbata debet impetrans succumbere,per ea que not. Joan.and.in.c.super literis.in nouel.et quod ibi per alios.de re 44 script.† Preterea dominium alteri quesitum non tollitur per rescriptum principis,vt voluit Bartol.in prima constitutione digestorum signanter propter priuatam vtilitatem.l.quecunq.et quod ibi Joan.de pla.C.de fide instrumen.et iur.haste.lib.x.Nec serenissimus dominus noster Rex, ex cuius mente dicta pretensa rescripta si quam vim habent illam recipiunt,vt dicit Innocen.in capi.cum ecclesiastice.de exceptio.et refert Bal.in.l.prescriptione.C.si cõtra ius vel vtili.publi.et in.l.j.ff.de constitu.princi.not.glo.in.c.super eo.de offic.delega.ad quod facit.l.fin.versi,nostrã mentem fefellit.C.de his qui a nõ domi.manu.presumitur voluisse auferre prefatis Philippo et Catherino ius quod habebant in dicta baronia.l.ij.§ merito.et.§.si quis a principe.ff.ne quid in loco publi.l.cum anus.C.de emancipa.libero.c.q̃uis.de regu.iu.in sexto.et.c.ex tuarum.de auto.et vsu.pal.Eo maxime quia in calce dictorum rescriptorum mandauit q in casum oppositionis et debiti ministraretur partibus bonum ac breue ius et iustitie complementũ.per que verba apparet de clara mente eius 45 dem domi.principis.† Insuper esto q princeps ex certa scientia possit auferre ius tertij vel dominium rei sue sibi auferre,hoc tamen intelligendum est subsistente causa.Et hec est communior et rationabilior opinio secundum Raphae.fulgo.in.l.fina.C.si contra ius vel vtili.publi.dicẽtem se ita consuluisse.et verum est consilio videlicet.xx.exordiente,Pro pleniori veritate etc.colum.iiij.versicu.deniq et illud consideratione dignissimum est.vbi allegat et glos.et docto.multos. Item consuluit consil.lxj.exordiente,Domina Catherina etc.colum.ij.versic.quarto quia rescriptũ etc.vbi etiam refert glos.et docto.et Andr.sicu.consilio.xliij.charta vlti.in prima parte.et consilio.xxiiij.colum.iiij.in secunda parte.Hec autem causa non presumitur quando rescriptum obtentum est ad partis instãtiam:quinimo potius presumitur hoc obtentum ad partis importunitatem.secundum Romañ.consilio ccccxxxvj.exordiente,Quod indultum Petri derogans priuilegijs etc.per.l.j.C.de petitio.bono.subla.lib.x.Per predicta etiam dico vltimum rescriptum parte dicti domini actoris impetratum etiam sibi non prodesse vtpote in quo fuit expressa falsitas et tacita veritas.Primo quidem expressit q in vim factarum substitutionum per predecessores dicti domi.Ludouici venditoris predicta baronia de Sabrano peruenit ad dictum quondam Franciscum,postea Ludouicum eius patrem quod non est probatum. Nullus enim ex dictis pretensis predecessoribus prefati venditoris legitur inuitasse liberos masculos feminarum ex illis descendentium ante ipsas feminas,nullus etiam legitur filium masculum primogenitum filie aut femine primogenite pretulisse suis fratribus vel filijs masculis filie secundogenite. Excepto fortasse vt superius dixi,dicto quõdã do.Pontio qui tamẽ nõ probatur potuisse libere disponere de bonis que fuerũt dicti quondam do. Guidonis,cum esset per eum grauatus de restituendo etc.expressit de dicto pretenso primo arresto et q cum in vim illius recuperaretur baronia de Sabrano, fuit transactum inter partes inibi mẽtionatas quod non est verum.Etiam expressit idem domi.actor q predicta baronia de Sabrano expedita extiterat in vim transactionis de qua supra,dicto domi.Aymaro:quod tamen non est probatum,quinimo contrarium,scilicet q illa vendita extiterit dicto domino Carolo eius patri,a quo postea ad eum peruenerat et manserat vsq ad purificationem conditionis in qua in codicillo.Preterea etiam exposuit se edocuisse de suo iure et media sua legitime iustificasse,et q prefati Combe vidẽtes se fouere causam iniquam etc.de quorum contrario apparet in actis.Tacuit autem in predicto rescripto venditionem et codicillum superius mẽtionatos,ac etiam se esse heredem predicti venditoris.Etiam tacuit dictum secundum arrestum per quod fuit declaratum baroniam de Sabrano non comprehendi etc.Debet igitur carere commodo dicti pretensi rescripti,tum causis predictis.Tum et quia non apparet fuisse de mente dicti serenissimi domi.nostri ius auferre dictis Philippo et Catherino,quinimo potius de cõtrario,presertim ibi.Quocirca premissis attentis iura sua vnicuiq competẽtia expediri cupientes,et ibi. ministretisq insuper partis ipsis auditis celeris iustitie complementum,quoniam sic fieri volumus. Cui non obstat quod subijcitur dicta acquisitione pretẽsa ex qua hoc obtentum est propter falsam expressionem substitutionum, et quia tacitum est hunc dominum actorem esse heredem venditoris per medium dicti nobilis Francisci eius patris per cuius additionem factam de hereditate dicti quondam Ludouici eius aui materni fuerunt confusa iura fideicommissorum, si que per ipsum Ludouicum dicto Francisco debebantur per iura vulgaria.

Consiliũ quintum.

De actione fideicõmissarij particularis,et de sublatione sequestri sine aliqua cause cognitione facti.

Summarium.

1 Remedium.l.ij.C.de edict.diui adria.tollen.non datur legatario sed fideicommissario vniuersali post verbo factam fideicommissi restitutionem, et quid in fideicommisso particulari.
2 Fideicommissa particularia et legata sunt hodie perequata.
3 Fideicommissarius particularis qua actione possit experiri pro obtinendo fideicommisso.
4 Sequestra sunt de iure regulariter prohibita.
5 Judex sine cause cognitione ad sequestrum procedere an debeat.

Etiā si supplicata parte Mansoni ꝛ Marchi chays vera existerent quod in sui preiudiciū fateri non intendūt honorabilis vir magister Jacob⁹ barbassonis notarius ꝛ donatarius egregij quōdā viri domini Nicolai fremeti iurium bacalarij, ꝛ honesta mulier Ludouica filia ac heres ꝛ donataria eiusdē do. Fremeti, non possent tamen nec de iure deberent dicti Mansonis ꝛ Marchus procedere eo modo quo procedunt: 1 † quia ꝙuis nō solum heredi vniuersali, sed etiam fideicōmissario vniuersali detur post verbo factam fideicōmissi restitutionē remediū. l. fi. C. de edi. diui adri. tollē. iuxta doctrinā docto. magis cōmunē in. d. l. fi. per quod remediū fideicōmissari⁹ vniuersalis potest, vt predixi, post verbo factā restitutionē petere se immitti in possessionem rerū restitutioni subiacentiū, hoc tamē remediuz nō datur legatario, vt probatur in. d. l. fi. ibi, vt si quis ex asse vel ex parte institut⁹. quod etiā ibi voluit Paul. de cast. col. iiij. ꝛ Jo. de imol. in. c. raynutius, charta. vj. vel circa. versi. capit etiā. de testa. Et idē dico de fideicōmissario particulari: 2 † q꞉ fideicōmissa particularia et legata sunt hodie perequata. l. j. ff. de lega. j. ꝛ. l. j. cum suis similib. C. cōmu. de lega. Quo fit vt cū pretensum fideicōmissum latius mentionatū in supplicatione dictorū Mansoni ꝛ Marchi fuerit ꝛ sit fideicōmissum particulare nō vniuersale, non potuerint nec possint ipsi Māsonus ꝛ Marchus petere se immitti in possessionē rerū ꝛ bonorū dicti ptēsi fideicōmissi: sed debēt ipsi q̄rere ꝛ īuestigare possessores rerū ꝛ bonorū hmōi, ꝛ ꝯtra eos actiōes suas dirigere ꝛ offerre libellū via ordinaria: ꝛ si eēt fideicōmissum vniuersale ꝛ ꝓut nō est: q꞉ nec de restituēda hereditate egregie quōdā mulieris do. Antonete ipi⁹ do. Fremeti quōdā vxoris nec quota illi⁹ fuit idē. d. Fremeti rogat⁹ aut grauat⁹, sed vt pretēditur de bonis ꝛ reb⁹ tūc existētibus in territorio ꝛ districtu loci de Cātumerulis. l. ex facto. la grande. ff. de heredi. institu. non possent tamen ipsi Mansonus ꝛ Marchus petere fieri immissionem antedictā ante verbalē restitutionē fiendam per heredē, 3 † sed agere ꝛ experiri deberēt actione ex testamēto pro restitutione fideicōmissi, iuxta doctrinā docto. positā in. d. l. fi. C. de edic. diui adri. tollē. quod etiā voluit Angel. in. §. quadrupli. longe post mediū. versi. veniamus ad secundū videlicet ad remediū. l. fin. C. de edic. ꝛ Ange. perusi. consilio. cxxxiij. exordiente, Quidam hugutius ꝛc. col. fi. versi. super hoc videndū est. Propter quod cōparent prefati magister Jacobus ꝛ Ludouica, ipsi ambo ꝛ eoruz quilibet prout ꝛ quemadmodū negotium de quo supra illos tāgit ꝛ concernit, aut tangere ꝛ concernere potest quoquomodo ꝛ protestātur de nullitate actorū ꝛ agendorū, et ne fiat aut fieri decernatur aliqua missio in possessionem bonorū que dictus quondā dominus Nicolaus tēpore eius vite ꝛ mortis tenebat ꝛ possidebat in territorio dicti loci de Cantumerulis seu etiā eorum que ipsi magister Barbassonis ꝛ Ludouica viuente eodez domino Nicolao cōiunctiz vel diuisim tenebāt ꝛ possidebāt, aut que ipsi postea tenuerūt ꝛ possederūt seu etiam tenent ꝛ possidēt. Protestātes si secus fiat de turbata possessione ꝛ pleni iuris contra vos venerabilem ꝛ egregium virum dn̄m Balliuū baronie de Greinhano ꝛ cōmissariuz in hac causa, ꝛ dictos Māsonū ꝛ Marchū quas protestatiōes petunt admitti, ꝛ de illis ꝛ earū admissione literas testimoniales sibi fieri: petentes nihilominus si prefati supplicātes insistere voluerint super bonis superius mētionatis, ꝛ que ipsi nunc possident, libellum sibi offerri et ita ordinari.

¶ Et insuper dicūt prefati magistri Jacobus ꝛ Ludouica ꝙ vos prefate domine bailliue ꝛ commissarie a decem diebus citra nulla premissa cause cognitione parte etiam non citata ꝛ absente, saltē dicta Ludouica ꝛ nemine requirente bona parte dictorum Antonij ꝛ Marchi postulata vel in quorū possessionem se mitti petūt ꝛ desiderāt reduxistis ad manus curie magnifici domini Greinhani, et pretendebatis euitarentur scandala ꝛ arma, quod tamen vestro honore saluo dixerim, et cum reuerentia facere nō debuistis. 4 † Sequestra em̄ sunt de iure regulariter prohibita, vt apparet ex his que habentur in. l. j. C. de prohi. sequestra. pecu. per Cano. in c. secundo. de sequestra. poss. ꝛ fructu. et per Archidia. xj. questio. j. quia res. Et esto ꝙ in certis casibus sit permissa ꝛ signanter propter euitationem scandali ac rixe et arborum, 5 † iudex tamen anteꝙ sequestrum faciat propter scādalum euitandum debet inquirere quis sit in possessione et sibi summarie constito de possessione vnius pone Titij, debet inhibere alteri parti ꝛ sub pena formidabili ne possessorē turbet. pro quo videri potest Pau. de cast. cōsilio. v. Etiaz debet inquirere de scandalo ꝛ videre si partes parēt se ad scandalum ꝛ arma, vt voluit Ange. consi. ciij. exordiēte, Jacopetus ꝛ Lucas Joannis. ad fin. Et ꝙ sine cause cognitione nō sit procedendum ad sequestrum voluit Cardi. florē. in clemē. j. in prin. in. q. xxij. ꝛ. questio. xxv. de sequestra. posses. ꝛ fructu. Specu. in titu. de petito. ꝛ possesso. §. j. versi. in summa. no. Pau. de cast. in. l. ordinari. C. de rei vendi. et apertius consilio. v. ꝛ Ange. in dicto consi. ciij. ad fin. Quamobrem petunt ipsi magistri Jacobus ꝛ Ludouica seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eorundem dictum pretensum sequestrum, quatenus de facto vel al's processit tolli ꝛ reuocari. Et al's in ꝛ super ꝛc.

Consilium sextum.

☞ De donatione iurata facta per patrem filie sue, ꝛ de reuocatione illius inualida.

Summarium.

1. ☞ Filio sine liberis defuncto parentes succedūt seruata gradus prerogatiua.
2. Hereditas solo animo aditur quam sufficit in vltima voluntate ostendere.
3. Vsufructus finitur morte vsufructuarij.
4. Reus testibus productis per actorem procurare non debet fieri captiosa interrogatoria, sed articulos tradere super interrogatorijs.
5. Dotare filiam est officium paternum.
6. Negatiua quando probanda.
7. Probatio apta non prodest inepte proponenti.
8. Octuagenarius dicitur esse decrepite etatis.
9. Presumptio iuris est contra proponentem.
10. Furiosum vel mente captum esse qualiter probetur.
11. Partis vocatio in reuocatione donationis an necessaria.
12. Donatio iurata etiam si facta fuerit per patrem filie in sua potestate existenti an valeat.

Viso pcessu cause agitate per ꝛ inter prouidum virum Joannē galandi barbitonsorem loci Valriaci, ꝛ honestam mulierem Joannam garnerie eius vxorem actores ex vna parte, ꝛ honorabilem virum Valerianū boterelli ꝛ honestam mulierem Guillielmetā eius vxorem reos ex alia. Dico ꝛ respondeo intentionem predictorum actorum fuisse ꝛ esse sufficiēter ꝛ legitime iustificatam, ꝛ propterea sententiam condemnatoriā pro eis ꝛ contra dictos Valerianum ꝛ Guillielmetam proferendā maxime cū parte eorundem Valeriani ꝛ Guillielmete nihil fuerit propositū ꝛ probatum, quod eisdem actoribus officere vel nocere valeat seu possit. Et vt de premissis singulariter appareat, premitto ꝙ primus, secundus, tertius, ꝛ quartus articuli libelli parte dictorum actorū in dicta causa producti probati extiterunt per publicum instrumentū parte dictorū actoruz in hac causa productum. Cui cum in nullo impugnatum extiterit standum est. c. ad audientiā. de prescrip. c. cum Joannes heremita. de fi. instru. l. cum precibus. ꝛ quod ibi glos. ꝛ docto. C. de proba. ꝛ quod not. Barto. in. l. heredes palam. in princi. ff. de testa. Quintus vero sextus, septimus, ꝛ octauus, probantur per depositiones testium parte eorūdē actorum in causa productorū qui de eis ꝛ contētis in eisdem plene deposuerunt. Quo vero ad nonum ꝛ alios sequentes vsq; ad vicesimū primum inclusiue, non est curandum siue probati extiterint siue non cum deducta in sequentibus, ꝛ probata sufficiant ad victoriam in causa obtinendam. In illis enim intermedijs propositū extiterat ꝙ bona de quibus in causa fuerant Alziarie bernarde, ꝛ ꝙ ipsa heredem instituerat Antonium garnerij eius virū ad eos fines, vt ostenderetur ꝙ ista bona aliquando fuerunt prefati Antonij, ꝛ postea peruenerunt ad Joannem garnerij eius patrem, et dictam Joannam coactricem, saltem pro besse seu duabus tertijs partibus, quod satis probatum apparet ex sequentibus articulis. Vicesimus vero secundus et sequentes vsq; ad vicesimū nonum inclusiue in quibus effectualiter deducitur ꝙ bona predicta fuerunt dicti quōdam Antonij garnerij, ꝛ ꝙ ipse bona huiusmodi tenebat et possidebat tēpore vite ꝛ mortis. Necq; idem Garnerij ab humanis sine liberis decessit superstitibus dicto Joanne eius patre ꝛ prefatis Guillielmeta ꝛ Joāna eius sororibus naturalibus ꝛ legitimis ꝛ sibi vtrinq; coniunctis probantur per confessionem partis aduerse. Etiam per ipsius confessionem probatur vicesimus

tur vicesimusnonus in quo deducitur quod Hugueta mater eiusdē Antonij, ante eum vita functa est et ab humanis decessit. † Tricesimus vero qui est iuris probatur per id quod habetur in auc. de heredi. et falci. §. consequens. et §. si vero cum ascendētibus. collat. ix. et transumptiue in auc. defuncto. C. ad tertul. Tricesimusprimus probatur per confessionem partis. Et ex his infertur quod tertia pars bonorum predictorum spectauerit dicto Joanni garnerij. Et cum idem Joānes tempore matrimonij per verba de futuro contracti inter dictos Joannem galandi et Joānam garnerie eidem Joanni galādi constituerit in dotem et pro dote dicte Joanne medietatem omnium bonorum suorum, tunc presentium et futurorum: palam infertur quod medietas huius tertie partis, et sic sexta pars predictorum bonorum reddi debet et restitui eidem domi. Galandi iuxta formam conclusionis. Tricesimus vero secundus et tricesimustertius articuli probantur per acta cause huius, † et ex eo solo quod ipsa Joanna constituit procuratores ad petendū partem sibi delatā per mortem Antonij, et quā partem petijt et petit in libello superius mentionato, per id quod habetur in. l. paulus respondit. ff. de acqui. heredi. et. l. si auia. C. de iur. deliberan. et quod not. docto. in. l. gerit. ff. de acqui. heredi. Probatio vero tricesimiquarti nō est necessaria, postquam apparet de probatione duorum precedentium. Tricesimus autem quintus, tricesimussext⁹, et tricesimusseptimus, probātur per instrumentū donationis facte eidem Joanne garnerie parte eius in hac causa productum et cui standum est, postquam non reperitur in aliquo impugnatum. d. l. cum precibus. cum suis similib. C. de probatio. Tricesimus vero octauus probatur per confessionem parte. et. xxxix. probatur per id quod habetur in. §. finita autem. institu. de vsufru. vbi apparet † quod morte vsufructuarij finitur vsufructus. Quadragesimus vero articulus probatur per confessionem partis que confessa est se tenere et possidere bona de quibus in hac causa, et eodemmodo probatur quadragesimusprimus qui etiam apparet per acta. Conclusio vero aptissima est in qua petit idem Galandi predictā sextam partem sibi restitui et Joanna aliam sextam partem iure sibi cesso per Joannem patrem, et tertiam partem tanquam heres et iure hereditario dicti quondam Antonij.

Nunc vero superest ostendere quod nihil propositum vel deductum extiterit parte dictorū Valeriani et Guillielmete, per quod appareat sententiam non fuisse vel esse contra eos et pro dictis Joanne galandi et Joanna cōiugibus proferendam. Et primo quidem non contra ipsum Joānem galandi, vt apparet ex inspectione actorum cause huius vbi nihil apparet contra eum propositum ad impugnationem dotis sibi per Joannem garnerij constitute pro et nomine dicte Joāne eius vxoris. † Nec obstant quedam captiosa interrogatoria parte dictorum Valeriani et Guillielmete fieri procurata testibus per dictos Joannem et Joannam productis: quia illa fieri non debuerunt, sed debebāt ipsi Valerian⁹ et Guillielmeta si sua interesse putabant super materia dictorum pretensorum interrogatoriorum facere capitula seu articulos, per id quod no. Joan. and. in addi. Specu. titu. de testi. §. iam de interrogatorijs. versi. interrogatoriorū autem. in addi. exordiente, De circunstātijs ergo etc. quo fit vt responsiones per testes illis facte non preiudicauerint nec preiudicare potuerint dicto Joāni Galandi, per id quod not. Inno. in. d. c. per tuas. circa princip. super verbo, capitulis. de testib. pro quo allegat in argumentum. l. fin. ff. de interroga. actio. Preterea cum dicta Joāna esset filia naturalis et legitima dicti Joānis garnerij, illa debuit per eum dotari: † quia dotare filiam est paternū officium. l. fina. C. de do. promis. Non ergo debuit vel debet esse dicta Joanna sine dote apud Joannem maritum. Adijcio quod cōstitutio dotis facta per dictum Garnerij et pretēsum pactum factū de portandis certis pretensis pecunijs non respectiuantur. Esto igitur quod ille pecunie portate non extitissent de quo non apparet, non propterea sequeretur quod dos pro Joanna constituta tradi et expedirī non deberet, vt voluit Anto. de butri. et expressius abbas moder. in. c. iij. de iureiurand. per. c. quod deo. xxxij. questio. v. et idem not. Angel. in. l. qui seruum. ff. de verbo. obligatio. Alexand. de imol. et Moder. in. l. cum proponas. la seconde. C. de pactis. Preterea nihil apparet propositum aut deductum parte dictorum Valeriani et Guillielmete, per quod concludi possit eorum interfuisse vel interesse pecuniam predictam fuisse ad domū Joannis garnerij apportatam aut delatam, ergo super hoc nō fuerūt vel sunt audiendi, eo maxime quia non probarunt neque probant hanc negatiuā scilicet quod dictus Joannes galandi pecuniam non portauerit, aut quod al's per eum promissa nō seruauerit, † quam tamen negatiuam vtpote pretensum fundamentum eorum asserte intentionis probare tenebantur, per id quod no. Bar. Alexand. de imol. et docto. in. l. hoc iure. ff. de verbo. obliga. vbi Alex. etiam ponit multas remissiones et multos docto. allegat qui videri possunt. Restat igitur sententiā ferendā pro ipso Joāne galandi pro dicta sexta parte bonorū predictorum. Etiam nihil fuit propositum vel deductū parte dictorum Valeriani et Guillielmete cōtra prefatam Joannā per quod apparuerit vel appareat eam nō debuisse et debere succedere dicto quodā Antonio eius fratri ab intestato vita functo pro tertia parte. auc. de heredi. ab intesta. §. cōsequens. et. §. si vero. collat. ix. et transumptiue in auc. defuncto. C. ad tertull. superius allega. Et istud nullam patitur tergiuersationem aut dubium.

Et quāuis prefati Valerian⁹ et Guillielmeta enitantur donationē factam dicte Joanne per dictū quondam Joannem garnerij quantum in eis est impugnare, huiusmodi tamē pretēse impugnationes et contēta in duabus pretensis schedulis exordientibus, Ut vobis viro egregio etc. eidem Joanne non refragātur neque obstant. Tum quia inepte impertinēter et al's non cōcludēter deducta extiterunt. Quo fit vt etiam si probata extitissent nō profuerint seu prosint prefatis Valeriano et Guillielmete: † quia apta probatio nō prodest inepte proponēti. Tum et quia non est probatum quod tēpore facte donationis de qua supra, idem Joānes donator esset decrepite etatis, hoc est quod ipse excessisset etatem octuaginta annorū. † Dicitur enim quis etatis hmōi quando excessit hunc annorū numerum, per id quod voluit Cyn. in. l. seniū. C. qui testa. face. pos. et Alua. in. c. j. de vasal. decrepi. eta. qui feu. refuta. Preterea etiā nō est probatū vt creditur dictum Joannē garnerij non fuisse sane mētis seu bene sensatū tempore facte donationis de qua supra, quod tamē probari debuisset pro eo: † quia presumptio iuris est cōtra proponentē. l. nec codicillos. et quod ibi docto. C. de codicil. † qualiter autē probetur quis mentecaptus vel furiosus ponit Sali. et docto. in. l. furiosum. C. qui testa. face. pos. et in. d. l. nec codicil. et Alexand. de imol. in. l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solu. matri. non sufficit autem ad probationē dementie vel furoris quod testes deponant talem fuisse dementē vel mentecaptū seu fatuum vel furiosum, sed opus est quod reddant causam sue scientie seu dicti, etiam si de illa interrogati nō extiterint. Pro quo potest videri Bal. Fulg. et Pau. de cast. in. d. l. furiosum. Bald. in. l. solum. col. j. C. de testi. et in. l. qui testa. §. fin. ff. de testa. et l. cum hi. §. j. ff. de transac. et Flori. in. l. sed et si quecūque. §. igitur. ff. ad legē aquil. Ad quod facit: quia cū dementia sit in anima, illa videri non potest nec percipi sensu corporeo, sed per signa exteriora iudicamus de illa. Et quia testis posset per signa equiuoca vel minus sufficiētia iudicare aliquē fuisse dementē seu fatuū vel furiosum, qui tamen nō erat, opus est quod testis dicat illa signa, propter que iudicat talē fuisse furiosum vel mentecaptū, vt videat iudex ad quē non ad testem pertinet facere hoc iudicium an testis bene iudicet, et consequenter an probet dementiam et furorem.

Etiam nec probatum est vt creditur quod prefatus Joannes garnerij fuerit per dictum Joannem galandi verbis deceptorijs subornatus ad donandum, et quod credens absolutionem accipere a sententia excommunicationis qua tunc fuisse innodatus, vt pretenditur donationem fecerit, quinimo potius apparet de contrario per publicum instrumentum donationis predicte receptū quidē nō per falsariū, nō per ignarum, non per virum conscientie non timorate, nō per ribaldum, sed per bonum et fidelem notarium bene stilatum ac prudentem et bene famatum qui instrumento huiusmodi attestatur, et affirmat eundem Joannem garnerij donatorem dixisse et asseruisse se donare bona fide gratis et sponte sineque dolo fraude et metu, et quod nulla calliditate seu machinatione vel metu ad donationem faciendum inducebatur: sed quia ita sibi placebat, et quod etiam gratis et ex eius certo et deliberato proposito donabat. Huic autem notario de his attestanti credendum est, per id quod habetur in dicta. l. precibus. C. de probatio. et in capi. ad audientiam. cum suis similibus. de prescript. † Etiam nec obstat quod opponitur de pretensa reuocatione dicte donationis, quoniā respondeo quod illa nō valuit vtpote facta, si tamē facta appareat parte absente et non vocata et nulla premissa cause cognitione, que tamen vocari debuisset. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. et. c. j. cum suis similibus. de causa posses. et proprieta. † Donatio enim etiam si facta fuerit per patrem filie in sua potestate existenti, illa tamen valuit cum in ea interuenerit iuramentum. pro quo allegasse sufficiat quod voluit Bald. in. l. iij. C. pro dona. et in repeti. l. j. charta. xv. col. iij. de iureiurand. Joan. de imol. in. l. si donatione. colum. v. C. de colla. et Alexan. de imol. cōsil. viij. in secundo volu. et consilio. xx. in tertio volumi. et Franc. de are. consi. lxxvj. Non ergo potuit idem Joānes garnerij donationem huiusmodi reuocare nisi parte vocata et audita. Insuper et

iustificatis illis pretēsis subornatiōibus vel aliis propter que pretendunt prefati Ualerianus ⁊ Guillielmeta donationē huiusmodi potuisse reuocari. Possunt ⁊ alia multa allegari et deduci pro ostensione boni iuris dictorum Joannis ⁊ Joanne coniugũ. Sed quia premissa mihi videntur ad victoriam obtinendam sufficere, ego vlterius non insisto.

Cōsilium. VII.

☞ De probatione in contrarium non denegāda propter statutum penale ad delationem alterius.

Summarium.

1 ☞ Probatio in contrarium an deneganda illi propter statutũ cauentem standum esse iuramento denuntiantis se reperisse animalia in locis prohibitis vt multetur.

1 ETiaz † si caueretur statuto loci de Podioleno ꝙ stari deberet iuramento banerij aut alterius dicentis, referentis, aut denuntiantis se reperisse animalia in terris vel aliis prediis prohibitis ⁊ propterea sic vel sic aresonasse, non tamē propter hoc deberet aut debet impediri ille contra quem facta est vel fit relatio seu denuntiatio huiusmodi, quominus possit ⁊ valeat probare contrarium. pro quo allegasse sufficiat quod not. Cyñ. ⁊ docto. in. l. j. C. si aduer. liber. ⁊ in. l. j. C. de re iudi. Bald. in. c. j. si de inuesti. inter do. ⁊ vassal. lis oria. ⁊ in. l. j. C. de reb. credi. ⁊ iureiuran. Panor. in c. continebatur. de desponsa. impube. Alexā. de imol. in. l. admonendi. de iureiuran. Ange. are. in suo tracta. crimi. in glo. necnon ad denuntiationem. Barth. cepol. in suis caute. charta mihi. lxj. §. multa sunt statuta in Italia. ⁊ reuerendissimus do. Alexandri. in. c. cum parati. colum. antepenul. versi, sed quid si statuto. de appella. Quamobrem non obstantibus allegatis ⁊ deductis in quadam pretensa schedula exordiēte, Quamuis positio ⁊c. parte pretēsi domi. procuratoris fiscalis curie loci presentis Podioleni in hac causa oblata contra et aduersus prouidum virum Petrum fasile, petit idem Fasile seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdez testes parte eius al's in hac causa presentatos ⁊ productos admitti ⁊ ab eis iuramentum recipi. Et deinde illos examinari super propositis et deductis parte eiusdem Fasile. Et hoc ita faciendum si ex aduerso contradicatur ordinari. Et al's in ⁊ sup premissis et singulis ⁊c. de damnis interesse ⁊ expensis cōtra eundem do. pretensum procuratorem continue protestando.

Consilium octauum.

☞ De donatione facta patri ⁊ matri per filiam, patre presente ⁊ consentiente.

Summarium.

1 ☞ Hereditas fratris non adita non transmittitur.
2 Pater hereditatem filio infanti delatam adire potest, secus si maiori infante.
3 Donatio causa mortis facta per filiam patri ⁊ matri sue presente patre, ⁊ de consensu ipsius an valeat.
4 Lex inhibens filiisfamilias bona aduentitia donare sine cōsensu patris cur lata.
5 Donatio in infirmitate facta, restituta sanitate an reuocata censeatur.

ETiam si verum sit ꝙ honesta quondam mulier Guicharda tricaude ab humanis intestata decesserit superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus honorabili viro Joanne tricaudi ⁊ honesta muliere Margareta eius vxore, patre et matre eiusdem quondam Guicharda ⁊ Perrina eiusdem Guicharde sorore. Nō possit tñ Frācisscus langloys pretensus heres ⁊ successor eiusdē quondā Perrine per mediũ de quo in libello pretēdere se successisse ⁊ succedere debere dicte quondā Guicharde, etiā si verũ esset ꝙ illius hereditas delata extitisset dictis Joanni, Margarete, et Perrine.
1 † Quoniā eadē Perrina ab humanis decessit non adita sororis hereditate, quā propterea nō transmisit. l. quoniaz sororem. C. de iure deliberan. licet enim descendētes ad suos posteros hoc est liberos transmittant hereditates suorũ ascendentium etiā nō aditas. l. j. C. de his qui ante aper. tabu. hereditates tamen non ascēdentium sed aliorũ non transmittũtur ad descendētes. Nec opponat aliquis ꝙ immo hereditas dicte quondam Guicharde adita extiterit viuente ipsa Perrina, pro eo ꝙ dictus Joānes tricaudi traxit in causam Stephanum cucur generum, olim maritum dicte Guicharde ⁊ contra eũ egit, tam suo ꝙ dicte Perrine nominibus. Et ita videtur adiuisse ipse Joannes frater etiam noīe Perrine filie. Quoniā respondeo ꝙ istud non obstat, supposito prout verum puto ꝙ eo tēpore quo hec facta sunt dicta Perrina erat
2 maior infante hoc est septennio: † q₂ licet pater possit solus adire hereditatē filio vel filie infanti delatam, secus tamen si delata est filio vel filie maiori infante. d. l. si infanti. cum ibi not. per docto. Preterea dicta quondā Guicharda in quodā eius pretenso testamēto per eā cōdito ꝙuis de facto Anno domini. M. cccc xciij. et die nona mensis Julij, ⁊ in quo heredes vniuersales instituit dictos Joannē tricaudi ⁊ Margaretā eius parētes, voluit ꝙ testamentũ hmōi valeret iure testamenti nũcupatiui, iure codicillorũ, ⁊ iure donationis causa mortis. per quod videtur ꝙ cum non valuerit iure testamēti aut codicillorũ, pro eo quia ipsa Guicharda
3 erat filia familias, valuerit iure donationis causa mortis, † cuz facta extiterit presente patre ⁊ de consensu ipsius, ⁊ qui videtur potuisse cōsentire nō solũ ad cōmodũ prefate Margarete sue vxoris de quo nō est dubiũ. l. tā is. ff. de dona. cau. mor. sed etiā ad cōmodũ suiipsius patris cōsentiētis, per id quod voluit Ang. consilio clxxviij. exordiēte, Filia refutauit patri. Pro quo dicit esse casuz in. l. j. C. de impo. lucrati. descrip. lib. x. nō subaudiendo ad literaz ꝙ filius ibi esset emācipatus. Et idē voluit Ange. Alex. de imol. ⁊ Raphael in. l. j. §. quesitũ. ff. ad trebel. Bal. in. l. si quādo. §. j. C. de inoffi. testa. Pau. de cast. in. l. senium. C. qui testa. face. pos. Referens se ita cōsuluisse cum pluribus docto. Perusinis. ⁊ idem tenet Fulgo. in. d. l. seniũ. ⁊ Paul. de cast. in. l. qui in potestate. ff. de
4 testa. † Lex enim per quā inhibitũ est filiisfamilias ne bona aduētitia donent vel al's alienent sine cōsensu patris. l. filiusfamilias. ff. de dona. ⁊ l. non solũ. §. filiis autē. C. de bo. que lib. hoc fecisse videtur ne fieret patri preiudiciũ per filiũ. quod si ita est, nō debet in eius odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legi. ⁊ l. nō eo minus. C. de procuratori. Uerum quia in hoc articulo sunt qui contradicunt, ⁊ signanter glo. ⁊ Barto. in. l. j. ff. de autori. tuto. prima ratio mihi magis placet ꝙ hec secunda, etiā pro eo quia donatio predi
5 cta facta fuit per Guichardam tunc infirmā, † que propterea cuz postea reconualuerit ab infirmitate videtur fuisse reuocata. insti. de dona. in prin. ⁊ quod ibi glo. ⁊ l. nō omnis. ⁊ quod ibi gl. ⁊ doct. ff. si cer. peta.

Cōsilium nonum.

☞ De causa noua coram iudice appellationũ introducta, ⁊ de officio ⁊ potestate iudicis appellationum.

Summarium.

1 ☞ Judex appellationũ qua via aditur, ⁊ in quibus causis iurisditionem non prorogat.
2 Petitio etiam in causis in quibus proceditur summarie, simpliciter, ⁊ de plano ⁊ sine strepitu ⁊ figura iudicij, debet proponi in libello.
3 Contradictio verbalis aduersarij sufficit in actione negatoria vel confessoria, secus in interdicto vti possidetis.
4 Notoria releuant a probando non a proponendo.
5 Possessio longi temporis qualiter articulanda vt probetur.
6 Testes deponentes vltra articulata an probent.
7 Possessio in vno momento verificari potest.

CAusa propter quam dominus Baiulus loci de Manna, processum ⁊ inquisitionem criminalem facere conatus est in dicto loco Manne. Cōtra ⁊ aduersus honorabilem virum Guillielmum amalruffi loci sancti Michaelis, fuit de et super eo ꝙ idem Amalruffi pretendebatur illicite, et alias contra debitum iuris, et de facto occupasse quandam terram Claudij

fornerij ⁊ suorum fratrum sitam in territorio Castrinoui loco dicto sancti Joannis, suis limitibus confrontatam. quo fit vt cum magnificus vir dominus iudex primarum appellationum siue ratione cause propter quam, siue ratione loci ad quem, siue etiam ex modo procedendi pronuntiauerit male ⁊ inciuiliter processum/ inquisitum/ assignatum/ ⁊ ordinatum per prefatum Baiulum, ⁊ bene appellatum parte dicti Amalruffi ⁊ vniuersitatis dicti loci sancti Michaelis, ⁊ ob id causam principalem retinuerit. Debuerit postea contra eundem Amalruffi, ⁊ super dicta pretensa vsurpatione dicte terre libellus offerri, non ille qui postea coram eodē magnifico domi. iudice primarum oblatus est. Et quidem non in ⁊ super causa principali retenta sed in causa noua. Et non contra dictum Amalruffi, sed contra vniuersitatem loci sancti Michaelis. Nō etiam ad querelam dicti Claudij fornerij, sed ad instantiā vniuersitatis predicti loci Manne tanꝗ̄ pretēse domine loci Castrinoui. Et sic in causa que nec per appellationem nec al's reperitur vel apparet ad eum deuoluta. Et in qua propterea nō fuit nec esse potuit seu potest esse iudex. c. romana. §. si vero vocatis. de ap

1 pel. in. vi. † Nō enī adiri solet iudex appellationū nisi p viā appellatiōis vel nullitatis, nisi in causis retētis hoc est in qb' surrogat ꝑpter defectū iudicis a quo ꝑut poterat ⁊ pōt idē do. iudex adiri in causa per eū retēta propter defectū dicti baiuli Manne. Et nō mirum si in alijs adiri non possit: quia si in causis ad eum legitime deuolutis nō possit post desertionem eius iurisditio prorogari, etiam de consensu partium coram eo post desertionem litigantium. cle. si appellationem. ⁊ quod ibi gl. super verbo, appellatus. ⁊ docto. de appella. quod ex eo colligitur: quia sentētia postea per eum lata vtpote lata a non iudice dicitur ⁊ est nulla. dicta clemē. si appellationem. ⁊ quod ibi glo. ⁊ doct. quod etiam voluit Hosti. ⁊ docto. in. c. ex ratione. de appella. Multo fortius vel saltem non minus videtur non posse iurisditionem huiusmodi prorogari in causis non deuolutis, sed prorsus nouis et extraneis a causis deuolutis.

Preterea si supponeremus citra preiudicium veritatis eundem magnificum domi. iudicem potuisse ⁊ posse cognoscere de causa in dicto pretenso libello mentionata ⁊ nouiter deducta, non posset tamen sententia proferri p dicta vniuersitate loci Manne. Et hoc defectu dicti pretensi libel

2 li in quo nulla reperitur petitio, † que tamen fieri debet etiam in causis in quibus proceditur summarie simpliciter ⁊ de plano ⁊ sine strepitu ⁊ figura iudicij. clemen. sepe. §. verum quia iuxta petitionis formam. de verbo. significa. ⁊ vt not. Inno. ⁊ docto. in. c. super literis. de rescrip. Ang. are. in. §. j. post medium. versicu. ⁊ tenementi perpetuo ꝙ ad duo ⁊c. institu. de actio. Andre. barba. cōsi. xxxviij. colum. xiiij. in. ij. parte. ⁊ alij in alijs locis, conclusio est semper attendenda. Nō sufficit ergo fieri narrationem coram iudice, nisi etiam subiungatur conclusio hoc est petitio, vt sic sciat iudex ⁊ pars cōtra quā fit narratio quid est hoc quod actor consequi intēdit: quod signāter procedere debuit ⁊ debet in hoc casu in quo narrantur multa ⁊ quorum aliqua videntur pertinere ad petitorium, vtpote ea que dicuntur de pretensa iurisditione loci predicti Castrinoui, que spectare ⁊ pertinere pretēditur vniuersitati predicti loci Manne, ⁊ quedam que videntur posse pertinere ad possessorium iudicium forte retinende possessionis, ꝗuis etiā quo ad hoc iudiciū narratio sit imperfecta: ꝓ eo quia nō narratur turbatio, vel inquietatio facta per partem ream, que tamen vtpote alterū extremorū in iudicio hmōi narrari debuit. Nec sufficeret si fortasse diceretur ꝙ de cōtradictiōe partis ree notorie appareat propter

3 appellationem ⁊c. vel al's per acta cause huius. † Quia respōdeo ⁊ dico ꝙ licet in cōfessoria vel negatoria actione sufficiat ꝙ ex processu appareat cōtradictio verbalis, vt ꝗ aduersarius negat ⁊ resistit vt voluit Bar. in. l. si prius. super gl. in. v. oppo. prime partis. ff. de ope. no. nūtia. Hec tamē nō sufficit in interdicto vti possidetis, per id quod voluit Jo. de imol. in. d. l. si prius. vbi etiam Alexan. de imol. colum. vij. ⁊ seq. Ad quod facit quod voluit Barto. in. l. j. §. huius autem. ff. vti possi. ⁊ Innoc. in. c. ij. de in integ. resti.

4 † Preterea licet notoria releuent a probando, nō tamen a proponendo, per id quod not. gl. in cle. appellanti. de appel. ꝑpter que videtur ꝙ defectu petitionis ruat hic processus.

Postremo esto ꝙ ꝑdicta cessarent, nō tamen videretur eosdem de Manna potuisse aut posse in hac causa obtinere siue dicamus eos intentasse iudicium petitorium, siue possessorium retinende. Et quidem non in petitorio: quia illis obstat transactio de qua apparet per publicū instrumētum, cui cum illud in nullo impugnatum extiterit standum est. capi. cum ioannes heremita. de fide instrumen. c. ad audientiam. de prescrip. ⁊ l. cum precibus. ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto. cum suis simili. C. de proba. Nō etiam in possessorio: quia etiam si testes quorum depositiones nō vidi testificarentur ⁊ deponerent articulata ⁊ deducta in pretenso libello seu articulis vniuersitatis loci de Manna esse vera, non tamen probarēt ꝙ ipsa vniuersitas fuerit in possessione eorū de quibus in hmōi pretensis articulis per duos dies ante diem oblationis articulorum hmōi, pro eo quia licet in articulis huiusmodi articuletur ⁊ deducatur ipsam vniuersitatē fuisse in huiusmodi pretensa possessione a decem. xx. xxx. ⁊. xl. annis ⁊

5 vltra, nō est tñ subiunctū ⁊ p eos, vel et citra. † Quo fit vt articuli hmōi verificentur etiā si vna sola die ante oblationē articulorum hmōi ipsa vniuersitas in dicta pretensa possessione extitisset. per id quod voluit Hosti. ⁊ Joā. and. in. c. licet. super verbo, ⁊ citra. et quod ibi Panor. col. iij. in nono notabili ⁊ declaratione illi'. ⁊ alij scribētes. de proba. Bart. in. l. celsus. col. iiij. versic. sed circa hmōi ꝓbationem. ff. de vsucapi. Bald. in. l. iudicia. colum. fina. versicu. idem si dicat ⁊c. C. de rei vendi. et in. l. falsus. in tertia opposi. C. de fur. Alexand. de imol. consilio. cx. exordiente, Visis acutissimis dubitationibus in causa Marci ⁊c. versi. nec obstat ꝙ Augustinus ⁊c. in primo volumi. Et ita non esset probatum ꝙ tēpore quo dictus Baiulus de Manna citare conatus est prefatum Amalruffi coram eo compariturum in loco de Manna, predicta vniuersitas esset in possessione de qua in dictis pretensis articulis, quinimo nec ꝙ in ea extitisset per diem ante oblationem dictorū articulorum. Et si fortasse testes deposuissent aptius ꝙ̄ deductum extiterit, vt quia forte dixissent ꝙ vniuersitas fuerit in possessio-

6 ne predicta a quadraginta annis ⁊ per eos, vel et citra. † Dico ꝙ illi non probant vtpote deponentes vltra articulata: quia istud non est positum: al's enim non possent articulata verificari probādo de vna die, que tamen vt predixi, verificātur. Quinimo vt dicit Hostien. probando quod die precedente possederit non dico

7 per diem. et Panormi. in dicto nono notabili † dicit possessionem verificari in vno momēto, non probant ergo. Pro quo allegasse sufficiat not. per docto. in. l. si duo patroni. §. idem iulianus. ff. de iureiurand. Et ita debuerunt et debent vniuersitas ⁊ homines loci sancti Michaelis ab impetitis cum expensarum reportatione absolui, vel al's ab instantia cause huius relaxari. Que dixerim sub correctione ⁊c.

Consilium decimū.

De petitione supplementi legitime post mortem patris facultatibus auctis non obstante pacto facto in vita illius de nihil plus petendo.

Summarium.

1. Filius aut filia in vita patris recipientes legitimam, an excludantur a petitione supplementi post mortem patris, etiam si pactum fecissent de nihil amplius petendo, ⁊ facultates postmodum excreuerint.
2. Petitio supplementi legitime an possit prohiberi per testatorem in testamento.
3. Legitima in quibus rebus debeatur.
4. Suppletio legitime est onus reale.
5. Autentica sacramenta puberum. C. si aduer. ven. an habeat locū in iudeis, hereticis, ⁊ excommunicatis. Sacramentalia actiue vel passiue an cadant in ipsis qui non sunt de sacro ouili.
6. Ratio naturalis pro lege habetur.
7. Mens probatur ratione.

Ponitur i facto ꝙ dudum fuit matrimoniū contractum per et iter Jacob de Carcassona Judeū, ⁊ Durandam de latis Judeā filiā Vides de latis Judei Carpeñ. Et rursum inter Bonetum de latis Judeum ⁊ Reginam de latis filiā eiusdē Vides, etiā Judeam: quorum matrimoniorū cōtemplatione ⁊ pro oneribus illorū facilius supportandis, idē Vides cōstituit in dotē et pro dotibus prefatarū Durande ⁊ Regine, dicte videlicet Durā de ꝑfato Jacob de carcassona i. ccccccl. florenos, ⁊ noīe dicte Regine ꝑfato Boneto de latis qngētos florenos monete tūc currētis.

Postremo et finaliter etiam non obstat quod vlterius allegatur in predicta schedula.§.dato tamen et non concesso ꝛc.vbi idem do.schedulans vt antea fecerat quod dictum legatum non fuerit cōditionale, sed potius modale. Quoniam si ita esset diceremus eundem Guillielmum testatorem dictum legatum reliquisse dicte Marie vxori: vt cum heredibus aut eorū altero morari nō posset, quod nullus diceret. verba enim hunc sensum non habent, sed potius contrarium vel saltem longe separatum et diuersum, a quorum significatione cū clara existant, nec de alia mente testatoris appareat, non est recedendum.l.ille aut ille.§.cum in verbis.et.l.non aliter.cum suis simili. ff.de lega.iij. Ex quibus omnibus cum alijs alias per me scriptis infero dictum pretensum legatum ipsi Marie non deberi nec per eam peti posse, saltem cum altero dictorum suorum heredū morari non posset, prout alias scripseram.

Consilium. XVIII.

De alienatione rerum restitutioni subiacentium, ꝛ hoc causa eris alieni persoluendi, ꝛ de cōsuetudine regni Frācie super feudis et eorum successione.

Summarium.

1 Bona restitutioni subiacentia sunt regulariter alienari prohibita per heredem grauatum nisi subsit iusta causa.
2 Alienari expresse prohibita possunt alienari gratia eris alieni soluendi.
3 Testator an possit impedire ius creditoris, quominus possit vēdere rem quam vult.
4 Es alienum est potentius legato.
5 Creditores simul instantes quando videantur vicissim sibijnuicē consensisse vt non possint actum reuocare.
6 Paria sunt ad impediendam reuocationem actus, actum facere et facienti consentire.
7 Juramentum in transactione videtur habere vim clausule specificatiue.
8 Generalis consensus cum iuramento, an videatur sufficere ad exclusionem fideicommissi.
9 Renuntians omnibus exceptionibus et remedijs legum et canonum generaliter, an tantum valeat quemadmodum si specifice et quando.
10 Renuntians solenniter ꝛ legitime bonis paternis ꝛ maternis, an possit succedere fratri in his que a patre venerunt.
11 Heres ꝛ defunctus finguntur eadem persona.
12 Bona feudalia in regno Frācie sunt redacta ad instar allodialiū.
13 Bonorum vassalli appellatione an veniant etiam bona feudalia vt vassallus testando de omnibus bonis suis satis cēseatur disposuisse de feudalibus.
14 Feuda de consuetudine regni Francie alienari an possint sine voluntate domini.
15 Disponētis verba generalia nō adaptantur ad impossibilia ipsi disponenti.
16 Consuetudo Prouincie super feudis et eorum dispositione qualis.

Viso consultationis themate parte nobilis ꝛ generose mulieris domine Margarete valentie domine de Verdachijs vniuersalis heredis nobilis quondam viri Claudij rodulphi mihi misso ꝛ tradito vna cum dubijs ex themate huiusmodi subtiliter et oportune elicitis, dico et respōdeo ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primū. Pro cui⁹ faciliori solutione premitto † ꝙ licet bona subiacētia restitutioni sint regulariter alienari prohibita ꝛ regulariter per heredē grauatum nō possint cū effectu alienari.l.fi.§.sed q2.ꝛ.§.finautē auaritie.C.commu.de lega.et quod habetur per glo.ꝛ docto.in.l.marcellus.§.res que.ff.ad trebel.ꝛ in.l.filiusfamilias.§.diui.ff.de lega.j. Hoc tamen fallit quando fit alienatio ex causa necessaria, vt verbigratia, propter es alienum, † et sic vt creditoribus satisfiat. Isto eni3 casu possunt bona huiusmodi alienari, nedum si tacite, sed etiam si expresse alienari prohibita existāt.d.l.filiusfamilias.§.diui.ibi, sed hoc neq3 creditoribus ꝛc.l.peto.§.predium.ꝛ quod ibi docto.ff.de lega.iij.ꝛ.l.cū fidei heredis.ff.de fideicommiss.liber.ꝛ quod voluit Bal.in.l.ij.C. si aduer.vēdi.pigno.vbi dicit quod si testator est debitor vxoris in dote, et prohibeat quasdam res alienari pro eo quia voluit in eis ecclesiam vel hospitale edificari, vel forte voluit res huiusmodi deuenire in suam agnationem: ꝛ mortuo testatore vxor iure creditricis velit vendere dictas res in preiudicium testamēti, ipsa hoc facere pōt, † q2 testator nō potest impedire ius creditoris, quomin⁹

possit vendere rem quam vult. pro quo dicit esse casum expressum in. l. j. C. de debito. vẽdi. pigno. impedi. nõ pos. Et idem voluit Bal. in dicta. l. j. C. de debito. vendi. pigno. impedi. non pos. vbi dicit qd̃ si vir qui vxori tenetur ad restitutionē dotis faciat filio substitutionem, illa non impedit processū vxoris super bonis mariti, quod dicit esse menti tenendũ ꝛ in contingentia facti se sepenumero vidisse hũc casū qui sequit̃. Testator dixit, si filius in pupillari etate morietur talis domus sit Martini, quo marito testatore mortuo vxor domum illam vendidit pro dote, filius postea decessit in pupillari etate, vtrum Martinus poterit petere domum vigore substitutionis. ꝛ dicit qd̃ non: quia ille qui emit a creditore vel ab

4 vxore extinguit legatum, † quia potentius est es alienum q̃ legatum. l. qui solutū. §. fi. ff. de lega. ij. Quo fit vt esto citra preiudiciũ veritatis q̃ virtute illius pretense cõpẽdiose substitutionis olim facte per nobilẽ quõdam mulierē dñam Philippam ounreloil cõdominã de Verdachijs fuisset cõdominiũ castri hm̃oi, ꝛ sui territorij alienari prohibitũ, potuisset nihilominus propter es alienum, ꝛ maxime propter es alienũ eiusdem do. Philippe testatricis alienari per predicta, quod etiam voluit Bal. in. l. fi. §. ꝛ si prefatã. in. iiij. q. C. de iu. delibe. et in auten. ei qui. col. mihi. xiij. versi. quero nunquid in rebus prohibitis alienari. ad fi. ibi, creditorib⁹ autẽ testatoris. C. de bo. auto. iudi. possiden. ꝛ sic nõ obstãte dicta pretẽsa substitutione potuerũt dict⁹ nobilis Claudius ꝛ nobilis Alziarius rodulphi fratres, ac filij ꝛ creditores dicte quondã do. Philippe, ꝛ qui maternã hereditatẽ repudiauerant capi ac vendi ꝛ distrahi facere condominium castri ꝛ territorij predictorũ. Et alias illud sibi liberari per iudicẽ pro satisfactione sui crediti aut partis illius. Et ita factum est vt vlterius in restitutione fideicõmissi cõdominium huiusmodi nõ veniat. Nõ obstat dicta. l. peto. §. predium. ff. de lega. ij. quia illa loquitur in re vendita propter es alienum heredis testatoris, nõ propter es alienũ ipsius testatoris. in casu vero de quo queritur facta est distractio propter es alienum dicte quõdam domi. Philippe testatricis.

5 † Preterea etiam premitto q̃ cũ ad instantiã dictorũ nobiliũ Alziarij ꝛ Claudij simul instantiũ et executiones pro dicto eorum credito fieri procurantium fuerit de pignore captum dictum cõdñium, ꝛ deinde processum vsq; ad liberationem illis factam inclusiue, videtur ipsi mutuo ꝛ vicissim sibijnuicem consensisse per ea que not. Bar. in. l. cum pater. §. libertis. ꝛ per illũ tex. ff. de lega. ij. Bal. in. l. fi. col. ij. C. ad macedo. Bal. Ange. ꝛ moder. et maxime Alexan. de imol. in. l. is qui heres. §. fi. ff. de acquiren. heredi. Angel. in lectura floren. ꝛ moder. in. l. quotiens. C. de fideicommis. ꝛ alij in alijs locis. Et ita nõ videtur pre-

6 fatus nobilis Alziarius posse contrauenire, quia † quo ad impediendum reuocationem actus paria sunt actum facere et facienti consentire, quia quod semel placuit amplius displicere nõ potest. l. pomponius. eum suis simili. ff. de nego. gest. quod etiam voluit Ange. in dicta. l. quotiens in lectu. floren. ꝛ post eum domi. Jason may. Non ergo potest ipse nobilis Alziarius contrauenire ne dicatur venire etiã contra proprium factum quod facere non licet. l. post mortem. ff. de adop. l. per fundum. ff. de seruitu. rusti. predi. et. c. diuersis falacijs. de cleri. coniuga. Preterea aut ipse vult contrauenire ex persona nobilis Frãcisci rodulphi eius fratris ꝛ vniuersalis heredis dicte quondam do. Philippe aut ex persona sui ipsius. Primũ facere non potest, quia sic opponeret de iure tertij a quo nec habet nec habere proponitur causam quod nõ licet, per id quod habetur in. l. cum seruum. C. de ser. fugi. l. his consequenter. §. j. ꝛ quod ibi docto. C. famil. ercis. ꝛ quod not. glos. in. l. ij. ff. si ager vectiga. Etiam nec secũdum facere potest pro eo quia vt predixi ipse fuit coinstans, ꝛ insuper consensisse censetur dicto quõdã nobili Claudio. Cui adijcio qd̃ etiam si absente ꝛ in suo ipso nobili Alziario fuisset ad instantiam dicti quondam Claudij captū de pignore dictum cõdominiũ, ꝛ deinde in illo facte executiones excessiue illud ex secundo decreto eidem Claudio pro suo credito adiudicatum nõ videretur idem Alziarius nunc posse cõtrauenire pro eo quia tempore factarum executionū idem Alziarius non habuisset ius in hoc cõdominio, sed solus Frãciscus heres cõtra quem fuissent facte executiões. Et ita nõ erat dictus Claudi⁹ vocandus. l. si patroni. §. fina. scdm̃ vnam lecturam. ff. ad trebel. l. j. §. penulti. ꝛ si. ff. de ventre inspi. quod etiã videtur voluisse Bar. et Roma. in. l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. Joan. de imol. in. l. decem. ff. de verbo. obliga. Ange. Rapha. ꝛ Jo. de imol. in dicta. l. si liusfamilias. §. diui. vbi etiam per Alexan. de imol. col. iiij. versic. item inquantum Bart. circa hoc sub dubio forte ꝛc. Quibus premissis respondeo ꝛ dico ad dictum primum quesitum dictũ nobilem Alziariũ nõ posse executiones ꝛ liberationẽ factas in ꝛ de dicto cõdñio dictis nobilib⁹ Alziario ꝛ Cladio impugnare. Et hoc satis pbat̃ ex premissis. Preterea hic est attendendum q̃ vt videtur posse colligi ex casu mihi misso ꝛ instrumẽto transactionis seu diuisionis in casu huiusmodi mẽtionate castrũ de Verdachijs cũ suo territorio fuit cõmune dicte quõdam dñe Philippe ꝛ nobili Ludouico rodulphi patri dictoꝝ Alziarij et Claudij. Et deinde post mortẽ vtriusq; fuit cõmune eisdem Alziario ꝛ Claudio, partim ex paterna successione, ꝛ partim propter executiones ꝛ liberationem superius mentionatas, ꝛ per eos cõiter possessum vsq; ad tẽpus diuisionis seu transactionis predictaꝝ. Cũ igitur per diuisionem seu trãsactionẽ hm̃oi idẽ quõdam Claudius ab eodẽ Alziario dimidiã partẽ receperit, ꝛ ppterea nõ solũ in vim pmissionis per eũ facte, sed etiam ex natura cõtractus quo ad hãc partem teneat̃ idem Alziarius dicto nobili Claudio de euictione siue illa tradita extiterit ex causa diuisionis siue ex causa trãsactionis. pro quo allegare sufficiat. l. si familie erciscun. qd̃ ibi glo. ꝛ doc. C. fami. ercis. l. fratres vestri. C. cõi. vtriusq; iudi. ꝛ qd̃ not. doc. in. l. si p fundo. C. de transac. ꝛ ibi per Alexan. de imol. col. iij. ver. vltimo not. non potuit nec potest ipse Alziarius hanc partẽ auferre dicte do. Margarete. Nec etiã potest auferre dimidiã partẽ alterius dimidie, illã vcz que ex paterna successione ad dictũ quõdam Claudiũ spectauit ꝛ pertinuit: quia illa nõ venit in restitutiõe fideicõmissi per do. Philippã relicti etiã si citra preiudiciũ veritatis facte nõ fuissent executiones ꝛ liberatio superius mentionate. l. coheredi. §. cũ filie. ff. de vulga. ꝛ pupil. Et per hec patet respõsio etiã ad scdꝫ quesitum. Pro cuius vberiori solutione adijcio q̃ cũ prefatus nobilis Alziarius iurauerit tenere attẽdere ꝛ cõplere transactionē seu diuisionem superius mẽtionatã, ꝛ nullo modo cõtrafacere dicere vel venire de iure aut de facto, nõ potuerit nec possit idem Al-

7 ziarius cõtrauenire. † Obstãte iuramento hm̃oi qd̃ videtur habere vim clausule specificatiue, per id qd̃ voluit glo. in. l. cũ pater. §. filius matrẽ. ff. de lega. ij. ꝛ qd̃ habetur in. c. ex rescripto. de iureiu. qd̃ etiam voluit Bald. in. l. j. col. penulti. in. ij. q. C. cõmo. Roma. in. l. j. §. si quis ita. in. ix. ꝛ vlti. col. ff. de verbo. obli. ꝛ Joã. de imol. in repeti. c. cum cõtingat. charta. xxxviij. vel circa. de iureiurando. ꝛ in c. j. de cõmoda. Et hoc deberet saltẽ procedere in hoc casu in quo prefati Alziarius ꝛ Claudius cõuenerunt ꝛ pacti extiterunt q̃ totum dictum castrũ de Verdachijs ꝛc. eiusq; territoriũ cũ oĩmoda iurisditione alta ꝛ bassa ac oĩbus alijs ꝛ singulis bonis rebus ꝛ iuribus quibuscunq; que et quas ipse Alziarius ꝛ Claudius in castro ꝛ territorio huiusmodi que habebant ꝛ que ad eos spectabãt ꝛ pertinebãt eorũq; parentes pater vcz ꝛ mater predicti dũ in humanis viuerent habuerant ꝛ possederant extunc in antea perpetuo essent ꝛ esse deberent dicti nobilis Claudij ꝛ ad ipsum et suos heredes ꝛ successores quoscunq; insolidum spectarent ꝛ q̃ in alijs idem Alziarius aut sui successores nihil petere possent aut alias quomodolibet demandare quacunq; occasione, ratione, seu quocunq; iure. titu. vel causa. per que verba videtur saltem in genere, idem Alziarius consensisse et voluisse nihil petere posse etiam in vim dicti pretensi fideicommissi attenta gñalitate illorum verborũ, nihil petere possent aut alias quomodolibet demandare qua-

8 cunq; ꝛc. † Et iste generalis cõsensus cum iuramẽto videtur sufficere ad exclusionẽ dicti pretẽsi fideicõmissi. dicta. l. cum pater. §. filius matrem. et dicto. c. ex rescripto. Et ita procedat quod voluit Cy. et Bal. in dicta. l. j. C. cõmoda. et Joan. de imol. in. c. j. de com-

9 moda. † Preterea idem Alziarius renuntiauit doli mali ꝛ met⁹ causa, exceptioni cõditioni indebiti, omniq; iuris ꝛ facti ignorãtie, ac oĩ alij exceptioni/actioni/rõni/ꝛ iuri canonico et ciuili quo vel quibus mediantibus contra conuenta et promissa per eundẽ vel eorum aliqua dicere facere vel venire posset, per que cũ iuramẽto censetur exclusus etiam a beneficio. l. de his. ff. de trãsac. per doctrinam Bar. declarantis effectū illius renuntiationis. aut̃. matri ꝛ auie. col. iij. et quod ibi Bal. C. quãdo mulier tute. offi. fungi potest. Bar. in. l. si sub conditione. ff. de testa. tute. ꝛ Specu. in tit. de renuntia. §. j. versi. ꝛ quia ꝛc. Et ita in terminis voluit Alex. de imol. consil. xj. exordiente, Viso ac vt oportet considerato themate ꝛc. col. vj. versi. pondero illa verba. ꝛ omni alij legum auxilio ꝛc. in secundo volu. ꝛ do Jason may. in dicta. l. de his. col. iij. versi. cõcludo ergo. et non solum renũtiauit idem nobilis Alziarius, put supra, sed etiam voluit qd̃ tantum valeret huiuscemodi, ꝛ per eū facta renuntiatio generalis, ac si singuli casus iuris canonici ꝛ ciuilis fuissent in speciali expressi ꝛ descripti.

Ad tertiũ dico et respondeo qd̃ supposito eo de quo in quesito huiusmodi, et themate predicto, scilicet quod per processum antiquū appareat castrũ de Verdachijs seu partem illius iure creditoris vel vt creditoribus obuenisse prefatis Alziario ꝛ Claudio nihil obest dicte domine Margarete, nec suffragatur eidẽ Alziario quod circa principiū instrumenti predicte diuisionis scriptũ fuerit de ipsis Alziario ꝛ Claudio volẽtes venire ad diuisionem bonorum maternorum, quia ex

hoc non

hoc non infertur eosdem asseruisse vel narrasse quod bona huius¬
modi vel castrum predictum de Verdachijs seu pars illius ad eos
peruenerint iure hereditario: quia etiã si eo iure peruenissent non
poterant pro tempore hoc est post mortem matris, ꝛ post preten¬
sam aditam hereditatem diti bona materna, sed patrimoniũ aut
pars patrimonij horum nobiliũ Alziarij ꝛ Claudij, Pro quo al
legasse sufficiat quod post Oldra. voluit Alberi. in. l. si quando. §.
illud. col. iij. versi. sed quid si renuntiauit aliquis solenniter ꝛ legiti
10 me bonis paternis. C. de inoffi. test. † Ubi voluit qđ non obstante
renũtiatione huiusmodi potuerit renuntiãs succedere fratri pro¬
prio, etiam in his que a patre obuenerunt. Et idem voluit Ang.
consilio. lj. exordiente, Dominus ziglius ꝛ domina Dufelisia fue
runt consortes ꝛc. Roma. consilio. clxvij. exordiẽte, Circa primũ
quo queritur, an renuntiatione ꝛc. et Alexander de imol. in. l. j. §.
veteres. col. iiij. et. v. ff. de acquiren. heredi. et Bal. in. l. si is qui bo
11 nis. ff. de vulg. ꝛ pupilla. † Esto igitur quod defunctus ꝛ heres fin¬
gantur eadem persona. auf. de iureiur. a mori. pstĩ. col. v. Non pro¬
pterea post aditam defuncti hereditatem dicuntur bona defun¬
cti pone Titij, sed bona heredis, nisi hoc fiat per subauditũ olim
vel quõdam, vt verbigratia: bona quõdam, vel bona olim Titij.

12 † **Ad quartum respondeo qđ** si verum est quod in Prouincia bona feudalia redacta extiterint
ad instar allodialium seu burgensaticorum, ꝛ ꝙ domini Vassalli
de eisdem disponant ꝛ testentur, quemadmoduz de allodialibus
et burgensaticis vt fit in regno Francie ẜm Jo. fabri qui hoc not.
in auten. ingressi. C. de sacrosan. eccle. et institu. de re. diui. in prin.
ꝛ Pet. Jaco. sub rubrica. de condi. ex le. imperia. §. callidis. versi.
item fallit. quia hodie de consuetudine ꝛc. ꝛ quod potuit cõsuetu¬
dine introduci, per id quod voluit Bal. cõsilio. cxliij. exordiente,
Quod pro regula in feudis traditur natura feudi appellatur. in
13 primo dubio, in prima parte. Si hoc inquã veruz sit, † puto ꝙ ap
pellatione bonorũ vassalli veniat etiã bona feudalia, ꝛ ꝙ vassal¬
lus disponendo ꝛ testando de omnibus bonis et iuribus suis qui
buscunqꝫ satis censeatur disposuisse ꝛ fuisse testatus etiam de feu¬
dalibus, quod etiam satis sensit Joan. fabri. institu. de re. diui. in
14 fi. principij. dicit enim se credere † quod cum hodie de consuetudi
ne regni Francie feuda alienari possint etiam sine voluntate dñi,
licet dominus habeat ius retinendi pro pretio quod veniãt in ge
nerali alienatione, cũ cesset ratio. c. in generali. si de feu. cõtrouer.
fue. inter do. ꝛ agna. ꝛ. c. j. de capita. qui curi. vendi. Jdeo enim vi
detur statutum seu cautum in dicto. c. in generali. si de feu. contro
uer. fue. ꝙ in generali alienatione oĩm bonorum facta per vassal¬
lum non veniant bona feudalia illius, pro eo ꝗ illa sine pena per¬
ditionis alienari nõ poterat sine cõsensu domini. c. j. §. j. de phibi.
feu. aliena. per Fede. et ob hoc generalis bonorum translatio non
extenditur ad ea que exigunt specialem concessionem. c. qđ trãsla
tionem. de offi. lega. nec ad ea que quis verisimiliter nõ fuisset con
cessurus. l. obligatiõe generali. C. de pigno. Hec autẽ ratio cessat
in feudis patrie Prouincie, postꝙ̃ illa redacta extiterũt ad instar
allodialium seu burgensaticorum, ꝛ postꝙ̃ vassalli disponunt de
his vt de allodialibus. Et idem dico in testamentaria dispositio
ne, qđ esto citra piudiciũ veritatis qđ testator idẽqꝫ vassall⁹ de bo
nis suis generaliter testãdo nõ cẽseatur disposuisse de bonis feu¬
dalibus seruantibus propriam feudi naturam pro eo ꝙ in talib⁹
bonis feudalibus non attenditur testamẽtaria dispositio, sed na
tura, pactum vel consuetudo. c. j. in prin. de succes. feu. ꝛ. c. j. §. dona
re. quali. oliz feu. pote. aliena. Et ideo verba generalia testãtis ad
15 alia feuda non adaptantur, † quia generalia verba disponẽtis nõ
adaptantur ad impossibilia ipsi disponenti. c. ecclesia. de cõstitu.
c. ecclesia. vt lit. penden. ꝛ. c. ꝙ clericis. de foro competen. qđ etiam
voluit Bal. in. l. fi. §. in computatione. ad fi. C. de iu. delibe. Pau.
de ca. consil. clxxxj. exordiente, dicendum est qđ dicta fraternitas.
pro quo allegat. l. si pater. ff. que in frau. credi. l. lucius. §. penult. ff.
ad munici. et. l. ꝙ̃ ꝙ̃. ff. de ri. nup. Et idem voluit And. barba. con¬
silio. xj. exordiente, Jllud afferam in medium quod psalmiste ꝛc.
col. x. in principio. vbi multa inducit in secunda parte, ꝛ consi. liij.
exordiente, Preclare scripsit psalmista. col. xviij. versi. ꝛ si quispiã
insisteret in eadem parte, vbi etiam multa inducit. Esto inꝙ̃ ꝙ in
bonis feudalibus seruantibus propriam feudi naturam hoc pce
16 deret propter predictam ratiõnẽ. † Secus tamen esse debet in feu
dis patrie Prouĩcie, de quibus vt in facto proponitur disponũt
et testantur vassalli vt de reliquis bonis, et in quibus ab intestato
succeditur vt in reliquis bonis, ꝛ sic more romano non secundum
vel consuetudines vel feudales constitutiones, quia in his cessat
ratio antedicta. Et puto ꝙ non solum in dispositione testamenta
ria generaliter facta per vassallum talium feudorum veniat etiaz
feudalia, sed etiam si vassallus ille vnicum heredem instituerent in
vno solo fundo etiam nõ feudali. l. j. §. si ex fundo. ff. de heredi. in¬
stitu. ꝛ hoc ne dicamus hunc vassallum decedere partim testatũ ꝛ
partim intestatum contra. l. ius nostrum non patitur.

Ad quintum dico ꝙ respõ¬sio patet ex predictis. Si enim supponimus vt ponitur in casu ꝙ
bona feudalia sint redacta ad instar allodialiũ seu burgensaticor
ꝛ qđ in eis succedatur more romano, ꝛ ꝙ vassalli de eisdẽ dispone¬
re valeãt, prout de allodialib⁹, nõ video qua de causa potuerit hec
dña Margareta, ꝙ̃uis extranea hoc est non de agnatione vel co¬
gnatione dicti nobilis Claudij per eũ heres etiã in feudalib⁹ insti
tui. Cui etiã nõ obstat ꝙ sit femina, cũ castrum de Verdachijs seu
pars illius fuerit femine, dicte vcz dñe Philippe vt in facto sup¬
ponitur. Adijcio ꝙ etiã premissis cessantibus, si tũ feuduz predi¬
ctũ esset receptũ per dictũ quondã Claudiuz pro se ꝛ quibuscunqꝫ
suis heredibus, illud videretur esse oĩno hereditariũ ꝛ nõ videret
retinere propriã feudi naturam. arg. c. j. de feu. nõ habẽte propriã
naturã feudi. vt dicit Bald. in. l. cum virum. C. de fideicommis. et
ꝙ̃uis idẽ Bal. subdat ibi sub dubio forte, qđ forte dictio quibus¬
cunqꝫ referri debeat ad habiles, non ad omnino extraneos: nihil
tamen allegans, ꝛ sic videatur relinquere articulum indiscussum:
tamen ex his que not. Alexan. de imol. in. l. si patroni. col. penult.
versi. aliam limitationem. ibi, subdit tamen. ff. ad trebel. videt col
ligi primũ dictũ esse veri⁹, ꝛ ibi multa inducit que possunt videri.
¶ Jllud autẽ est indubitatũ ꝙ dictus Alziarius vitiose possidet
dictum castrum, etiam si essemus in casu prout non sumus in quo
in vim dicte pretense substitutionis illud aut pars eiusdẽ sibi resti
tui debuisset. Pro quo allegasse sufficiat qđ voluit Ang. ꝛ post eũ
Joan. de imol. in. l. filium fratribus. ff. ad trebel. ꝛ Alexã. de imol.
consilio. xxxij. exordiẽte, Viso processu ꝛc. in tertio volu. Que oĩa
scripserim sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis.

Consilium. XIX.

De libello alternatiuo super actione rei vendicationis ꝛ pu
bliciana, et de probationibus super eo non legitime factis.

Summarium.

1 Libellus alternatiuus de iure vel de consuetudine, an proce¬
dat, ꝛ an ꝛ quando super tali libello sententia possit proferri.
2 Possessio cũ reputatione dominij presumptionem sufficientem
an inducat.
3 Jn actione publiciana que requirantur.
4 Publiciana equiparatur vsucapioni.
5 Jn dominij acquisitione quid requiritur.
6 Jncertitudo rei petite iudicium retardat.
7 Ad probationem incertitudinis corporum quid sufficiat.
8 Causa scientie testis p testẽ reddita an debeat esse diuersa cũ dicto.
9 Vox publica ad hoc vt in aliquo psit per quos testes debeat pro¬
bari.
10 Causa scientie reddita per testẽ debet concludere.
11 Renuntiatio ꝛ donatio possunt fieri parte absente.
12 Testem que inimicitia repellat.
13 Testi etiam in articulo mortis dicenti se fuisse corruptum ꝛ ob id
tulisse falsum testimoniũ nõ creditur in preiudicium partis pro¬
pter tres causas que enumerantur.
14 Testi periuro non creditur.

1 **Libellus † parte Pe¬**tri, Antonij, Raymũdi ꝛ Francisci torna¬
toris oblatus et productus contra proui¬
dum virum Joannem guilhaudi conclu¬
dit alternatiue in actione rei vẽdicationis
et publiciana iuxta id quod habetur in. c.
abbate sane. ꝛ quod ibi per omnes de re iu
di. in. vj. et iuxta theoricaz quã ponit glos.
et sequuntur doctores in. §. sed iste. institu. de actio. Et licet libel¬
lus huiusmodi dicatur vel de iure vel de consuetudine procedere,
nunꝙ̃ tamen potest super tali libello alternatiuo sententia pferri
nisi postea probationes liquide sequute sint iuxta glo. que reputa
tur singularis in. l. j. §. si quis argentum. in verbo, pondus. et qđ
ibi Barto. ff. depositi. Bar. in. l. si in rem. in fi. princi. ff. de rei ven¬
di. Barto. in. l. in actione. ff. de fur. in. l. inter stipulantem. §. j. ff. de
verborum obligationi. et in. l. non solũ. §. sed vt probari. ff. de ope.
noui nuntia. Quod non est factum in causa quam prefati Pe¬
trus, Antonius, Raymundus, ꝛ Franciscus psequunt ꝛ habent
cõtra dictũ Guilhaudi. Nõ enim pbauerũt ipsi Tornatoris dñi

ant quasi dominiuz terre de qua in actis seu libello superius mentionato, etiam si dici posset q ipsi probauerunt Guillielmum eorum quondam pretensum patrem terrā predictā tenuisse z possedisse ad vt z tanq dñm eiusdez fuisse habitū tētū z reputatū. †Et primo quidez nō dñm, q licet illa sit z fuerit opinio Pla. q possessio cum tali reputatione dominij presumptionem sufficientez inducit. per.l.litibus.z.l.si coloni.C.de agrico.et censi.lib.xj.z.l.titio.ff.de solu.doct. tamē hanc opinionē cōmuniter reprobant in l.cum res.z qd ibi plene per Cy.z docto.C.de proba. per Bart.in l.quidam in suo.vbi glo.tangit.ff.de cōdi.institu.z per dominos de Rota in decisionibus nouis.decisione.cccxxx.exordiēte, Si vēdico a te castrū in cuius possessione tu es zc.Facit qd voluit Bar. in.l.j.ad fi.ff.pro suo.z Pau.de castro.consilio.xcvj.exordiēte, Viso quodam pcessu agitato Forliuij super eadem terra zc.et consil. cccv.exordiente, Viso processu causevertentis zc.Non etiam probatum est quasi dominium, quia si illud diceretur fuisse probatuz vel hoc diceretur de quasi dominio causato primo in personam dicti quondam Guillielmi patris horum actorum, et translato in personam eorūdē.l.in suis.ff.de libe.z posthu.aut de quasi dominio de nouo creato in personis eorūdem actorum: sed neutrum dici potest, ergo zc. †Et primo nō primū: quia in creatione huiuscemodi quasi dominij seu publiciane actionis pro eo competentis quatuor requirunt: vcz traditio, iusta causa traditionis, vera possessio, z possessiōis amissio. De duob9 primis, z quarto sunt tex. in.l.j.§.et.iij.ff.de publi.z in dicto.§.sed iste.institu.de actio. Tertium determinant doc.in dicta.l.cum res.† quia publiciana equiparatur vsucapioni.l.siue.§.hec actio.ff.de publi. in qua illud requiritur.l.fina.ff.pro suo.modo esto q dici possit probatū fuisse possessionem dicti quondam Guillielmi, non tamen probata est traditio ex iusta causa. Ergo non valerent depositiones testium, etiam si non solum deponerent dictum quondam Guillielmum possedisse terram, de qua in actis, sed z quod ipse fuit habitus, tētus z reputatus huius terre dñs. Pro quo videri potest qd plene ponunt do.de Rota in dicta decisione. cccxxx. Non etiam potest dici scdm, q non est probatū, quinimo nec deductū dictos Petrū Antoniū, Raymundū, z Frāciscū dictam terram possedisse.

† Nec suffragatur prefatis actoribus quedam pretensa recognitio quā Anno dñi.M.tricentesimoseptuagesimotertio, z die.xij.mēsis Nouembris fecisse pretēditur quidā nobilis Marco iuliani loci Castrinoui de Capra. Tum quia illa pretēsa recognito nō fuit nec est titulus aptus ad acquisitionē dominij fiendam per ipsum pretēsum recognoscentem. Non enim per eam aliquid sibi conferebatur, nec de conferēdo seu tradendo promittebat per illum nobilē Joannē merle, qd tamē requirit ad acquisitionez quasi dnij. Pro quo allegasse sufficiat not.per glo.in dicto.§.sed iste.† Tum z quia nō est probatuz qd terra parte dictorū actorum in causa petita, et terra quam idez Marco recognouisse pretenditur, fuerint z sint vna terra, qd tamen probandum erat.l pōponius scribit si frumentum.§.si.ff.de rei vendi.l.j.vbi per Bart.C.si vnus ex pluri.appella.z quod not. Barto.in.l.demonstratio falsa.in fi.ff.de condi.z demonstratio.z Joan.and.in.c.auditis.de restitu.in integ. Cōfines enim terre petite, z illius que fuisse recognita pretēdit, non sunt idē. In libello enim petit terra confrontata cum itinere quo itur apud dictum locum Castrinoui, z cū quadā terra ibi sita acquisita ab Antonio lōbardi. Terra vero recognita dicitur cōfrōtata cum via publica aliter nō declarato z expresso cum qua via, z cū terra Guillielmi si gaudi. Ecce ergo qd pfines non apparent idē. Et esto qd iter z via publica predicte possent dici idē cōfinis, non tū apparet q terra q dicitur fuisse illius Sigaudi, z terra q dicit fuisse acquisita ab Antonio lōbardi sint vna terra. Et ita nō obstat quod voluit Barto. in dicta.l.demonstratio.in.vij.q.videlicet† q ad probationē idētitatis corporum sufficiat qd conueniant in duobus confinibus, quia hic non apparet quod terra petita et recognita in illis conueniant. Nec dicat aliquis qd idētitas probata extiterit per depositiones testiū parte dictorū actorū in causa pductorū z examinatorū super articulis additionalibus. Et primo quidē nō per dñm Bertrandū guilhaudi. Tū q prout deponit super nono articulo ipse baptizauit dictos actores, z sic inter eū z ipsos est cōtracta cognatio spiritualis. † Tū z q causa dicti seu sciētie per eūdē reddita est eadem cum dicto, que tū debuit esse diuersa, per id qd voluit Bald.in.l.solum.col.j.versi.quero de quibusdā zc. C.de testi. Non etiā per Jo.guibaudi, q ille dicit se referre cognitiōi iustitie z veritati, qmuis postea subijciat q publice vociferat qd iste sunt vna et eadē terra. Sed hoc dictū nō prodest, † quia nō est de rei veritate, sed de publica voce, z sic de iudicio quod deberet ad minus pbari per duos testes ad hoc vt in aliquo prodesset ipsis actoribus, z vt possit coniungi ad integrandum semiplenam probationez si illa facta esset, prout non est. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Alexan.de imol.consi.xj.exordiente, Sentio in dubium reuocari zc.z consilio.xix.exordiente, In his que in themate zc.col.viij.z ix.in quibus locis multos inducit, z signanter glo.z docto.in.l.si. C.fami.ercis.Ange.in.l.si.ff.quod met.cau.z Bald. in.l. si quis ex argentarijs.post principium.ff.de edē.vbi videri potest. Etiā nec probatur per depositionē Joannis guilhaudi deponētis q scdm confines z situationem q terra recognita est illa de qua contenditur. Tum quia non est verū q secundum confines sit illa: quia vt predixi isti non apparent idem sed diuersi. Tū z quia redditio cause seu scientie non valet. dicit enim causam scientie reddens q aliā nescit, ex qua nō cōcluditur q hec sit illa. † Et tū causa sciētie reddita concludere debet. pro quo videri potest quod voluit Bal. in l.conuenticulam.col.iiij.C.de episcopis z cleri.z in dicta.l.solam. Ex quibus infertur qd supposito citra preiudicium veritatis qd prefatus Guilhaudi de nullo opposuisset z nihil probasset, ipse tamen debuisset z deberet ob rem nō probatā ab impetitis absolui.l.qui accusare.C.de edē.l.si.C.de rei vēdi.l. negātes.C.de actio. et obliga.z in.c.j.cum suis simili.vt ecclesia.benefi.

Ceterum apparet per duos testes parte dicti Guilhaudi in hac causa productos, z super articulis exceptionalibus eiusdē Joannis guilhaudi examinatos et auditos eundem quondam Guillielmum tornatoris terram predictam remisisse domino Castrinoui in presentia eius baiuli, huiuscemodi remissionem pro ipso domino recipientis, z etiā acceptantis. Quo fit vt queadmodū cōtrauenire nō posset idez Guillielmus si viueret.l.queritur.§.si vēditor.ff.de edili.edic.c.q periculosum.z qd ibi glo.vij.q.j.z.l.post mortem.cum suis simili.ff.de adop.ita nec cōtrauenire possunt dicti ei9 heredes.l.q a patre.C. de resti.mili.et.l.venditrici.C.de re.alie.nō alie.l.ij.C.si qd in fraudem patro.et.l.si creditoribus.C.de seruo pigno.da.manumis. Nisi forte quis opponere voluerit quod ideo non valuerit remissio, quia non fuit presente parte, sed istud non obstat. † Quoniam respondeo q siue remissio huiusmodi censeri debeat renuntiatio siue donatio, illa videt valuisse. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Barto.in.l.non solum.§.liberationis.ff.de libera.lega. Pro quo allegat.ff.pro derelicto.per totum. Pro secūdo induco.l. absenti. et.l.etiam.ff.de dona.et.c.si absenti.de preben.in.vj.ad quod facit quod voluit glo.et docto.in.l.illud.C.de sacrosanc.eccle. Concludo igitur ex premissis eundem Joannē guilhaudi debuisse et debere ab impetitis absolui. Que omnia dixerim sub correctiōe cuiuslibet domini melius sentientis.

Nec obstant quidā pretensi obiectus parte dictor actor in hac causa ppositi z deducti: q dico z rñdeo q illi non probat. dñs enim Bertrandus guilhaudi et Marinus tornatoris pro illorū iustificatione pducti sunt in eorū depositionib9 z dictis p maxima parte singulares, z sic nō sunt cō testes, nō ergo pbant.l.iurisiurādi.C.de testi.z.c.tā literis.eodem ti. Et qmuis ambo nitantur deponere de verberio facto inter dictū quōdā Guillielmū tornatoris patrē hor actor z Antoniū borilli illi tū nihil deponūt de inimicitia hui9 Borilli ad actores qui cū obiectāt. Nec ex eor dicto cōcludit inimicitia dicti Borilli aduersus actores. Supposito citra preiudiciū veritatis q aliqualis inimicitie suspitio aduersus dictū Guillielmū si viueret cōcludi posset. † Preterea nō ois inimicitia repellit testē, sz solū inimicitia capitalis vel grauis, per id qd not.doc.z maxime Frā.de are.in.c.cū oporteat.col.v.de accusa. Quo ad id vero qd prefatus Marinus dixit z deposuit se corruptū falsum dixisse nō est sibi credēdū, p id qd habetur in.c.sicut.de testi.z qd not.Bar.in.l.si quis in graui.§. si quis moriēs.ff.ad silleia.Bal.z Salice.in aut.si dicat.C.de testi. † not.enim qd testi etiā in articulo mortis dicenti se tulisse falsum testimoniū nō credit in preiudiciū partis. Pro quo allegant tres causas, quarū vna est quia deponit nō iuratus. scda quia nō deponit solēniter. tertia q deponit ex interuallo. Et sic videt qd quelibet causarum huiusmodi sufficere debeat, per id qd legitur z not. in.l.liberorum.§.notantur.ff.de his qui notan.infa.z in.§.affinitatis.institu.de nup.et quod not. Alexan.de imol.in.l.possideri. §.ex contrario.colum.viij.ff.de acquiren.possessio. et in.l. gallus. §.quidaz recte.col.vij.ff.de liberis z posthumis. Adijcio q cū iste Marin9 dicat se deierasse in prima depositiōe, nō est nūc ei credēdum. † quia testi periuro non creditur.c.testimonium.cum suis simili.de testi.

Consilium. XX.

De bonis donatis ante testamentum non veniētibus in restitutione fideicommissi.

Summarium.

Summarium.

1 Acquisita per grauatum aliūde ꝙ ex testamento an veniant in generali fideicōmisso, et quid in dote, et quid in acquisitis reuocabiliter in vita testatoris.

2 Donatio inter patrem et filium propter iuramentum, an reddatur efficax.

1 IN† vniuersali seu generali fideicōmisso non veniūt ea que heres vel alius ꝑ fideicōmissum hmōi grauatus aliūde acquisiuit ꝙ ex testamēto, etiā si illa acquisiuisset a testatore. l. sequēs questio. et quod ibi glo. Barto. et docto. ff. de lega. ij. et qđ voluit glo. Bal. ⁊ docto. in. l. cum virū. C. de fideicōmis. Pro quo facit, quia videmus ꝙ si pater filiam per eū heredem institutā grauet ꝑ fideicōmissum vt Titio restituat id qđ ex bonis patris ad eā peruenisset, non cōprehenditur in fideicommisso hmōi dos quā pater eidem filie in vita donauerat. l. a filia. in principio. ff. ad trebel. Probatur etiā quod ꝑdixi in. l. lucius. §. maritus. ff. ad trebel. vbi maritus vxorez heredē instituit in certa quota hereditatis, ⁊ plura alia titulo legati vel fideicommissi particularis sibi reliquit. Et inter alia eidem legauit dotē quam ab ea acceperat. Postꝙ ipaz vxorē grauauit vt quotaz hereditatis in qua eam heredē instituerat, et quecunꝗ sibi legasset restitueret post mortē filio cōmuni: et q̄rebatur ibi an vxor teneatur ꝑ fideicōmissum restituere dotē, vbi respōdet iurisconsultus ꝙ non, nisi aliter manifestū existat testatorem sensisse de dote. Ecce ergo ꝙ ꝑ illa verba generalia, scʒ ⁊ quecunꝗ ei legasset: non videtur testator sensisse de dote que alio iure ꝑtinebat ad ipsam vxorē ꝙ ex testamento, ꝙuis idē testator eandem dotē dicte vxori legasset, et ꝙuis legatum hmōi valeret propter cōmodum repsentationis quod vxori afferebat. Cui nō erat al's dos restituenda, nisi post annū. l. j. circa principiū. ff. de do. ple. et. §. sed si vxori. institu. de lega. Et ꝓcedit qđ predixi, nō solum eo casu quo grauatus de restituendo acquisiuisset hoc irreuocabiliter in vita a testatore grauante, vbi videt̄ esse minus dubium: sed etiam vbi hoc acquisiuisset reuocabiliter seu etiā inutiliter, vt voluit glo. ⁊ docto. in dicta. l. cū virum. quod bene ꝓbatur in allegata. l. sequens questio. q̄ loquitur in rebus a testatore vxori donatis cōstante matrimonio, quo casu donatio nō valebat, sed veniebat morte mariti ꝑdecedētis cōfirmāda, si illā nō reuocasset. l. ante pe. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. l. j. ⁊. l. papinianus. ff. eo. titu. Quo fit vt bona q̄ nobilis ⁊ potens quondā vir dn̄s Michael de Ualpergia nobili Joanni eius filio legitimato donauerat ante testamētum per eū conditum, nō veniant aut venire debeant in restitutionem fideicōmissi ꝑ ipsuz do. Michaelē ab ipso nobili Joannono gn̄aliter relicti sub conditione, si ipse nobilis Joannonus sine liberis legitimis ex suo corpore natis ⁊ ꝓcreatis ab humanis decederet, etiam si in testamento hmōi legauerit ⁊ reliquerit, non solum alia bona, sed etiam ꝑdicta: hoc est ea que ante testamētum hmōi eidē donauerat. Postꝙ etiam nō facto dicto testamento bona ꝑdicta

2 fuissent sua et sibi quesita in vim ꝓcedentis donationis, † q̄ ꝙuis facta extiterit ꝑ patrem filio in ipsius patria potestate existenti: valuit tamē ⁊ de iure fuit et est efficax ꝓpter iuramētum quod in illa interuenit. ꝑ id quod eleganter voluit Bal. in. l. fi. C. de vsucap. ꝓ dona. et in repetitione. l. ij. charta. xviij. ff. de iureiurā. Et idē sensit ꝯm Alexan. de Jmol. in. l. si donatione. C. de colla. Etiaz ꝓ hac parte consuluit ipse Bal. cōsilio. lxv. exordiente, Premittendum est ad euidentiā ꝙ donatio facta filio in potest. ⁊c. in tertia parte. Fran. de are. cōsilio. lxxvij. exordiente, Et ratio scribendi ⁊c. col. iij. ver. circa tertiū. hoc etiam voluit Alexan. de Jmol. in dicta. l. si donatione. col. v. ver. vtrū aūt donatio. et consilio. clvij. exordiēte, Uiso instrumēto donationis. col. vj. in. ij. volu. cōsi. viij. exordiēte, Uisis ⁊ cōsideratis his que in themate ⁊c. in eodē. volu. et cōsi. xx. exordiēte, Ponderatis his q̄ in themate ⁊c. col. j. et. ij. in. iij. volu. Etiā ꝓ hac parte cōsuluit dn̄s Ambro. de vina. in quodā suo cōsi. exordiente, Pridē cōtractum fuit matrimoniū ꝑ verba de futuro inter spectabilē Guidonē de palude. qui etiā ibi refert do. Barto. Uulp. et Catho. idē voluisse i. l. si quis ꝓ eo. ff. de fideiusso. ⁊ Guil. de mōtelau. in cle. romani. de iureiur. Possent ꝓ hac parte induci multa iura ⁊ rōnes quas vitande ꝓlixitatis causa non induco.

Consilium. XXI.

De nullitate testamēti filij qui nihil iure institutionis in testamento eius matri reliquit.

Summarium.

1 Parentes quemadmodum tenentur legitimaz aut aliquid iure institutionis eoꝝ liberis relinquere, ita liberi eoꝝ parētibus, al's testamentum corruit.

2 Clausula codicillaris in testamēto vbi est ꝓterita mr̄ quid operet̄.

3 Quarte due in grauamine puro an deducende.

VIsa copia testamēti qđ fecisse ꝓtenditur ꝓbus quondam vir Rogerius philiponis, et dubijs in pede seu dorso copie hmōi positis et latius descriptis. Dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte ad ꝑdicta dubia, ꝓut infra. Et primo ad primum, ꝙ dictū testamentuz fuit nullum, ꝓ eo quia idē quondā Rogerius nihil legitur reliquisse iure institutionis honeste mulieri Nicole

1 eius matri, quod tamē facere debuisset: † quia queādmodū parētes tenētur legitimā aut aliquid iure institutionis eorum liberis relinquere in eoꝝ testamentis, al's illa non valent. aut. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoꝗ capitulū. iuncto. §. ceteruʒ. col. viij. Jta tenētur liberi eoꝝ parentibus legitimā aut aliquid iure institutionis relinquere. Et hec fuit opinio Jaco. de bellovi. in quadā sua q̄stione exordiente, Titius ⁊c. quā opinionem etiaz posuit in dicto aut. vt cū de appella. cogno. et mouetur multis bonis motiuis per eū inductis, et q̄ recitauit Joan. de Jmol. qui etiam idem tenuit in. l. j. §. si quis ex fundo. in repeti. charta mihi. viij. vel circa. ver. iuxta ꝑdicta restat dubiū, an sicut filius ⁊c. ff. de hered. institu. in. c. raynutius. charta mihi. v. versi. vlterius quia est dictū supra, an filius hodie ⁊c. de testa. Hanc partē etiam tenuit idem Joā. de Jmol. in. l. his verbis. ad fi. principij. ff. de heredi. institu. et Lāfrā. in repeti. c. si pater. charta mihi. xj. vel circa. ver. vndecimo q̄ritur an sicut parentes ⁊c. de testa. in. vj. Alexan. de Jmol. in aut. ex cā. C. de libe. ꝓteri. vel exhere. Et ꝓ hac parte cōsuluit Anto. de but. cōsilio. xviij. Et idem voluit Pau. de ca. consilio. lxiij. exordiente, Uidet̄ dicendū ꝙ vtrūꝗ legatum ⁊c. Et ꝙuis Bar. senserit cōtrarium, ꝓut refert Joan. de Jmol. in locis superius allegatis: ꝑma

2 tamē opinio videtur esse verior et etiā cōmunior. † Est tamen aduertendū ꝙ si in dicto testamēto fuerit apposita clausula codicillaris, quā vt plurimum solent apponere notarij, que est hec. Et si nō valet iure testamenti, volo ꝙ valeat iure codicilloꝝ. per illam clausulā videret̄ dicta quondā Nicola mater rogata de restituēdo hereditatē dicte Benedicte heredi institute. per id qđ no. Joā. de Jmol. in. l. ex hac scriptura. §. ex his verbis. ff. de testa. Alexan. de Jmol. cōsilio. xxvj. exordiente, Circa primū dubiū ⁊c. in ꝑmo vol. Jo. Pet̄. ferra. in sua practica. titu. for. libel. quo agi. ex substit̄. in glo. sup verbo, ac ꝑ fideicōmissum. col. j. vel. ij. ver. similiter est memorie cōmendandū. et alij in alijs locis. Poterat tamen eadē Nicola detrahere vnā quartam, hoc est legitimā vel trebellianicaz, si illā elegisset, et sic vnā quartā tantū: residuū vero debebat restitui

3 seu reddi heredi institute, ꝓ eo † q2 grauamen in hoc casu non est cōditionale, sed purū. Pro quo allegasse sufficiat qđ no. docto. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. Bart. in. l. ꝙ ꝙ. C. ad le. fal. Alex. de Jmol. i dicto cōsi. Jo. Pe. ferra. in loco ꝑallegato. et alij in alijs locis. Et ꝯm hoc due tertie partes bonoꝝ ⁊ hereditatis dicti quondā Rogerij debuissent reddi ꝑfate Bn̄dicte ⁊ tertia pars bonoꝝ eiusdem Rogerij remanere debuisset penes eandem Nicolam. Allegatio secundi quesiti.

Ad secunduz quesitū dico et

rn̄deo ꝙ licet ꝑ illam clausulā ꝑ quā ideʒ quondā Rogeri⁹ voluit ꝑfatā Nicolā ei⁹ matrē nutriri ꝑ Bn̄dictā heredē institutā censeat̄ factū esse legatū, nō ꝓpterea infert̄ quin testm̄ de quo supra fuerit nullū ꝓ eo q2 vt ꝑdixi, nō sufficiebat ad vitādā nullitatē, ꝙ idē Rogerius eidē Nicole mr̄i legatū relinq̄ret, sed oportebat ꝙ ipse hoc relinq̄ret iure instōnis. Ceterū q2 cōperio fuisse scriptū ꝙ defūctus vir Joānes philiponis au⁹ ꝑrnus alteri⁹ Joānis ⁊ Bertrādi philiponis testm̄ cōdiderat in quo hr̄des instituerat ꝑfatū Rogeriū patruū hoꝝ Joānis et Bertrādi, ⁊ Hēricū eorūdē Joānis ⁊ Bertrādi patrē, et ꝙ ꝑmo ex his sine liberis decedēti supstitē substuerat. Dico ꝙ hec substitutio nihil ꝓdest dictis Joāni ⁊ Bertrādo, ꝓ eo q2 vt audio dict⁹ quōdā Hēricus vita funct⁹ est ⁊ ab hūanis decessit ante dictū Rogeriū. Et sic quo ad eū facta est substitutio caduca. l. si in ꝑsonā. C. de fideicō. l. j. §. sin aūt sub cōditiōe. C. de cadu. tollē. ⁊ in multis iurib⁹ allegatis ꝑ Oldra. cōsi. mihi. xcix. exordiēte, Quidā habēs tres filias ⁊ duos filios ⁊c. Nec ipse quōdaʒ Hēricus ius fideicōmissi seu substōnis trāsmisit ad dictos Joānē

et Bertrandū eius filios, vt voluit glo. cōmuniter approbata ab oībus in. l. j. C. de his qui ante aper. tabu. Et quia iste articulus nullum patit̄ dubium, ego vlterius non insisto.

Consilium. XXII.

De legitima renuntiatione et collatione beneficij ecclesie parochialis.

Summarium.

1 Dicto pape standū, postq̄ de contrario non apparet.
2 Ecclesiam parochialē vacantez in curia Romana, ordinarius an possit eam conferre et de ea disponere.
3 In causis bñficialibus an pcedi potest summarie et de plano.

Ex tenore pcessus dudum cepti ꝛ agitati p et inter venerabilez virū dñm Claudiū berthoyni presbyterū actorē ex vna parte, et venerabilez virum dñm Joannē durandi reū etiaz pſbyterū ex alia: constat ꝛ legitime apparet venerabilem quondā virū dñm Stephanum de porta fuisse rectorē ꝛ possessorē ecclesie parochialis sancti Juliani Vercorcij Diensis dyocesis. Et quidē tā per literas aplicas gratiā sibi factam continētes parte eius obtētas Anno dñi. M. cccclxxj. Calendis Januarij, insertas fol. cciij. ac dicte parochialis ecclesie acceptationē factam Anno dñi. M. cccclxxiij. et die. vj. mensis Decēbris, de qua cōstat literis testimonialibus. insertis fo. ccxij. insuper et p collationē sibi factaz de beneficio hmōi Anno incarnationis dñice. M. cccclxxiij. et die quarta mensis Januarij: prout etiaz cōstat literis testimonialibus, insertis fo. ccxiij. et subsecutam missionē in possessionē factā Anno incarnatiōis dñice. M. cccclxxiij. ꝛ die. vij. mēsis Januarij, de qua cōstat lr̄is testimonialib⁹. fo. ccxviij. ꝛ p publicū instrumētū insertum fo. cccxlix. q̄ per depositiones testium parte eiusdē do. Berthoyni in causa pductoꝝ. insertas fo. ccclvj. ꝛ signāter sup quarto articulo libelli in causa parte dicti do. Berthoyni pducti ꝛ inserti fo. lxix. qui etiā reperitur insertus post foliū. cxxviij. Probatū est igitur non solū q̄ idē quondā do. Stephanus de porta fuerit possessor dicte parochialis ecclesie tpe eius vite ꝛ mortis, sed etiā titulus, hoc est litere gr̄e aplice: et acceptatio in vim gratiarū hmōi p ipsum facta. Nisi forte quis dicere voluerit q̄ lr̄e et acceptatio huiusmodi eidē non pfuerint, cū nō appareat ipsum ecclesiā pdictā acceptasse infra mensem a tpe vacationis, sed potius appareat q̄ illā acceptauerit post mēsem, vt apparet lr̄is testimonialib⁹ dicte acceptationis. Sed istud nō obstat, q꞉ mēsis de quo in dictis suis lr̄is nō computat̄ a tpe mortis sui pdecessoris, sed a tēpore habite p ipsum do. de Porta notitie de vacatione hmōi, quā eundem de Porta habuisse interpretat̄ canū. ex eo tempore quo ipsa vacatio in loco vel ecclesia pdicta publice nota fuit. cle. j. §. fi. de cōcess. preben. Quo fit vt q̄uis dicatur eundē do. de Porta scdo mēse acceptasse ecclesiā, de qua supra, hoc nō obstet, cū nō appareat q̄ ante et vltra mēsem fuisset vacatio eiusdē ecclesie in ea vel loco Vercorcij publice nota, et ita nec ante acceptationē factā p ipsuz de Porta, et collationē subsecutā potuit reuerēdus in Christo prī do. eps Valētinensis et Diensis ppter decretū irritans, nec post collationem hmōi, vtpote p quā fuit ius quesitū pfato do. de Porta cōferre dictam parochialez ecclesiam causis ꝛ rōnibus al's allegatis in hac causa per dños primo scribētes aut eoꝝ alterū, quas replicare non expedit

Preterea etiam probatū est

eūdē do. de Porta postea ab hūanis in Romana curia decessisse: de hoc em̄ deponunt testes parte ipsius do. Claudij in causa pducti ꝛ examinati super quīto articulo dicti sui libelli. Et supposito citra piudicium veritatis, q̄ hoc non videret̄ esse plene pbatuz p testes pdictos. Hoc tamē non obesset, p eo quia hoc psumptiue ꝛ sufficiēter pbatur p lr̄as collationis de pdicta ecclesia facte venerabili viro dño Girardo lagerij, et p assertionē quā de morte et loco mortis 1 † facit sanctissimus do. noster papa in pdictis lr̄is, et cui standū est postq̄ de cōtrario non apparet. cle. lr̄is. et quod ibi glo. sup verbo, fecisse narramus. de pba. Et idē voluit ibi Pau. ꝛ Jo. de Jmol. ꝛ doc. Pro quo allegat glo. no. p glo. in. c. nōnulli. in glo. penul. de rescript. Vacauit igit̄ dicta parochialis ecclesia in curia 2 Romana. † Quo fit vt de ea disponere nō potuerit dñs Diensis eps iuribus ꝛ rōnibus etiam p dños primo scribentes plenissime allegatis, quas nō refero: q꞉ non expedit nec alias eisdē adijcio cū ille sufficiāt. Insup apparet q̄ ecclesia hmōi collata fuit p summū pontificē dicto do. Girardo, vt constat lr̄is apostolicis parte dicti do. Girardi obtentis Anno dñi. M. cccclxxviij. quinto calendas Julij. insertas fol. cclxx. Nisi forte quis dicere voluerit q̄ dicte lr̄e originales pducte non extiterint p dictum do. Berthoyni contra ipsum do. Durandi, sed dūtaxat pductus extiterit pcessus fact⁹ corā reuerendo prī et viro egregio dño Frācisco de puteo officiali Granopolitano et iudice apostolico, in quo lr̄e hmōi dicunt̄ registrate, que ppterea nō videtur facere fidē. per ea q̄ not. Jnno. ꝛ docto. in. c. cū in iure peritus. de offi. delega. et aut̄. si quis in aliquo. C. de eden. Et q꞉ etiam pducte fuerūt in pcessu tunc pendēte inter alias psonas. per ea q̄ not. docto. in. l. ij. C. de eden. et in. c. causam que. de testi. Sed istud nō obstat: tū quia videt̄ posse pdictis respōderi q̄ ideo non obstant, q꞉ litere pdicte put extiterunt cōtra eundem do. Durandi, qui nec coraz dicto do. de Puteo, nec in psenti pcessu aliquid opposuit contra eas, et q̄ ad iussum ꝛ mādatū eiusdem do. de Puteo fuerunt in pcessu regestrate et inserte. Tum et p eo, maxime q꞉ litere originales postea fuerunt parte eiusdē do. Berthoyni in hac causa pducte, quibus pculdubio standum est. Apparet etiam finaliter ꝛ postremo eundē do. Girardum postea Anno incarnationis dñice. M. cccclxxxiij. tertio Jdus Aprilis spōte et libere resignasse in manibus pōtificis dictā parochialē ecclesiam, et deinde Anno/mēse/ꝛ tertio Jdus hmōi ipm summū pōtificem ecclesiā hmōi cōferri mandasse ipsi do. Berthoyni, vt constat lr̄is apostolicis parte ipsius Berthoyni in hac causa pductis et insertis fo. iij. ꝛ quibus quo ad oīa pxime dicta standū est. dicta cle. j. de pba. Apparet insup ecclesiam pdictā cū suis ptinentijs et iuribus postea fuisse eidē do. Berthoyni collatam p egregios viros dños executores sibi deputatos. Et vbi ptendi posset collationem hmōi non valuisse, p eo fortasse quia illa facta extitit, parte nō vocata, posset nūc de iure deberet fieri denuo collatio. Postq̄ idē Durandi fuit plene auditus, et nūc apparet fuisse ꝛ esse purificatus, lr̄as apostolicas parte dicti Berthoyni obtētas ꝛ impetratas et supra mētionatas, eo saltez quia ita fieri petiūt ꝛ petit idem Berthoyni, qđ facere potuit ꝛ potest: q̄uis in eius libello hoc pe- 3 titum nō fuerit, † quia ista est causa bñficialis in qua pcedit ꝛ procedi pōt summarie simpliciter et de plano ac sine strepitu iudicij ꝛ figura. cle. dispendiosaz. de iudi. et cle. sepe. de verb. signifi. Ex quibus omnibus iunctis iuribus ꝛ rationibus per dictos dños allegatis plenissime apparet de bono iure eiusdem do. Berthoyni et de non iure pfati do. Durandi, qui licet nō solum illam quam sibi fuisse factam ptendit, sed alias multas ptēsas collationes factas per dictum do. Diēsem episcopū pduxerit, ille tamē eidē in nullo suffragantur, eo q꞉ facte p eum qui vel eo tēpore quo facte sunt, vt pote manus habēs ligatas, vel p eo q꞉ iā fuerat de ecclesia hmōi alteri canonice prouisum facere non potuit. Prima enim illa vez que fuisse facta pretenditur dño Nicolao de mōtassa legitur facta Anno dñi. M. cccclxxxij. ꝛ die. vij. mēsis Julij. q̄ inseritur fo. cxlix. Secunda vero q̄ vez fuisse facta pretenditur dño Girardo messolaini legitur facta Anno dñi. M. cccclxxxiij. vel. lxxxiiij. ꝛ die. xx. mēsis Octobris, vt apparet literis insertis fo. cxlvj. Ultima vero et quam sibi fuisse facta ptendit idem do. Durandi facta legitur Anno dñi. M. ccccxc. et die prima mēsis Junij, vt apparet p lr̄as insertas fo. cxliiij. et iste omnes secute sunt acceptationem quā de dicta parochiali ecclesia fecit dictus quōdam do. de Porta ꝛ subsecutā prouisionē, que vt dixi facte sunt Anno dñi. M. cccclxxiij. et die. vj. mēsis Decēbris. et Anno incarnationis dominice. M. cccclxxiij. die quarta mensis Januarij, singula singulis oportune referendo, a quo tēpore ppter rationes superius et p dictos dños plenius allegatas: nunq̄ licuit eidem do. Diensi epo de predicta ecclesia disponere. Et ita mihi subsignato videtur de iure respondendum sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis.

Stephanus Bertrandi.

Consilium. XXIII.

De testamento sumpto per falsariū et factum in terris ecclesie cum minori testium numero.

Summarium.

1 Falsitas perpetrata per notarium ante sumptum instrumentum an reddat illud suspectum, minorq꞉ fides videatur adhibenda.
2 Presumptio ex presenti resultat in preteritum.
3 Falsi suspitio pro falsitate an habeatur nisi a parte producēte probetur veritas.

Testium

4 Testium minor numerus in terris ecclesie testamentum non inualidat, et quot sufficiant.
5 Dictum duorum testium semper habet maiorem ꝙ vnius quantuncunqꝫ autentici.
6 Clausula codicillaris rogat venientes ab intestato restituere hereditatem scriptis heredibus.
7 Filius grauat⁹ de restituēda dimidia parte hereditatis an possit de illa dimidia detrahere trebellianicam ⁊ legitimam.

Viso quodā pretenso instrumēto testamenti qđ fecisse pretenditur honorabilis quondam vir Antonius belloni de Vapinco. Anno domini. M. cccclxxx. et die. xix. mēsis Augusti. Et preterea auditis et intellectis his q̄ parte honesti iuuenis Guillielmi belloni filij naturalis et legitimi eiusdē quōdam Antonij inter cetera ꝓtendentis et dicentis magistrū Antoniuꝫ hugonis notariū fuisse de falso condēnatum, post tamē dictum assertū in-
1 strumentuꝫ.† Dico ⁊ respondeo, ꝙ si ꝓbari posset falsitates aut falsitatem ꝓpter quas seu quā fuit de falso condēnatus idem magister Antonius hugonis fuisse ꝑ eū perpetratas et cōmissas, seu ꝑpetratam et cōmissam ante dictū pretensum instrumentū testamenti ꝑfati Antonij, illi videret maior fides adhibēda, vt voluit Joan. de ana. in. c. fraternitatis. de hereticis. Pro quo allegat in argumentū ea q̄ habentur in. l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de edē. et dicit Pau. de cast. cōsilio. cciij. exordiente, Ponitur in facto ꝙ in causa ꝓducitur ꝑ vnū ⁊c. se putare ꝙ tale instrumentuꝫ reddat
2 aliqualiter suspectū,† quia ex ꝑsenti resultat ꝑsumptio in preteritum. l. ij. ff. de ꝓba. l. j. §. si magistratus. in fi. ff. de magistra. conuenien. et qđ not. in. l. ij. ante fi. magne glo. ff. de ꝓba. Quod si ita est,
3 non videret hmōi ꝓtensum instrumētum plene ꝓbare,† q2 suspitio falsi ꝓ falsitate habetur, nisi a parte ꝓducente ꝓbet veritas. l. iubemus. C. de ꝓba. quod etiā voluit Archi. in. c. in memoriā. di. xix. Hoc tamen nō est sine dubio, super quo non insisto. Pro eo q2 nō sum plene informatus de tēpore cōmisse aut cōmissarū falsitatum, pro qua seu quibus idem magister Antonius dicitur fuisse de falso condemnatus.

Ubi aūt presupponeremus instrumentū nō posse dici suspectuꝫ, et sic facere debere plenā fidē superesset difficultas an dictū ꝓtensum testamentū de iure valuerit. Et videt prima facie dicendū ꝙ nō, quatenus tamen illud concernebat ⁊ cōcernit Claudiū belloni ꝓpter defectum sufficientis testiū numeri, pro eo q2 non legūtur testamento hmōi interfuisse, nisi quinqꝫ testes: et tamē de iure vident requiri septē. l. hac cōsul-
4 tissima. cū suis simili. C. de testa.† qđ plane ꝓcederet nisi testamētum hmōi cōfectū esset in terris ecclesie, cuiusmodi est Vapincēsis ciuitas in qua cōditū legitur, quo casu vident sufficere pauciores testes, vt apparet ex not. ꝑ multos docto. tā antiquos ꝙ modernos in. c. cū esses. et in. c. relatum. de testa. ꝑ Roma. in repeti. aut. similiter. C. ad leg. fal. quor aliqui etiā magne autoritatis viri voluerūt ꝙ in testamentis factis in terris ecclesie, etiaꝫ ad non pias causas sufficiant duo testes moti multis rōnib⁹ ⁊ motiuis. Et huius opinionis fuit Anto. de butri. in dicto. c. cū esses. ⁊ Roma. in dicta aut. similiter. Alij vero dixerūt ꝙ sufficiāt ꝑsbyter parochialis cū duobus aut trib⁹ testibus. et huius opinionis fuit Joā. an. in dicto. c. cū esses. et isti multo forti⁹ viderent sentire ꝙ vbi adsunt quatuor testes idonei illi sufficiant, q2 si opinentur sufficere ꝑsbyterum parochialē ⁊ duos alios, et sic tres testes, multo fortius cen-
5 seri debent opinari ꝙ quatuor sufficiant, ꝑ eo † q2 dictū duorum testiū semꝑ habet maiorē fidem ꝙ dictū vnius ꝙtūcūqꝫ autorisabilis ꝑsone. c. cū a nobis. ⁊. c. licet. de testi. Quod etiā voluit Spec. titu. de instru. edi. §. cōpendiose. ver. Item ꝑ iuscanonicū. et Panor. in repeti. dicti. c. cū esses. col. iij. ⁊ col. v. ver. prima cōclusio. Et sic nō puto secure posse testamentū predictum impugnari ex defectu solēnitatis seu numeri testiū, maxime cū non solū interfuerint quatuor testes, sed quinqꝫ. Preterea hic est aduertēdū ꝙ in dicto testamēto posita est clausula codicillaris, ꝑ quaꝫ voluit dict⁹ quōdam Antonius ꝙ si ꝑdictum eius testamentū nō valebat iure te-
6 stamenti valeret iure codicillor,† ꝑ quam clausulā censent veniētes ab intestato rogari de restituendo hereditatē scriptis heredibus. l. gñaliter. §. ex testamēto. ff. de fideicōmissa. liber. et qđ voluit glo. et docto. in aut. ex causa. C. de liber. preteri. et exhere. Bart. et docto. in. l. ex ea scriptura. §. j. de testa. ⁊ alij in alijs locis. Videtur igit dictus Guillielmus fili⁹, et sic primior ab intestato fuisse rogatus de restituendo eidē Claudio illā dimidiā partē in qua fuit heres institutus idē Claudius. de restituendo inquā, si testamētū nō valebat iure testamēti. Esto ergo ꝙ dictum testamentum non valuisset aut valeret iure testamēti ꝑpter defectū sufficientis numeri testiū, q2 tamen quinqꝫ testes interuenerunt, qui sufficiūt in codicillis. l. fi. §. fi. C. de cōdi. Dictus Guillielmus tanꝙ rogatus de restituendo dictā dimidiā partē potuisset cogi ad illius restitutionē, retenta tamē quarta trebellianica, quā retinere potuisset et posset, vt regulariter facere pōt quilibet grauatus de restituenda
7 hereditate aut quota illius, et hoc est certū.† Quo vero ad legitimam illā detrahere nō potuisset nec posset, q2 illam habet in alia dimidia in qua fuit per patrē heres institutus. l. qm̄ nouella. C. de inoffi. testa. et quod voluit Bar. in. l. in quartā. col. v. ver. venio ad quartā debitā iure nature ⁊c. ff. ad leg. fal. Et sic esto ꝙ dictū testamentū fuisset nullū, qđ non puto: nisi cōsuetudo se aliter haberet in dicta Vapincensi ciuitate: non erat tamen dictus Guillielmus habiturus de illa dimidia nisi quartam partem, vt predixi.

Consilium. XXIIII.

☞ De conuitijs et iniurijs verbalibus, et de actione et libello intentato super illis.

Summarium.

1 ☞ Iniuria etiam verbalis nemini retalianda, maxime inter pares.
2 Consuetudo vel statutum ꝙ quis dicatur nobilis ex ꝓgenie materna an valeat.
3 Nobilitas non ꝓcedit ex genere materno, sed paterno.
4 Gloriandum in nobilitate sanguinis non multum est, quia ex eadem massa.
5 Nobilitas generis personam non qualificat.
Nobilis nuncupari non debet degenerans ab auita virtute propter illiberales mores.
6 Nobilis genere laudet parentes.
Nobilitas hec sola manet, atqꝫ vnica virtus.
7 Urbanus quartus dixit nobilem non nasci, sed virtutibus fieri.
8 Sermo yronicus iniuriam pre se fert, etiam prolatus verbis indifferentibus.
9 Iniuria an sit monstrādo causidicū, si quis nominet bonū aduocatum vel hominē legalem ꝑ yroniam ⁊ truffam.
10 Veneti dicunt ꝙ fatui sunt astrologi.
11 Diffamari de maleficio quomodo quis intelligatur.
12 Iniuriam pati grauissimā quis potest sine diffamatione.
13 Nasci de puta non est crimen.
14 Leuans manus contra aliquem quasi vapulaturus et terrēs qua actione teneatur.
15 Actio iniuriarum an oriatur ex verbis generalibus.
16 Appellare aliquem furem vel homicidam an sufficiat ad iniuriā sine alia expressione.
17 Libellus obscurus/incertus/vel gñalis, potest ꝓcedere in causis in quibus summarie et de plano proceditur.
18 Estimatio iniuriarum vltra summam quam quis habet in ere, an arguat conclusionem libelli.

1 ☞ ☞ Ulcia† pro dulci pro turpi turpia reddi Verba solēt. Et rursū Turpia si loq̄ris, tu turpia iure mereris. Ad que si attendisset Honoratus de Vacherijs, immo ꝑpter demerita inhonorādus: ꝑfecto et antea veritas esset et nunc vereretur verba ꝓbrosa/iniuriosa ⁊ contumeliosa ꝑferre cōtra primum. Et quideꝫ contra nō minorē, sed ꝑfecto aut maiorē, aut saltē parē: quod forțasse ante finē cause huius sibi ostēdet. Nec est qđ iactitare debeat ꝑpter ꝓtensam agnationē illor de sancto Paulo: nō em̄ talis est qui ꝑpter illor nobilitatē si que fuerit dici possit nobilis. Opus est em̄ vt nobilitatē aliunde sibi q̄sierit vel imposterū querat. qđ si
2 nō credit videat idē Honorat⁹ alicubi Bar. dicentē.† ꝙ nō valet cōsuetudo, nec ꝑ cōsequens statutū, ꝙ quis censeat nobilis ex ꝓgenie materna: reprobat em̄ cōsuetudo q̄ cōtrariū induceret. Dicit etiā Bal. legē nescio quā esse contra milites qui dicūt habere no-
3 biles matres, q2 † nobilitas nō ꝓcedit ex gñe materno sed ꝑ̄no. Si igit de nobilitate parentū gloriari contēdat ideꝫ Honoratus taceat maternū genus, qđ ad hoc non ꝓdest, et querat paternuꝫ.
4 † Et deinde cui⁹ nobilitatis extiterit, inuestiget: nec multū de illo gloriet. Intelligo vt ꝑptere cōtēdat ⁊ cōtēdere debeat se esse Jacobo pelegrini nobiliorē: sunt em̄ ipsi vt alicubi dicit Hostien. de

eodem patre et eadem matre. Et post pauca subiūgit, ꝙ vere sanguinis nobilitas non est alia q̄ stercoris ⁊ fetoris. Sali. in. l. prouidendum. C. de postu. 5 Dicit † ꝙ nobilitas generis nō coheret ꝓso ne seu personam nō qualificat. Et ideo licet quis sit de nobili ꝓsapia vel genere non debet nobilis nūcupari, nisi bonis polleat moribus: nam si nō polleat bonis moribus, a sua potius dicēdus est degenerare ꝓsapia. Et cum hoc concordat Panor. qui alicubi dicit, ꝙ ex pretensa nobilitate generis laudandi sunt parentes, subijciens 6 † ꝙ si nobilis es genere, lauda parentes. Ad quod optime facit. c. nunq̄ de vitijs. dist. lvj. Alia enim ⁊ quedam est nobilitas virtutum: et ista est nobilitas animi et ꝓponenda nobilitati generis. vnde inquit Cicero in inuectiua contra Salustiuz. Sanctius est me meis fulgere moribus, q̄ maiorū opinione niti, vt sim posteris meis nobilitatis initiū et virtutis exēplum. Et cōtra eundem etiaz dicit Cicero. Quod deficit in te incipit in me: quasi vellet inferre ꝙ Salustius degenerabat genus suuz: sed ipse proprijs virtutibus prestat suis nobilitatis initium. Dicit etiaz Marius in oratione. Nunc videte q̄ iniqui sunt, quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non cōcedunt, scz quia imagines nō habeo: ⁊ quia mihi noua nobilitas est, quā certe peperisse melius est q̄ acceptam corrupisse. 7 † Scribitur etiam in vitis pōtificū, ꝙ cuz Urbanus papa quartus aliquando lacessitus extitisset, ꝙ vili patre ortus esset, respōdit. nobilem virum nō nasci, sed fieri, virtutis et nobilitatis est. Viderit igitur idem Honoratus qua mētis sanitate de suorum pretensoꝝ parentum nobilitates initium dicere ꝓsumpserit nobilem quōdam virum Antonium pelegrini fuisse vilem personam et de minori plebe, et debuisse respectu ipsius, et fortasse eius quōdam patris villanum nūcupari, maxime inquit ſm vulgarem sermonem ipsius patrie: quod ⁊ si verum esset quod non est: non tamen suberat causa ꝓpter quam debuerit aut deberet huic nobili Jacobo dictus Honoratus cōuiciari. Quēadmodum enim non est idem Honoratus laudandus propter virtutes suorum parentum, sed potius vituperandus, nisi etiam illis fulgeat: ita nec esset dictus nobilis Jacobus vituperandus ꝓpter pretensam infamiam vel malos mores suorum parentum, etiaz si tales fuissent. dicto. c. nūq̄. ꝓut tamen non fuerunt. Nec fuit contentus idē Honoratus de predictis, sed subiunxit interesse rei publice innobiles/villanos/⁊ plebeios dinosci a nobilib⁹ et egregijs personis ratione preeminentiarū et honorum que nobilibus debentur, nō autē innobilibus neq; villanis. Inferens ꝓpterea sibi licuisse dicere eidem nobili Pelegrini ꝙ ipse mentiebatur, ⁊ ꝙ in hoc nullam iniuriam sibi intulerat, quasi in ipsius de Vacherijs iniuriam ignominiā et diffamationē redūdasset, si sub silētio preterire dimisisset verba eiusdem Pelegrini antea verbis iniuriosis et probrosis lacessiti et dicentis se esse ita nobilem sicut est idē Honoratus. Cui quia et turpiter ⁊ immodeste locut⁹ est, poterat ꝓut prediximus etiā simile aliquid respōderi, qđ et fieret, nisi esset spectabilitas egregij viri domini eius aduocati, quem puto ad ipsius instigationem et non pro voto, immo contra votum, vtpote ⁊ bonuz et virum doctissimum scripsisse. Velim tamen eidem Honorato ꝑsuasuz esse, ne talibus assuescat, ne dicens quod nō debet, audiat quod nō velit. Inquisiuit em̄ quis et qualis fuerit dictus quondā Antonius, q̄uis quo ad qualē male referat. Inquisiuit ⁊ ip̄e Pelegrini vnde hic Honoratus quo ad agnationē originez duxerit: et quicquid sit caueat ne etiam forte si dici posset eosdem nobiles Antonium et Jacobum non fuisse vere nobiles ꝓut fuerunt ⁊ hodie est idem Jacobus, eidē Honorato dicatur, nil arenarius arenario, nil Catilina Cethego.

Ceterum ad rem veniamus et videamus an libellus de cuius admissione et repulsione cōtenditur, fuerit dentibus et cuius lacerandus, prout cōtendit: nō dixerim idem spectabilis dn̄s aduocatus, quem non puto sic sentire, sed idem Honoratus. Pro cuius defensione et vt appareat nihil fuisse parte eiusdem Honorati propositum in quadam ꝑtensa eius schedula exordiente, Ut vobis egregio ⁊c. propter quod debuerit vel debeat idem libellus repelli, vel ipse se tueri quominus admittatur et super in illo contentis tanq̄ apto et pertinenti per eum, velit aut nolit procedatur. Et primo quidem vt incipiamus ab illa parte eundem libellum defendere, a qua primo exordita est eius pretensa impugnatio, et dicamus in primis ꝙ non sunt vigintiquinq; articuli in ꝑdicto libello, vt pretendit idem Honoratus, sed dūtaxat vigintiquatuor. Pro cuius defensione sufficeret et sufficit dicere ꝙ cum aduersus eū non opponatur aliqua ex exceptionibus litis cōtestationez impedientibus, ille opposite admitti nō debent, nec ipsius libelli admissio impediri. c. j. de litiscōtestatio. in sexto. Et quia in hac causa procedendum est summarie simpliciter ⁊ de plano ac sine strepitu ⁊ figura iudicij. Et al's iuxta supplicata parte dicti nobilis Pelegrini et signaturam reuerendissimi do. gubernatoris.

Et presertim nō refragatur neq; obstat id quod primo opponitur contra quartum articuluz libelli prementionati, et quatenus pretenditur illa verba, Vous me auez faict anuyt rompre la porte de mon ias, et me auez faict prendre vng cheual, esse incerta ⁊ generalia seu verius. Et illa attēta eorum pretensa incertitudine generalitate ⁊ obscuritate nullaz sapiunt iniuriam, pro eo quia ibi non dicitur per quez idem Pelegrini dictum Jassinum frangi seu rumpi fecerit, nec vbi situm existat. Insuper nec per quos capi fecerit equum, de quo ibi, aut etiam qualis esset equus huiusmodi, nec cuius coloris seu pili, et pro eo etiā quia ibi non dicitur quibus Anno/mense/die/et hora facta fuerit dicta fractura. Quoniam respondeo ꝙ hec pretensa specificatio non fuit nec est necessaria, nec illa fieri debet: sufficit enim huic nobili Pelegrini proponere et deducere verba in dicto quarto articulo et supra mentionata, que videlicet per eundem Honoratum contra ipsum Pelegrini dicta et promulgata, 8 † et que ꝓut ponitur in. xv. et. xvj. articulis eiusdem libelli fuerūt et sunt ſm bonos mores loci Castrinoui et locorum circūuicinorum probrosa/iniuriosa/et contumeliosa, ac animo et intentione conuiciandi et iniuriandi eidem nobili Pelegrini promulgata, ⁊ per ipsum Honoratum contra eundem prolata: quod vltimum sufficit et sufficeret, etiam si verba al's de se essent verba indifferen- 9 tia, hoc est que iniuriam importare nō viderentur, † vt verbi gratia: si demonstrato aliquo causidico sibi diceret aliquis yronice. Tu es bonus clericus, vel bon⁹ aduocatus, vel homo legalis. per id quod voluit Cy. in. l. si non conuicij. col. iiij. versi. septimo queritur ⁊c. C. de iniurijs. vbi etiam Albe. col. iij. versi. Item quero nunquid sit opus. ibi, si autem allegatur factum indifferens. et ibi Sa- 10 lice. col. ij. ver. quero nunc extra glo. ⁊c. † vbi dicit ꝙ Veneti dicūt ꝙ fatui sunt astrologi, licet enim bona mente possit quis dici bonus clericus, bonus causidicus, homo legalis vel astrologus, si tamen yronice proferrētur, inferretur iniuria ei cui dicerent. l. quisquis. C. de postulan. quod etiaz voluit Joan. fa. in allegata. l. si nō conuicij. que si ita se habeant, quinimo quia sic se habent, cur nititur idem Honoratus contendere, ꝙ verba de quibus in dicto articulo latior habetur mentio non fuerint iniuriosa, etiam si dici possent generalia prout non sunt, postq̄ in dicto libello propositum est et deductum dicta verba fuisse et esse ſm bonos mores ⁊c. verba iniuriosa, et ita animo iniuriandi et cōuiciandi eidem Pelegrino.

Ceterū nec ꝓcedit quinimo est ridiculuz quod opponitur aduersus ea que parte dicti nobilis Pelegrini deducta extiterunt in quinto articulo libelli prementionati, scilicet ꝙ illa verba, vous auez faict vng tour dung paillart villain et dung meschant homme, nullam sapiunt iniuriam, cum illa vt inquit idem Honoratus non contineant aliquaz speciem criminis vel iniurie, sed sunt generalia. Ex quibus ꝓpterea nulla iniuriarum actio competit eidem Pelegrini. Pro quo allegatur doctrina Bar. quā omnes sequi dicit in. l. turpia. ff. de lega. primo. qui pace salua et cum supportatione egregij viri dn̄i aduocati eiusdem Honorati hoc non dicit, nec ipse nec alij loquūtur in 11 his terminis, sed multuz remotis/separatis/⁊ diuersis. † Querit enim Bar. quomodo quis intelligatur alium diffamari de maleficio, et respondet non sufficere si staret in genere maledictionis, vt verbi gratia, dicendo ipsum impium ⁊ pessimum hominem et 12 similia. Loquitur enim Barto. in diffamatione, † ego vero in iniuria que aliud est. Potest em̄ cōtingere aliquez non diffamari et tamen sibi inferri grauissimaz iniuriā, vt verbi gratia, pone ribaldum aliquem et vilem personam appellare principem ꝓditorem, vel al's eum inculpare de graui delicto, cui tamen nullus credit, profecto veruz est dicere hunc principem non esse diffamatum, et tamen passus est iniuriam, et quidem grandem. Preterea pone bonum aduocatum et virum legalem appellatum calūniatorem et per vilem personam vel aliam, cui tamen non creditur, obstante aduocati legalitate omnibus nota, non est ergo iste diffamatus: sed tamen passus est iniuriam. Possent dari et alia similia et quidem infinita, per que probaretur aliud esse diffamare, aliud iniuriari, et ꝙ multi patiuntur iniuriam, q̄uis non diffamētur. Preterea ad quam speciem criminis descendit ille qui yronice loquitur, et alium appellat bonum clericum/bonum aduocatum/legalem hominem et astrologum. ad quam speciem criminis descen- 13 dit qui aliuz appellat cucurbitem vel filium pute, † cum nasci de puta non sit crimen. c. nasci de adulterio. distinctio. lvj. Et tamen hec omnia et alia longe minora maxime dicantur animo iniuriandi iniuriosa existant. Et vos Honorate de Vacherijs dicere audetis quod hec verba, Vous auez faict vng tour dung

paillart

paillart villain et dung meschant homme, probata animo iniuriandi et conuiciandi aduersus virum honorabilem, et profecto nobilem, et al's factum consulem et sic decurionem insignis Auenionensis ciuitatis, et apud quem adhuc remanent reliquie huius dignitatis non sunt verba iniuriosa, pro eo vt dicitis quia sunt gnālia, que tamen vt puto nō libenter sustineretis de vobis & cōtra vos pferri. Sed forte dicetis ꝙ ideo non pateremini q̄r non estis vilanus sed nobilis, nec dictus Pelegrini est vilanus. Verū tollamus illud verbū villain, et ponamus gentilhōme, & nūc dicamus: vous auez faict vng tour dung paillard gentilhōme & dung meschant homme. Puto ꝙ nec hoc placeret nec concedi posset non iniuriosum prout nec reuera esset, et puto ꝙ si aliter sapitis desipitis.

Preterea etiam nec obstat

ꝙ vlterius opponit p̄fatus Honoratus et opponēdo dicit se non fuisse iniuriatum eidem Pelegrini dū eidem asserenti et dicenti ꝙ ipse estoit aussi noble cōme ledict Honorat. Idem Honoratus respondit ꝙ ipse mētiebatur, pro quo relaxauit fimbrias & texuit grandez philateriam. Tum et exaltando illos de sancto Paulo a quibus dicit se sumpsisse originem, et deprimendo nobilē Antonium pelegrini patrem huius Jacobi. Qm̄ vt p̄dixi seposita pro nunc disputatione sup pretēsa nobilitate illoꝝ de sancto Paulo. Dico ꝙ illa etiam si fuerit vel sit, nihil cōmodi affert huic Honorato, vtpote qui ab illis non descēdit, saltem p lineam masculinā. Et ideo eoꝝ pretensa nobilitas ad eū deriuari nō potuit, nec est ꝙ gloriari debeat de p̄tenso cōdn̄io oppidi de Venasca, cuius nō creditur condn̄s. et cuius etiam tot & tanti fuerunt & sunt condn̄i, vt sciam condn̄ium esse vēditū p quadraginta florenis, ita vt nihil aut parū psit, q̄r vni⁹ illius fortasse reseruatis reuerēdo patri dn̄o epo Carpen̄. dn̄a de Venasca, seu eius liberis, & nobili Bertrādo de sancto Mauricio. Nec sibi p̄dest illa p̄tensa depressio quam facere conatus est cōtra dictum nobilē Antoniū pelegrini. Tū causis et rationibus al's deducendis cū oportuerit. Tum et quia illa nihil obstant, quominus potuerit & possit, ac etiā est aussi noble dictus Jacobus pelegrini sicut ipse. Esto em̄ ꝙ natus nō esset nobilis, potuit tamē postea fieri nobilis, et vel factus est vel nata nobilitas postea aucta, ita vt in nullā iniuriam/ignominiā/aut diffamationem redundasset, etiam si prefatus Honoratus sub silētio dimisisset, nec eidem respōdisset, ꝙ ipse mētiebatur: nec ꝑpterea erat peritura res publica, si nesciretur illa p̄tensa distinctio que est inter innobiles/villanos/& plebeios, de quoꝝ numero fuisse p̄tendit p̄fatum nobilē Antonium, & nunc esse hunc nobilē Jacobum ac nobiles & egregias psonas de quarum numero se esse pretēdit. Tum et quia etiam positū est in predicto libello dicta verba fuisse et esse ꝓbrosa/contumeliosa/et iniuriosa, ac conuiciandi & iniuriandi animo dicta et prolata.

Insuper nec etiam procedit

ꝙ vlterius opponitur conatum de quo in septimo & octauo articulis dicti libelli non fuisse iniuriosum postꝙ nullus effectus fuit secutus: 14 † quod si ita est, tollatur ergo illud dictum Vlpiani. Si quis pulsatus quidē non est verum, manus aduersus eum leuate, et sepe territus est quasi vapulaturus: non tamen pcussit, vtili iniuriarum actione tenetur: quod si tollendū non est, quia lex est de qua nō est iudicandū, sed ꝯm eā. c. in istis. distin. iiij. Non est quod dicere possit idem Honoratus propterea conatū nō fuisse iniuriosum, quia non est secutus effectus.

15 † Preterea etiam nec obstat

qō vlterius pretēditur verba posita in nono articulo nullā sapere iniuriā, nec ex eis aliquam oriri iniuriarū actionē cum sint gn̄alia et ad nullam speciē descendentia. Pro quo allegat theoricam Bar. in dicta. l. turpia. ff. de lega. j. qm̄ respondeo ꝙ illi theorice iā responsum est. Dico ꝑpterea sufficere qō dictū extiterat in libello hec verba fuisse et esse ꝯm bonos mores locoꝝ &c. probrosa/contumeliosa/et iniuriosa, et dicta animo iniuriandi: quia si hoc ꝓcedit in verbis indifferentibus, multo fortius in istis.

Amplius nec etiam obstat

quod opponit̄ cōtra et aduersus ꝓposita & deducta cōtra decimū quartum articulum, scʒ ꝙ illa verba ꝙ dictus Pelegrini rumpi fecerat portaʒ boarij seu stabuli boum eiusdē Honorati et capi p armigeros vnū equum inibi existētem, non sunt verba iniuriosa, et ꝙ per illa nulla potest inferri iniuria, pro eo quia in dicto articulo non designatur boarium nec illius confines. Et quia ibi non dicitur p quos frangi seu rumpi fecerit idē Pelegrini portā predicti boarij, nec qui essent illi armigeri in genere mentionati, nec quis esset illoꝝ capitaneus siue dux, aut cuius esset equus et qualis et cuius coloris. Quoniā respondeo ꝙ hec non suffragantur eidem Honorato, nec refragātur seu obstant prefato Pelegrini. Ad quid enim cogeretur idē Pelegrini premissa exprimere si illa per ipsum Honoratum expressa non extiterint. 16 † Puto em̄ ꝙ ad iniuriam sufficiat aliquē appellare furem vel homicidā, etiā si nō dicat̄ furtum vel homicidiū cōmisisse Anno/mense/et die, illis in illa ciuitate et tali loco, in re tali, vel in persona talis. 17 † Preterea vtiam dictū est ista est causa in qua ꝓcedendū est summarie/simpliciter/et de plano ac sine strepitu & figura iudicij, in qua ꝑpterea ꝓcederet libellus seu petitio, etiam si esset put non est obscurus vel incertus seu etiā generalis. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Bart. in Extrauaganti ad reprimendā. in verbo, figura. in fi. ij. col. Joan. de ligna. Pe. de ancha. et Joā. de Jmol. in cle. sepe. de verbo. signi. Alexan. de Jmol. consilio. clxxxvij. exordiente, In hac causa et lite. col. ij. in secundo volu. Ad id vero qō dicitur verba illa per ipsum de Vacherijs plata, ꝙ rationabile erat ꝙ idem Pelegrini deponeretur a sindicatu, fuisse dicta p modū cōsilij, et ꝑpterea non esse iniuriosa. Dico ꝙ istud non obest, quia consiliū potuit esse, put et fuit et fuisse ꝓponit̄ in libello iniuriosum/probrosum/et cōtumeliosū. Insup quo ad ea que dicunt̄ de pretensa cōmuni fama & opinione hominū, videbit idē Honoratus cuʒ de illis tempore oportuno opposuerit, quomodo illa ꝓbabit, q̄ etiā vera nō existūt, nec etiam impediūt quominus ꝓcedatur sup contentis in libello, etiā si hic ꝓcedendum esset solenniter.

Quod autē opponitur eun-

dem Pelegrini cessasse petere declarari verba sup quibus se fundat fuisse iniuriosa: qō vt dicit omnino petere debuit in cōclusiōe eiusdem libelli. Dico et respondeo ꝙ oppositio hmōi nō ꝓcedit. Tum quia verba p̄dicta fuerunt et sunt de se iniuriosa, et actum iniuriosum significant & important. Tū et quia si que sint vel esse videantur verba indifferentia, fuit tamen et est aduersus hāc impugnationem ꝓuisum, p eo quia fuit ꝓpositum & deductū ꝙ illa fuerunt et sunt ꝯm bonos mores &c. ꝓbrosa/cōtumeliosa/et iniuriosa, ac conuiciandi et iniuriandi animo dicta: ad quod nō attendit pars aduersa.

Postremo nō obstat quod

finaliter opponit̄ parte dicti Honorati inficientis & negātis prefatum Pelegrini possidere in bonis vsq̄ ad valorem triū milliū scutorum auri regiorum, et ꝙ propterea non potuerit neq̄ possit iniurias sibi illatas et in libello predicto latius mentionatas taxare ad tantam summaʒ, adijciendo ꝙ similē maluisset de suis &c. Tum quia de hoc non potest nunc opponi, nec oppositum processum impedit aut impedire potest. Tum et quia in dicto libello positum est et deductum eundem Pelegrini noluisse neq̄ velle predicta fuisse contra eum dicta et facta, aut iniurias illatas pro 18 summa trium millium scutorum auri, † quod sufficiebat ad conclusionem libelli et ad taxationem per eum factam. per id quod not. glo. in. l. iniuriarum estimatio. et quod ibi Barto. ff. de iniurijs. quod etiam voluit Ange. are. institu. de actio. circa principiū. versicu. not. ex glo. formam libelli. quod etiam voluit Pyle. relatus p Rofre. in suis libel. sub rubrica. de actio. iniuria. pto. col. fi. Et licet subiunctum extiterit ꝙ immo tantum maluisset perdidisse &c. non propterea impugnandus est libellus. Tum propter protestationem de qua in fine principij. ibi, citra onus supflue &c. Tum et quia per ea que not. Rofre. vbi supra. Cyn̄. et Alberi. in dicta. l. si non conuicij. et Joan. fabri in. §. sed et lex. institu. de iniurijs. satis colligi potest ꝙ oppositio huiusmodi non obstat, etiā si idem Pelegrini probaretur non habere valorem dictorū trium millium scutorum, quod non probabitur, sed potius cōtrarium. Ex quibus infertur nihil fuisse vel esse oppositum parte dicti Honorati per quod appareat aut concludi possit actione iniuriaruʒ non competijsse et competere dicto nōbili Pelegrini et libellum seu petitionem parte eius oblatam & productam non esse admittendam et super ea, vtpote apta & pertinenti procedendum: quaʒ propterea petit admitti et super ea procedi. Et quidem summarie simpliciter et de plano et sine strepitu & figura iudicij, et al's iuxta formaʒ signature reuerendissimi domini gubernatoris Auenionis & comitatus Venayssini, et dictum Honoratum condemnari in expensis factis et sustentis per ipsum Pelegrini ratione sue temerarie oppositionis aduersus admissionem libelli seu petitionis superius mentionate parte eius interiecte. Et al's petit in et super premissis et singulis eorūdem ius ac debitam & celerem iustitiam sibi fieri et ministrari vestrum iudiciale officiū in oportunis humiliter implorando.

Verū nec ex procurata retar-

datione cause huius idē Honorat⁹ cōmodū min⁹ debite reportet,

quod fieri nõ debet. Petit ipse nobilis Pelegrini seu ei⁹ legitim⁹ pcurator pcuratorio nomine eiusdem literas citatorias, quarum vigore euocẽtur ⁊ citentur honorabiles viri Joannes ianini, Petrus fabri, Joãnes trucheti, Petrus reuersi, Joannes et Aymo selerier, Antonius amorosij, Claudius selerier, Bñdictus gauterij, Franciscus lardrati, Joãnes gay, Joãnes monerij, Matthe⁹ bosic, Jammetus mutonis, Pauletus lãgerij, Jacob⁹ de capella, Joannes rosseti, Claudius lamoureux, et Ludouicus maleual, quos pducere vult ⁊ intendit super propositis ⁊ cõtẽtis in dicto eius libello. Et nihilominus cũ etiam pducere intendat egregiũ virum dñm Stephanum parisij iurium pfessorem, et Ferranduz raus mercatorem, habitatores Auenionis, et venerabilem viruz dñm Chabertum de Uilleioye pr̃sbyterũ, petit literas oportunas p illorum receptione ⁊ examinatione sibi cõcedi, protestãs ꝙ propterea non intẽdit renuntiare iuri quo potuit et põt petere ⁊ obtinere ꝙ idem Honoratus singulis articulis seu positionib⁹ dicti eius libelli respondeat, ⁊ quibus etiã per eum responderi, et ad id eum cogi et cogendũ fore ordinari postulat et requirit. Et al's in et sup p̃missis et singulis eorũdem ius ac debitã ⁊ celerẽ iustitiam sibi fieri et ministrari, vestrum iudiciale officiuz in oportunis humiliter implorando.

Consilium. XXV.

De fideicommissaria substitutione, et de quartarum detractione, alienationeq́ʒ vsq́ʒ ad quartam.

Summarium.

1. Fideicommissarius grauatus de restituenda hereditate, de qua portione possit disponere.
2. Alienata pendente cõditione computantur in quartam.

Ipso instrumẽto vltimi et nuncupatiui testamenti honorabilis quondam viri Antonij richardi macellarij loci Ualriaci in quo heredes vniuersales instituisse comperitur venerabilem ⁊ probos viros dñm Petrũ richardi, Joannẽ et Claudiũ richardi fratres eiusdem Antonij testatoris filios naturales et legitimos, et alium Petrũ richardi eiusdẽ testatoris nepotem seu Felesenũ ex Francisco richardi filio predefuncto et primo decedenti seu decedẽtibus, si sine liberis herede vel heredibus ex suo pprio corpore et de legitimo matrimonio pcreato seu procreatis decederet aut decederent substituisse superuiuentes seu superuiuentem. Dico ⁊ respõdeo breuiter ⁊ succincte, ꝙ licet in vim fideicommissarie substitutionis cõprehense in dicta breuiloqua seu reciproca substitutione superius mẽtionata et facta p dictum quondam Antonium testatorem possint ⁊ valeant prefati Joannes et Claudius fratres, et Petrus eoruz nepos tanꝗ̃ substituti petere illam quotam ⁊ portionem in qua fuit dictus dñs Petrus heres institutus, si tamen cõtingat ipsum qui liberos naturales et legimos nõ habuit nec habebit ante eos ab hũanis decedere. † 1 Poterit tamen idem dñs Petrus testari vel al's disponere de media parte illius quarte portionis seu partis in qua fuit heres institutus, quã de fideicommisso vniuersali ab eodeʒ relicto detrahet ei⁹ heres vel donatarius, aut alius ab eo causam habens, vel tituluz. Et hoc partim iure legitime et partim quarte trebellianice, q̃ ex psona dicti dñi Petri detrahi poterũt. per id quod no. glo. Bart. et docto. in. l. papinian⁹. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. glo. ⁊ Bar. in. l. ꝙ ꝑ. C. ad leg. fal. Joan. de Jmol. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. ⁊ pupilla. Bal. in. l. filiũ quem. C. fami. ercis. pro quo sunt boni tex. in. c. raynutius. et. c. raynaldus. de testa. multas remissiones ponit do. Jason may. in auẽ. res que. C. cõi. de lega. Cuz enim essent tres filij et vnus nepos ex alio filio, legitima istorum fuit triens seu tertia pars que sunt quatuor vncie. auẽ. de triẽ. et semis. §. i. colla. iij. et transumptiue in auẽ. nouissima. C. de inoffic. testa. qui triens diuidendus est equis portionibus inter istos quatuor et sic quilibet habiturus est vnam vnciã, quam detrahere põt ideʒ do. Petrus de alia quarta parte, hoc est de tribus vncijs in quib⁹ fuit heres institutus: et de residuo, hoc est de duabus vncijs restãtibus detrahetur quarta pars, hoc est dimidia vncia iure trebellianice, vncia vero et dimidia pars alterius vncie faciunt dimidiam partem trium vnciarum.

2 † Est tamen aduertendũ ꝙ in hac dimidia parte de qua p̃dixi dictum dñm Petrum posse testari et al's disponere imputari debent ea que ipse de dicta ei⁹ quarta parte alienauit vel cõsumpsit. Pro quo allegasse sufficiat not. per Bar. in. l. in quartam. ff. ad le. fal. et p glo. ⁊ docto. in. l. marcellus. §. res que. ff. ad trebel. Nec potest ipse do. Petrus regulariter diminuere illam mediã partem, que restituenda est substitutis si ipse premoriatur, ideo aũt dixi eũ non posse regulariter, quia hoc fallit in gradibus not. p docto. in dicta auẽ. res que. et allegato. §. res que. Super quibus nõ insisto, quia nec expedire videtur.

Consilium. XXVI.

De cautione prestita pro accusato de homicidio ex qua non colligitur promissio de illum representando, et de probatione homicidij non plena.

Fragmentum est alicuius consilij.

Summarium.

1. Uerbum quod potest esse et preteriti et futuri temporis debet intelligi f̃m adiuncta.
2. Clausula posita in principio/medio/vel fine, ad que referatur regulariter.
3. Obligatio fideiussoria verbis contrahiẽ vbi quicquid in ea cõtrahenda ambigue vel obscure dictum est p omisso haberi debet.
4. Interpretatio in dubio fit cõtra illum qui se fundat ex contractu.
5. Testis vnicus non probat.
6. Juramentum probationis suppletiuum an deferendũ in arduis causis vel criminalibus.
7. Promissio facti alieni pmittentem non obligat.
8. Origo fame criminis perpetrati a quo ortum habuit, an probanda.
9. Testes de fama deponentes debent deponere a quibus personis audiuerunt.
10. Accusato, que fama nocere non debet.
11. Probatio criminis per famam an sit semiplena.
12. Fama est res fragilis et pernitiosa transmissa ab his qui nocere desiderant.
13. Fuga an probet plusꝗ̃ semiplene.
14. Judicium per quot testes sufficiat probasse.
15. Singula que non prosunt multa iuuant, quo casu hoc dictum nõ procedat.
16. Confessio facta extra iudiciũ et parte absente, an possit reuocari.

Dijcio ꝙ cuz dictus Guillielm⁹ legatur iurasse duo ante clausulam cautionis, scʒ non ostendere dictũ nobilem Antoniuz de marsana nec filios suos aut seruitores ⁊ stare ordinationi ⁊c. Et sic vnum negatiuum, et aliud affirmatiuum, si partes intellexissent ꝙ clausula cautionis deberet ad hec duo referri, non solum dici debuisset, de quibus pluraliter: nõ de quo singulariter sed etiam dici debuisset, de quibus scilicʒ non offendendo ⁊c. Et si contraueniret vel offenderet de stando ⁊c. cauit ⁊c. quod q̃ dictuʒ non est, non debet haberi pro expresso, sed pro omisso, nec p̃sumi ꝙ ad omnia fienda sit relatio. Etiam nec colligitur dicta pretensa promissio ex illis verbis de illum rep̃sentando ad diem ⁊ dies, q̃m vt apparet ex tenore dicte p̃tense cautionis, illic est sermo de iniurijs illatis. Post em̃ pmissionem factam de stando ordinationi dictorum do. vicesenescalli et aliorum, de et super pretensis antea illatis iiurijs dicto nobili de Marsana subiũcta est clausula, necnon de stando iuri quo ad partem fiscalem, casu quo deliquerit, et de interesse partis, et de illum p̃sentando, et sic est sermo cõtinuatus quo ad materiam dictarum iniuriarũ antea, vt p̃tendebatur illatarum. Et nihil ibi dicitur de iniurijs postea inferẽdis, si quas inferri cõtingeret. Et hoc etiam satis demonstrat verbuʒ deliquerit, quod est verbuʒ p̃sentis temporis. nisi forte quis dicere voluerit ꝙ etiaʒ dici possit esse futuri subiunctiui modi: sed istud nõ obstat, quia si acciperet, put est futuri temporis subiunctiui modi non posset referri ad dictas pretensas iniurias antea illatas: ad quas tamen et ex tenore dicte pretense cautionis, et verisimilius refertur ꝙ̃ ad postea inferendas, ppter continuationem capituli loquentis de iniurijs illatis. † 1 Uerbum enim quod põt esse temporis preteriti vel futuri tẽporis, debet intelligi f̃m adiuncta: per ea que ponit Oldra. consilio mihi. cxlviij. ex ordicte, Circa primũ punctum sic dicit pars magistri textoris ⁊c.

Preterea

2 † Preterea quod dicitur in dicta.l.talis scriptura.ff.de lega.j.in.l.j.C.de libe.pteri.in.c.scdo requiris.de appella.et aliis quibusdā locis clausulā positam in principio/medio/vel fine,debere regulariter referri ad omnia,pcedere pōt quando tota dispositio est vnius vel plurium cōtrahentium vel inuicē disponentium,qđ non fuit in casu de quo qritur,qꝛ iura metū de nō offendēdo ⁊ de stādo ordinationi ⁊c.emanauit a Guillielmo ⁊ fuit actus gestus inter eū et de Marsana.Cautio aūt seu pmissio facta p dictum nobilē Robertum fuit actus gestus,non quidē inter ipsos Guillielmū ⁊ Antonium de marsana,sed inter ipsum nobilē Robertuꝫ ⁊ de Marsana,ppter quod non videtur cautio seu pmissio hmōi debere referri ad pcedentia,hoc est nō intelligitur idē nobilis Robertus qua vice aut se obligasse,nisi quatenus ex eius verbis clare cōstet.

3 † Obligatio eñ fideiussoria verbis cōtrahitur.l.blāditus.cū suis simili.C.de fideiusso.Quicquid igitur in ea cōtrahenda ambigue vel obscure dictum est p omisso haberi debet.l.quicquid astringende.ff.de verb.obliga.Pro quo facit,

4 † quia in dubio fieri debet interptatio cōtra illum qui se fundat ex cōtractu.l.veteribus.et quod ibi docto.ff.de pactis.l.stipulatio ista habere licere.§.in stipulationibus.ff.de verbo.obliga.et c.cōtra eum.de regu.iur.in.vj.not.Alexan.de Jmol.in.l.si pascenda.C.de pac.et cōsilio.lxj.exordiēte,Sup eo de quo queritur ⁊c.et Andre.barba.cōsilio.lxiij.exordiente,Sapienter scribitur tertio Paralipomenon ⁊c.col.iij.Cum igitur vt apparet ex pdictis nō appareat dictū nobilē Robertuꝫ quo ad iniurias vel offensas nō factas ante dictam ptensam cautionē p dicto Guillielmo cauisse sed potius cōtrarium,vt apparet ex pdictis,nō debuit nec de iure potuit in vim dicte ptense cautionis cōueniri aut cōpelli ad petita ex aduerso parte dictoꝝ do.pcuratoris fiscalis et de Marsana.

Premissis vero non refragatur neqꝫ obstat depositio seu dictum reuerēdi patris domini Petri raboti sancte sedis apostolice pthonotarij sup.xvij.xviij.⁊.xix.articulis schedule exordiētis,Nobilis Antonius de marsana ⁊c.parte dictoꝝ do.pcuratoris et de Marsana in hac causa oblate.Tum quia quatenus idem do.Petrus visus est deponere qꝫ pfatus nobilis Rodigonis cauit pro eodeꝫ Guillielmo bastardo,qꝫ ipse bastardus eundē de Marsana aut suos nō offenderet dicēdo talia verba aut similia ipsi de Marsana,Je vous pmetz quil ne vous oultragera point,ne vous ne les vostres.Fuit ⁊ est idem do.

5 Petrus vnicus ⁊ singularis,† et sic non pbat.l.iurisiurandi.C.de testi.et.c.tam literis.cum suis simili.eo.titu.Pro quo facit quod not.docto.in.c.cum ioannes heremita.de fide instru.et in.l.j.§.si quis neget.ff.quemadmo.testa.ape.quatenus sentiunt qꝫ etiam eo casu quo testes non deponunt cōtra instrumētum,sed addunt ad inibi contenta ⁊ descripta,opus est saltē duobus testibus.Tū etiam nō refragatur dictum eiusdem do.Petri,p eo quia licet in ptensa cautione prescripta p ipsum nobilē Rodigonis,dicantur etiam fuisse psentes egregij viri dñi Alziarius hippolyti,Petrꝰ lysieux,et nobilis Aymarus odardi,nullus tamen ex istis deponit id quod deponere visus est idem do.Petrus,quinimo dictus do.Lysieux potius videtur deposuisse cōtrarium,ꝗuis loquatur p verbum videtur.Quo fit vt etiam eidē de Marsana deferri non

6 debeat iuramētum pbationis suppletoriū.† Et quia etiā vel hec causa est criminalis,vt apparet ex cōclusionis supplicationis parte dictoꝝ do.pcuratoris et de Marsana in causa oblate,vel saltem est magna ⁊ ardua,in quarum neutra defertur pdictum iuramētum.per ea que not.Bart.⁊ docto.in.l.admonendi.ff.de iureiuran.docto.in.l.in bone fidei.C.eo.titu.⁊ in.c.fi.eo.titu.

Et supposito citra pīudiciuꝫ veritatis qꝫ idem nobilis Rodigonis pbaretur fecisse illā pretēsam promissionem,quam eū fecisse visus est deponere ⁊ dicere dictus dñs Petrus,et quā supra retuli,huiusmodi tamē ptensa promissio eidem Rodigonis nō obesset,nec ppterea cum effectu cōueniri potuit ad petita,nec potest ad illa condemnari.Tum quia

7 sic videretur idem Rodigonis pmisisse factum alienum,† ꝗ promissio pmittentem nō obligat.dicta.l.stipulatio ista habere licere.in principio.et quod ibi docto.ff.de verbo.obligat.et.§.si quis alium.institu.de inuti.stipula.Et vbi videretur posse dici prout nō videtur eundem nobilem Rodigonis pmisisse se facturuꝫ aut curaturum qꝫ dictus Guillielmus bastardus eundē de Marsana suosve liberos aut seruitores nō offenderet,adhuc non potuisset nec posset ideꝫ Rodigonis ad petita ex aduerso cōueniri.Et quidem nō ad presentandum eundū Guillielmuꝫ bastardū,qꝛ de hoc faciendo nō legitur cauisse quo ad iniurias postea inferendas.nec hoc etiam deposuit dictus dñs Petrus.Nec etiaꝫ ad dandū/prestandum/aut soluendum/aliquod pretensum interesse ad causam

asserti homicidij perpetrati et cōmissi,vt ex aduerso ptenditur in psonaꝫ nobilis Ludouici de marsana ptensi filij prefati Antonij.Cuius illā assigno rationē,quia videlicet nō fuit nec est pbatum dictum Guillielmū bastardū eundē Ludouicū occidisse seu etiam vulnerasse.Et quidē nō est pbatum nec pbatur ex assertione eiusdem Ludouici.l.si quis in graui.§.si quis moriēs.ff.ad sylleia.vbi est tex.de hoc.Etiam nec pbatur per pretēsam famā de qua videntur deposuisse aliqui ex testibus parte dictoꝝ do.pcuratoris fiscalis ⁊ de Marsana pductis.Tū quia testes huiusmodi nō pbant dictam assertam famā.pro quo allegasse sufficiat qđ voluit Bar.in.l.de minore.§.plurimū.aꝫs est.§.tormenta.col.iiij.vel circa.ver.quero qualiter pbabit fama ⁊c.et ver.quero si testis interrogatur

8 a quibus psonis audiuisti ⁊c.ff.de questio.† Et quia etiā vel non est pbatū a quibꝰ fama hmōi originē duxerit,qđ tū fieri oportuit,vt no.Jnno.in.c.qualiter ⁊ qñ.le.ij.de accusa.et Specu.in titu.de inquisitio.§.nūc tractemꝰ.et Bart.in dicto.§.plurimū.col.v.ver.quero si testis.vel est pbatum qꝫ hmōi pretēsa fama originē duxit a dicto et assertione pfati Ludouici.Quo fit vt quēadmodū eidē nobili Roberto nō nocet nec nocere potest dictū seu assertio eiusdem Ludouici,vt pdixi,ita nec noceat dicta asserta fama.ar.c.fraternitatis.de heredi.Pro quo bene facit qđ voluerunt Jnnocē.⁊

9 Specu.in locis superius allegatis,† vbi dicunt testes de fama deponētes ideo debere deponere,a quibus psonis dici audiuerint,vt sic sciatur an fama ortū habuerit a psonis honestis vel ab inhonestis,et vtrum a maliuolis vel aliis.Et hoc est vt cōsequenter vi-

10 deatur que fama valeat,⁊ que non,† quia si ortuꝫ habeat ab inhonestis vel maliuolis seu inimicis inculpati,aut aliis quibus non esset fides adhibenda nō debet fama nocere.Adijcio ꝙ etiā supposito citra preiudicium veritatis qꝫ de dicta ptensa fama apte ⁊ oportune deposuissent testes predicti,et qꝫ illa ortum habuisset a

11 psonis fidedignis,⁊ ex causa pbabili,† adhuc nō esset p eam probatum etiā semiplene dictum ptensum homicidiū fuisse ppetratum aut cōmissum p prefatum Bastardū,vt colligitur ex his que not.Bar.in dicto.§.tormēta.Bal.⁊ Ange.in.l.milites.C.de questio.et Cy.in.l.de tormētis.C.eo.titu.et idem fuit de mēte Bart.

12 in tractat.de questio.† quia fama est res fragilis ⁊ pniciosa transmissa ab his qui nocere desiderant,sup quo articulo vlterius non insisto,cum opus nō existat et pdicta sufficiant ad ostendendum

13 qꝫ dicta asserta fama nō probat.† Non etiam saltem plusqꝫ semiplene pbat ptensa fuga seu recessus dicti Guillielmi bastardi.pro quo allegasse sufficiat qđ not.Barto.⁊ docto.in.l.lege cornelia.ff.ad sylleia.et Ange.areti.in suo tracta.malefi.super verbo,qꝫ fama publica.ver.an fuga sit sufficiens indiciū.et alij in aliis locis.Etiā nec aliquid probat depositio seu dictum dicti nobilis Aymari odardi deponentis de ptensa confessione eiusdē Guillielmi,qꝛ cū de ista ptensa confessione non deponat nisi idem Aymarus,illa non est pbata.dicta.l.iurisiurandi.C.de testi.⁊.c.tam literis.eodē titu.Nec depositio eiusdē Aymari in aliquo coadiuuat alias pretensas pbationes,qꝛ cum ipse non deposuerit de ptensis vulneribus seu pcussionibus quasi illas fieri viderit,sed qꝫ idem Guillielmus

14 mus sibi dixerit qꝫ eas fecisset,† et sic de indicio debuit hoc indicium seu cōfessio huiusmodi pbari ad minus p duos testes,vt voluit glo.cōmuniter reputata singularis in.l.fi.et quod ibi Bart.et docto.C.fami.ercisc.quod etiam voluit Jnno.in.c.sicut.de symo.Ange.in.l.fi.in princi.ff.quod me.cau.et in auē.de testa.imperfec.in principio.versi.no.diligēter ex ista glo.colla.viij.multos refert Alexan.de Jmol.consilio.xj.exordiente,Sentio in dubium reuocari ⁊c.col.ij.et consilio.xix.exordiente,Jn his que in themate ⁊c.col.viij.in quarto volu.Quo fit vt huiusmodi ptensum indicium vtpote non pbatum cōiungi nō debeat cum aliis ptensis pbationibus ad eas integrandum.quod etiam voluit Bald.in.l.si quis ex argētariis.in principio.ff.de eden.quē refert ⁊ sequitur Alexā.de Jmol.in locis supra proxime allegatis.eo eñ casu non pcedit

1 Quicquid† sit de supremis dominis regnorũ, Prouinciarum, comitatuum aut ciuitatum, qui videlicet superiorem non recognoscũt, hoc videtur indubitatum ꝙ alij domini regnorũ, Prouinciarũ, comitatuũ, ciuitatũ, oppidorũ, seu castrorum ꝛ aliorum locorũ, licet fundent eorum intentionem de iure communi vt quo ad iurisditionem ꝛ protectionem hoies regnorũ, Prouinciarum, ꝛ aliorum locorum huiusmodi eisdem subsint ꝛ eorũ bona temporalia ꝟm Hostien. qui ita not. in. c. nimis. de iureiurã. allegans pro eis. l. incola. ff. ad municipa. l. forma. §. si viles. ff. de censi. l. imperatores. ff. de publicia. l. fina. C. vbi rem acta. et. l. j. versi. cum vrbem ꝛc. ff. de offi. prefec. vrbis. et idem not. Jo. and. Panor. ꝛ docto. communiter in. d. c. nimis. ꝛ Panor. in. c. si diligenti. col. j. de prescrip. ipsi tamen non fundant de iure communi eorum intentionem super singularibus rebus ꝛ possessionibus suarũ terraruꝫ seu Prouinciarũ, ciuitatũ, oppidorũ vel aliorum locorum, 2 vt not. idem Hostien. Jo. and. Panor. ꝛ alij in. d. c. nimis.† Multa enĩ sunt bona allodialia, ꝛ a iure primeuo omnis persona, ꝛ oĩs res libera est nisi inquantum violentia illata est. §. ius aũt. institu. de iu. natura. et. §. j. institu. de liber. not. glo. in. c. ꝙꝙ. de cẽsi. in. vj. Pro quo facit quod in casu magis dubio not. glo. magis cõmuniter approbata per doct. in. l. bñ a zenone. C. de quadriẽ. prescript. Quo fit vt esto qd reuerendus in Christo pater ꝛ do. do. Vapincẽsis episcopus aut eius Vapincensis ecclesia seu mẽsa episcopalis esset dominus temporalis oppidi seu castri loci de Lazaro, non propterea inferretur quod ipse fundet eius intẽtionem de iure cõmuni quo ad dominium directum vel vtile terrarum gastarũ existentium infra territorium ꝛ districtũ dicti loci de Lazaro, sed opꝰ quod ipse probet se aut dominos eius predecessores vel ecclesiam illas acquisiuisse, ꝛ ita non est qd pretendi potuerit seu possit homines dicti loci de Lazaro in aliquo deliquisse aut peccasse pro eo quia non petita licentia ab ipso reuerendo episcopo eius ve procuratoribus ꝛ officiarijs sibi appropriarunt ac possederũt ꝛ possident aliquas terras gastas existentes infra territorium et districtum huiusmodi, eo maxime quia vt in facto presupponitur vniuersitas et homines dicti loci fuerunt a tempore de cuius initio

hominũ

hominum memoria non existit et citra. et hodie sunt in possessione seu quasi accipiendi et sibi appropriandi de terris huiusmodi pro libito voluntatis, et ita usi sunt usque ad hec tempora vel quasi. Propter quod pretendi non potest quod prouidi viri Joannes giboyni et Fran-
3 ciscus arnaudi in aliquo deliquerint: † quia quelibet causa etiam iniusta excusat a dolo et a pena que ratione doli incurritur. l. igitur. §. penul. ff. de libe. cau. no. glo. in. l. j. in fin. ff. de abige. et in. l. plagij. la seconde. vbi etiam Angel. C. ad leg. faui. de plagi. quod etiam voluit Pau. de cast. consilio. xv. exordiente, Pro clariori examinatione etc. et consil. xc. exordiente, Ad primum questum etc. Alexan. de imol. consi. xcij. exordiente, Perspectis his que in themate etc. colum. penul. et Andre. barba. consil. xlvij. colu. iiij. in. j. parte. Possent et alia multa pro hac parte allegari, a quibus vtpote non necessarijs pro nunc non insisto. Que omnia etc. sub correctione.

Consilium. XL.

De vxore relicta vsufructuaria habente plenum vsufructum ex portione extranei instituti et alimenta ex portione filij, et de prestanda cautione per vsufructuarium, et de bonorum descriptione facienda, et de onere eris alieni pertinente ad vsufructuarium totius hereditatis, et de impensis reparationum.

Summarium.

1 Mulier relicta vsufructuaria quid habere debeat. et nu. 5.
2 Consuetudinis interpretatio vt filijs institutis mater videatur relicta alimentaria non vsufructuaria an procedet ex verbis precedentibus.
3 Filijs potius quam vxori quilibet presumitur consulere.
4 Veritatem inuenire vbi sapientes discordant est difficile.
5 Vxor relicta simpliciter domina et vsufructuaria mortuo filio instituto, an ex herede instituti habere debeat plenum vsufructum vel tantum alimenta.
6 Usufructuarius an et quando teneatur cauere de vtendo arbitrio boni viri bonis et rebus in quibus habet vsufructum vt faciat fructus suos.
7 Usufructuario cautionem prestante de rebus restituendis finito vsufructu que res restituende in esse proprio, et que in estimatione.
8 Descriptionem bonorum in quibus relictus est vsufructus fieri non debet recusare vsufructuarius.
9 Usufructuarius cui legatus est bonorum vsufructus debet bona recipere per manum heredis.
10 Onus eris alieni an pertineat ad vsufructuarium totius hereditatis vt legatum vsufructus minui debeat. et nu. 13.
11 Es alienum prefertur legatario vsufructus omnium bonorum.
12 Legata non debentur nisi soluto ere alieno.
14 Impensa modica fienda in rebus in quibus aliquis habet vsufructum pertinet ad vsufructuarium.
15 Omnis expensa in reficiendo siue magna siue parua semper ad vsufructuarium pertinet.

Ponitur in facto quod pridem Anno domini Millesimo. cccclxxxij. et de mense Nouembris nobilis quondam vir Guillielmus de arzelerijs loci Auripetre fecit et condidit eius vltimum et nuncupatiuum testamentum, in quo eius heredes vniuersales instituit et suo proprio ore nominauit nobiles Joannem fogassie ciuem Vapincensem eius generum, et Bonam de Arzelerijs ipsius testatoris filiam naturalem et legitimam, et primo decedenti substituit superuiuentem. Nobili vero Briande eiusdem testatoris tunc vxori legauit vsufructum bonorum suorum, et postea permanens in voluntate huiusmodi vita functus est, et ab humanis decessit superstitibus et sibi superuiuentibus dictis nobilibus Joanne, Bona heredibus institutis et Brianda. Quo mortuo et vita functo dicta Bona se immiscuit bonis et hereditati dicti quondam nobilis Guillielmi. dictus autem nobilis Joannes bona et hereditatem eiusdem Guillielmi adiuit et acceptauit, quilibet videlicet pro quota sibi relicta. Uerum quia idem quondam Guillielmus tempore eius vite et mortis morabatur et residebat in dicto loco Auripetre cum dicta eius vxore, in quo et illius territorio consistebant, saltem pro maiori, immo maxima eorum parte. dicti vero nobiles Joannes et Bona residentiam faciebant in dicta Vapincensi ciuitate distante a loco Auripetre ✗ leucis, dicta Brianda absentibus et irrequisitis prefatis heredibus et nulla prestita per eam cautione de vtendo fruendo bonis rebus et iuribus dicti quondam nobilis Guillielmi arbitrio boni viri, et de eis restituendis et reddendis prefatis heredibus aut suis successoribus finito dicto pretenso vsufructu, insuper et nullo facto inuentario de bonis rebus et iuribus huiusmodi, in eisdem bonis rebus et iuribus se intrusit et illas occupauit, et sic eas multis annis tenuit et possedit seu occupauit et detinuit ac etiam occupat et detinet. Est etiam verum quod prefatus nobilis Joannes fogassie, tam viuente eodem quondam Guillielmo quam post ipsius mortem soluit et exbursauit grande es alienum ascendens vltra valorem bonorum rerum et iurium predictarum, in quo idem nobilis Guillielmus tenebatur et erat obnoxius multis et varijs creditoribus. Post mortem autem dicti quondam nobilis Guillielmi vita functa est et ab humanis sine liberis decessit dicta nobilis Bona prius condito per eam eius vltimo et nuncupatiuo testamento, in quo heredem vniuersalem instituit et nominauit dictum nobilem Joannem eius virum, et dicte nobili Briande certum quid vtputo: quia illud non vidi, iure institutionis reliquit, et voluit quod si dictum eius testamentum non valeret iure testamenti valeret iure codicillorum.

Quesitum est de sequentibus.

Primo an dicta nobilis Brianda censeri debuerit vsufructuaria, etiam quoad quotam et portionem dictam quondam nobilem Bonam concernentem.

Secundo an dicta Brianda fecerit fructus suos, attento quod non prestiterit cautionem de qua supra.

Tertio an debuerit et debeat conficere inuentarium de bonis rebus et iuribus predictis.

Quarto an propter es alienum dicti quondam nobilis Guillielmi debuerit et debeat diminui legatum vsufructus.

Christi nomine inuocato.

Uiso casu superius mentionato et dubijs ex casu huiusmodi elicitis. Dico et respondeo breuiter et succin-
1 cte quantum facere possum, † quod licet eo casu quo testator reliquit vxorem dominam et vsufructuariam bonorum suorum filijs institutis insolidum aut pro parte, non debeatur vxori verus vsufructus, nisi quoad quotam in qua fuit extraneus heres institutus, eo casu quo liberi et extranei fuerunt heredes instituti, sed duntaxat debeantur vxori alimenta cum quadam preeminentia in domo secundum consuetudinem obtentam in curia vulgari, per id quod not. glos. et docto. communiter in autenti. hoc locum. C. si secun. nup. muli. Bart. in. l. titia cum testamento. §. fina. ff. de lega. ij. Barto. consilio mihi. xlij. exordiente, Petrus matioli. consi. xlij. exordiente, Nicolaus saniati. Pau. de cast. consilio. ccviij. exordiente, Considerandum est quod filij huius testatoris etc. Joan. and. in addi. Specu. tit. de pigno. §. sequitur videre. in addi. incipiente, Si vsufructus debebatur etc. et alij in alijs locis. Tamen eo casu quo testator non dixit se relinquere vxorem dominam et vsufructuariam aut verba equipollentia, sed dixit se relinquere vxori vsufructum, vel dixit se relinquere vxorem vsufructuariam est maior difficultas. Bald. enim in dicta aut. hoc locum. et in. l. fina. C. de indicta viduita. tollen. videtur voluisse et tenere quod hoc casu debeatur vxori plenus vsufructus, deducta tamen legitima in qua liberi grauari non potuerunt. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. et. l. scimus. C. de inoffi. testamen. et autenti. de trien. et semis. §. j. colla. iij. et transumptiue in autenti. nouissima. C. de inoffic. testa. Et vt dicit Bald. in. d. l. fina. C. de indi. vidui. tollen. Ista fuit opinio Nicolai mattha. quam sequitur Specu. tit. qui filij sint legitimi. §. j. versi. quid si quis. quam etiam videtur sequi Salice. in dicta aut. hoc locum. colum. iij. et Barto. in dicta aut. hoc locum. col. iij. versi. dominus autem Odoffredus etc. Sed contrariam opinionem scilicet quod etiam isto casu non debeatur vsufructus, sed solum alimenta cum preeminentia iuxta consuetudinem de qua supra, videtur voluisse Joan. and. in additio. Specu. tit. de pigno. §. sequitur videre in dicta additio. si vsufru. debebatur etc. et Bart. in. d. l. titia cum testamento. §. fina. ff. de lega. ij. et Joan. ferra. in sua practica. titu. for. libel. ad peten. do. in glos. super verbo, donec vitam duxerit vidualem. versi. postremo queritur. ibi, et eodem modo si dixisset alterum ex his verbis. Hanc opinionem etiam secutus est Francis. de are. consil. xl. exordiente, Presupponitur in fa-
2 cto quod quidam Angelus etc. † Pro qua allegat quod illa interpretatio consuetudinis de qua supra, scilicet quod filijs institutis mater videatur relicta alimentaria non vsufructuaria, non procedit ex impropriatione verborum precedentium, vt voluit Sali. in dicta autenti. hoc locum. Sed ex ratione que ponitur in dicto aut. de trien. et semis. §. prohibemus. in princip. videlicet quod si pater videtur voluisse relinquere vxorem vsufructuariam, et eam habere plenum

vsumfructum omniũ bonoꝛũ, fuisset idem pater q̃tum in eo erat crudelis ⁊ impiissimus in filios quos quodammodo fame necari curasset, quod nõ videtur dicendũ, [3] † cũ quilibet presumatur cõsulere filiis ⁊ descẽdentibus potius q̃ vxori vel aliis. l. cũ acutissimi. cũ suis simili. C. de fideicommis. Preterea ex mente testatoris impropriantur verba vt sonant in alimenta ⁊ non in vsumfructũ, sicut al's impropriãtur. l. generaliter. in princi. C. de institu. ⁊ substitu. l. si is qui ducenta. §. item si pater. ff. de reb. dub. ⁊ l. lucius. et qd ibi Bar. ff. de heredi. institu. Et q̃uis non sine difficultate aut dubio possit inter has opiniones pars eligi, pro eo [4] † qꝛ vt dicit Aristoles, difficile est veritatem inuenire vbi sapiẽtes discordant. opinio tamẽ Bart. in d. l. titia cũ testamento. §. fi. scilicet ꝙ vxor non debeat habere plenũ vsumfructũ: sed alimenta que habere consueuerat tempore vite viri testatoris, videtur mihi verior sub correctione tamẽ cuiuslibet domini meliꝰ sentientis. Et sequendo hãc opinionẽ. [5] † Dico ⁊ respondeo ꝙ licet dicta nobilis Brianda potuerit post mortẽ dicti quondã nobilis Guillielmi eius viri pretẽdere sibi deberi plenũ vsumfructũ quoad quotã ⁊ portionẽ concernentẽ dictũ nobilẽ Joannẽ heredem extraneũ, tamẽ quoad quotam ⁊ portionẽ concernentẽ prefatã nobilẽ Bonã pretẽdere non potuit sibi deberi plenũ vsumfructũ, sed duntaxat alimenta premẽtionata ⁊ pro dicta eorũ dimidia parte, per id qd voluit Bart. in dictis duobꝰ consiliis exordientibus, Petrꝰ macioli de Perusio. ⁊ Nicola. sa. ⁊ apertius Bar. in d. l. titia cũ testamento. colũ. ii. versi. quero pone ꝙ filius testator instituit ⁊c. ⁊ Joan. de imol. in c. fi. col. vii. versi. iuxta predicta potest esse dubiũ ⁊c. de pigno. pro quo allegat Bar. l. si ita scriptũ. in prin. ff. de manumis. testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. ⁊ l. fi. C. famil. erciscun. Jo. vero de imol. pro hoc allegat in argumẽtũ dictã. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. Et q̃uis dicta nobilis Bona postea ab humanis sine liberis decesserit superstite dicto Joanne eius marito ⁊ herede. Et sic relicto herede extraneo, etiam quoad dictũ quondam nobilẽ Guillielmũ, non potuit tamen nec potest dicta Briãda pretendere sibi deberi plenũ vsumfructũ super illo semisse seu dimidia parte in qua heres instituta extiterat dicta Bona, sed solũ petere potuit alimenta: qꝛ nõ potuit nec potest idẽ nobilis Joannes teneri in pluri q̃ teneretur dicta quondã nobilis Bona, in qua quoad hanc partem legatũ habuit initiũ. l. qui fundũ. §. qui filiũ. ff. ad legem falcid. ⁊ l. si fundũ sub conditione. §. si pater. ff. de lega. i. Pro quo facit quod volunt doct. communiter in dicta autẽti. quod locũ. C. si secũ. nup. mulier. Bar. in d. l. titia cũ testamẽto. §. fin. ff. de lega. ii. ⁊ in duobus consiliis superius mentionatis. Joã. de imol. ⁊ Moder. in. l. ⁊ si contra. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ Roma. consil. cccccxvi. exordiente, In casu proposite consultationis. in quibus locis volunt, [5] † ꝙ eo casu quo testator dicit simpliciter in testamento relinquo vxorem dominã, ⁊ vsufructuariã, nõ debetur ipsi vxori etiam filio mortuo nisi alimenta: quia illa iam deberi ceperãt ex persona filii heredis instituti, nec in plus debet teneri heres dicti filii q̃ ipse teneretur. d. l. qui fundũ. §. qui filiũ. secus autem esset eo casu quo testator adiecisset in relicto seu legato vsusfructus et hec verba, donec dicta vxor vidua seu casta vixerit: qꝛ eo casu ꝓpter illã dictionẽ donec, apparet ꝙ legatũ est annuũ. l. legatum. ff. de adimẽ. lega. Et sic pro primo anno est purũ: pro sequẽtibus est conditionale, scilicet si vxor vixerit caste ⁊ in viduitate. Et sic plura sunt legata, vnum pro quolibet anno. l. si in singulos. ff. de annu. leg. l. senatus. §. fi. ff. de dona. causa mor. Et ita isto casu mortuo filio cepit quoad sequentes annos deberi legatum ab eo qui successit. d. l. si fundũ sub conditione. ff. de lega. ii. quod etiam voluit Alexan. de imol. consi. xl. exordiente, Viso themate ⁊c. in primo volu. Cum igitur in casu de quo queritur fuerit simpliciter legatus vsufructus dicte nobilis Briande ⁊ sine adiectione dictionis donec, quousq;, vel similiũ, dico ꝙ admodũ viuente dicta quõdam nobilis bona, non debebatur super semisse sibi relicto per dictum quondam nobilem Guillielmum plenius vsufructus, sed duntaxat alimenta, ita nec hodie debetur super hoc semisse, detracta videlicet legitima que eidem nobili Briande competere potuit seu potest in bonis dicte Bone. Et per hoc patet respõsio ad primum quesitum.

Allegatio secundi quesiti.

Ad secundum dico ⁊ respondeo in primis ꝙ quoad partem ⁊ portionem concernentem dictã quondam nobilem Bonam, ⁊ sic dimidiam partem bonorum et hereditatis dicti quondam de Arzeleriis dicta nobilis Brianda non videtur fecisse fructus suos, pro eo quia quoad hanc partem non fuit nec est vsufructuaria sed solum alimentaria pro dimidia parte alimentorum, que ministrari consueuerunt tẽpore vite mariti, vt predixi, sequendo opinionem superius secundo loco relatam. Quo vero ad aliam dimidiam partem ab initio relictam dicto nobili Joanni. [6] † Dico ⁊ respondeo ꝙ licet vsufructuarius teneatur prestare cautionem fideiussoriam de vtendo arbitrio boni viri bonis ⁊ rebus in quibus habet vsumfructũ, ⁊ de restituendis proprietario bonis ⁊ rebus huiusmodi post finitũ vsumfructum. l. i. ⁊ l. vsufructu. cum suis simili. C. de vsufru. si tamen vsufructuarius res ⁊ bona possederit in quibus habet vsumfructũ et fructus bona fide perceperit cautione non prestita, pro eo quia nõ fuit petita per proprietarium, fecit fructus suos. l. hac edictali. §. finautem vterq;. C. de secun. nupt. quod etiam voluit Bart. in dicta. l. vsufruc. prope fin. versi. item quero videtis ꝙ vsufructuarius ⁊c. C. de vsufruc. et in. l. si homo. versi. quero quid si ante. ff. de vsucap. Et idem voluit Bald. in d. l. vsufructu. colum. ii. versic. conclude ergo ⁊c. ⁊ ad fi. versi. aut non petitur nec offertur. Idem etiam voluit Salice. in. l. i. colum. ii. versi. quero quarto. ibi, ⁊ tũc aut percepit sciente ⁊ patiente ⁊c. C. de vsufruct. et Angel. areti. institu. de vsufruc. in princip. in. ii. colum. versi. quero cum cautio non sit ⁊c. Est enim quod imputari possit prefatis heredibus ꝙ cautionem non petierint sed illam petere dissimulauerint, ⁊ hanc partem videtur voluisse gl. in. l. vxori. ff. de vsufruc. lega. Preterea sunt multi qui voluerunt ꝙ si vsufructuarius sit talis persona cui liceat ius ignorare cuiusmodi est femina, illa facit fructus suos etiam cautione non prestita, si tamen petatur cautio: tunc vsufructuarius tenetur ad prestationem illius. Et si per ipsius contumaciam nõ prestetur, tunc non debet habere vsumfructum, vt volũt communiter omnes docto. secundũ Bal. qui ita not. in. d. l. vsufruc. col. ii. versi. conclude ergo ⁊c. ⁊ versi. aut petatur ⁊ nõ prestatur tũc si per contumaciam ⁊c.

Allegatio tertii quesiti.

[7] † Venio ad tertium pro cuius solutione premitto, vt predixi, ꝙ ille cui vsufructus relictus est tenet prestare cautionẽ et satisdationẽ de vtẽdo fruẽdo arbitrio boni viri ⁊ de rebꝰ restituẽdis finito vsufructu, scilicet ꝓut extabũt siue sint res mobiles siue ĩmobiles. l. i. ⁊ l. si vsufru. mihi. §. si vestis. ⁊ l. fina. cum ibi not. et fere per totum titulum. ff. quemadmo. vsufru. caue. ⁊ dicta. l. vsufructu. C. de vsufruct. Et hoc pro rebus que vsu non consumuntur: pro illis vero que vsu consumuntur vt est vinum, oleum, frumentum, lana, et alia huiusmodi, debet prestari cautio idonea de reddenda estimatione dictarum rerum finito vsufructu, facta tamen prius estimatione anteq̃ cautio prestetur ⁊ habito respectu ad estimationem secũdum tempus quo res traduntur legatario, prout legitur et not. in. §. constituitur. cum. §. seq. et quod ibi glos. in verbo, vestimenta. instituta de vsufruc. l. si cui. et. l. sequen. et fere per totum. ff. de vsufruc. ea. re. que vsu consumun. not. glo. in dicta. l. si vsufructus. mihi. §. si vestis. de quo etiã plene legitur et not. in. c. fina. de pigno. [8] † Ex quo infertur ꝙ cum deueniendũ sit ad cautionẽ ⁊ estimationẽ hmõi, nõ põt nec de iure debet recusare vsufructuarius, quominus fiat descriptio seu instrumentum de bonis rebus ⁊ iuribus in quibus habere pretẽdit vsumfructũ seu quasi. l. sicut datam. C. de libe. cau. l. ex ea. in princip. secundum vnam lecturam. et quod ibi Barto. ff. de verb. obligatio. facit quod not. glos. in. l. ii. in princip. ff. solu. matrimo. ⁊ in c. significauit. de testib. hoc voluit Alexand. de imol. consilio. lviii. exordiente, Habita super narratis in themate. in tertio volumi. ⁊ Joan. ferra. in dicto titu. for. libel. ad peten. do. in glos. super verbo, dedit et legauit predicte domine ⁊c. versi. ex quibus potes colligere ⁊c. et dixit Alexand. de imol. in dicto consilio ꝙ vsufructuarius tenetur cauere per publicum et specificum instrumentum de restitutione faciẽda, specificando etiam res ipsas, et earum qualitates: quia al's cautio non releuaret nec esset per eam oportune proprietario consultum. Quinimo vt etiam ibi dicit idem Alexand. specifica estimatio fienda est quoad res que vsu consumuntur. Facit pro predictis [9] † quia vsufructuariꝰ cui legatus est bonorum vsufructus debet ipsa bona recipere per manum heredis. l. i. in princ. ff. quorum lega. sed ita est ꝙ quando aliquid a me recipis teneris mihi facere cautionem et instrumentum. l. fina. ad fin. in verbo, securitate. ⁊ quod ibi docto. maxime Bald. C. de pac. conuen. al's posset esse captio proprietarii. facit. l. plures apochas. cũ ibi not. C. de fid. instrumen. ⁊ l. qui tabulas. in princip. ⁊ quod ibi Bart. ff. de fur. Ex quibus infertur responsio ad quesitum ꝙ prefata nobilis Brianda tenebatur et tenetur facere descriptionem de bonis rebus et iuribus in quibus pretendit sibi fuisse relictum vsumfructum.

Allegatio quarti quesiti.

Ad quartum

10 †Ad quartum quesituz dico et respondeo q super hoc sunt opiniones seu varij modi dicendi. Bar.enim in.l.fina.versi.quero quid si alicui legatur vsusfructus omniũ bonorum.ff.de vsufruc.lega.videtur voluisse q onus eris alieni pertinet ad vsufructuariũ totius hereditatis,seu omnium bonorũ:qui pro hoc multa inducit.ꝛ inter alia.l.vxori mee.eo.tit. vbi secundum eũ videtur de hoc casus. Hãc opinionẽ secutus est Joã.ferra.in glos.superius allegata.versi.postea queritur an hec vsufructuaria ꝛc.Limitans tamen hoc dictũ vt non procedat eo casu quo onera essent adeo grauia q absorberent totuz vsumfructum,nã tunc dicit se credere ne inutile reddatur legatum vsufructus q de rebus hereditarijs possit creditoribus satisfieri.ar.eius quod no.glo.in solutione cõtrarij.l.quero.ff.de vsufruc.lega.in.l. qui concubinam.§.qui hortos.ff.de lega.iij.ꝛ si sequerem⁹ opinionem Bart.videref dicendũ q prefata do.Brianda tenebatur ad solutionem dimidie partis eris alieni,illius videlicet que concernebat dictũ nobilem Joannẽ,postq̃ ad eam pertinebat vsusfructus huius partis.ꝛ sentit Bar.q hec solutio fieri debebat ꝛ deberet si non esset es alienum solutum fieri de fructibus huius medie partis bonorum.Sed contrarium videtur probari in.l.vsufructu bonorum legato.ff.ad legẽ falci.ꝛ in.l.fi.§.finautem es.C.de bo.q̃ libe.vbi probatur q legato vsufructu omnium bonorum es alie-
11 num ex oĩbus rebus deduci debet:†q2 es alienum prefertur legatario vsusfructus omnium bonorũ,vt voluit Bald.in.l.j.colũ.iij. versi.pone maritus.C.de fruc.ꝛ liti.expensis.ꝛ Alexand.de imol. in.d.l.vsufruc.bono.lega.ꝛ Paul.de ca.consi.ccclxxxvij.exordiente,In causa que vertitur Bononie ꝛc.colũ.iij.versi.videndũ est ergo nunquid ꝛc.ꝛ volunt isti q pro solutione eris alieni possint vẽdi ꝛ distrahi res hereditarie primo mobiles deinde immobiles,ꝛ deinde facta solutione eris alieni vsufructuarius habebit vsumfructum in bonis que remanebunt.Et si nihil remaneat,videtur
12 q vsufructuarius perdat totũ vsumfructũ,†quia legata nõ debẽtur nisi soluto ere alieno.l.j.§.is qui quadringenta.ff.ad trebel.et hunc articulum plene prosequitur Paul.de cast.in dicto consilio ccclxxxvij.ꝛ Alexã.in.d.l.vsufruc.bono.lega.Idem voluit Pau. de cast.in.d.l.fina.ff.de vsufruct.lega.ꝛ in.d.l.fina.§.finautem es.
13 C.de bo.que libe.†Et hec opinio videtur esse cõmunior et verior secundum quam patet responsio ad dictum quartum quesitum, scilicet q propter es alienum dicti quõdam testatoris minui debet legatum vsufructus relictum dicte eius vxori. Et queadmodum ante solutionem dicti eris alieni,potuit ipse nobilis Joannes fogassie pro solutione illius vẽdere de bonis hereditarijs,ita videtur nunc posse ꝛ esse equum,q ipse pro quantitatibus per eũ solutis possit accipere ꝛ habere debeat de bonis ipsis quoad plenum ius.Non enim passa est damnum dicta nobilis Briãda,pro eo quia ante factas solutiones non sunt bona vendita que vendi poterant,sed consecuta est vtilitatem ꝛ commodum,pro eo quia ab eo tempore quo vendi poterãt ipsa percepit fructus ꝛ illis vsa est.Et ita nihil est de quo conqueri possit.

Ceterũ mihi asseritur q propter incuriam seu negligentiam dicte nobilis Briãde bona dicti quondam nobilis de Arzelerijs fuerunt ꝛ sunt multum deteriorata,ꝛ signãter domus ꝛ hospitia que propter neglectam coperturam,ꝛ que modico sumptu fieri poterat nunc minantur ruinam in multis earum partibus,et ad quarum reparationem est opus magna pecunia,ꝛ quesitum est an ipsa nobilis Brianda te-
14 neatur ad faciendum hanc expensam.†Ad quod respondeo breuiter q nulli dubium est quin modica impensa fienda in rebus in quibus aliquis habet vsumfructũ pertinet ad vsufructuariũ.ſm Barto.Bald.ꝛ alios qui ita no.in.l.eum ad quem.C.de vsufruct. Quo fit vt cum modico sumptu ꝛ qui ad ipsam nobilem Briandam pertinebat potuerint domus predicte cooperiri ꝛ sic obuiari damnis ꝛ deteriorationibus postea subsequutis,teneatur ipsa nobilis Brianda de dãnis ꝛ deteriorationibus huiusmodi. Preterea q̃uis vsufructuarius post vsumfructum finitũ repetere valeat seu possit magnos sumptus factos pro reparationibus rerũ ꝛ bonorum in quibus habuit vsumfructum,ipse tamen facere debet reparationes,etiam si pro illis sit necessaria magna pecunia.
15 vt not.Bartol.et Bald.in dicta.l.eum ad quem.vbi dicunt† q omnis expensa in reficiendo semper pertinet ad vsufructuarium et q siue sit magna expensa siue parua vsufructuarius debet reficere.Et q̃uis idem Barto.in.l.cotem ferro.§.fina.colum.fina.ff. de publica.videatur velle q vbi est op⁹ magna expensa possit vsufructuarius etiam ante refectionem petere a proprietario vt sibi ministret pecuniam,hoc tamen non videtur obstare.Tum quia dictum Bar.et Bald.in dicta.l.eum ad quem.videtur verius et pro quo faciunt.l.hoc amplius.§.fina.et.l.damni.§.ei cuius.et.l. inter fructuarium.ff.de dam.infect.Etiam pro hoc facit dicta.l. eum ad quem.que loquitur de impensa iam facta,propter que iura ꝛ alia non fuit ausus Salice.adherere opinioni Bartol.quam posuit in dicta.l.cotem.§.fina.sed potius videtur adhesisse opinioni posite in dicta.l.eum ad quem.Et hanc opinionez videtur etiam tenuisse glos.et clarius ibi Bart.in.d.l.damni.§.ei cuius. Tum et quia negari non potest quin etiam eo casu quo opus est magna pecunia refectio pertineat vsufructuario,cura et sollicitudine,quo fit vt debuerit ipsa nobilis Brianda esse sollicita ꝛ curare vt domus ipse reficerentur cum vidit eas deteriorari propter indigentiam reparationis:quod quia nõ fecit,est quod sibi imputetur ratione culpe commisse in omittendo.Tum et quia vt ponitur in facto ab initio non fuit opus magna expẽsa,sed pro modica pecunia fieri poterat reparatio.Et sic eaz omnino facere debuit ipsa nobilis Brianda per predicta.Super quo articulo vlterius non insisto propter importunitatem temporis.Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Cõsilium.XLI.

De matre preterita in testamento filij rogata per clausulam codicillarem de restituẽda hereditate scripto heredi.Et de penis binubentium cessantibus.

Summarium.

1 Proximior ab intesto per clausulam codicillarẽ censetur rogatus de restituenda hereditate scripto heredi in testamento ex qua quartam quam elegerit detrahere potest.
2 Quarta tantum vna in quo grauamine detrahi potest.
3 Pene matrum binubarum quando cessent,ꝛ cur.

Ceterũ viso casu mihi exhibito exordiente,Joannes laugerij filius ꝛc.et testamento eiusdem quondam Laugerij.Dico et respondeo breuiter et succincte,q licet testamentum dicti Joãnis fuerit ꝛ sit nullum propter preteritionem dicte Joanne marcelle eius matris secundum opinionem magis communẽ: quia tamen idem quondam Joannes illud valere voluit iure te-
1 stamenti vel codicillorum.†Dico q dicta Joanna tanq̃ proximior ab intestato censetur fuisse rogata de tradendo ꝛ restituẽdo bona ꝛ hereditatem eiusdẽ Joãnis laugerij eius filij prefato Dominico ipsius Joannis fratri vterino.l.generaliter.§.ex testamẽto.ff.de fideicommis.liberta.ꝛ alijs iuribus plenius allegatis per Bart.ꝛ alios in.l.ex ea.ff.de testa.et per omnes in autenti.ex causa.C.de libe.preteri.vel exhereda.ꝛ Alexan.de imol.consil.cxlij.in primo quesito.in primo volumi.et alij in locis infinitis.Poterit tamen ipsa Joanna detrahere vnam quartam,ꝛ si elegerit legitimam tanq̃ pinguiorem,ꝛ que est hodie triens seu tertia pars bonorum eiusdem quondam Joannis,vt probatur per id quod habetur in auf.de trien.ꝛ semis.§.patri.versi.hoc obseruãdo.ꝛ quod ibi glos.ꝛ Angel.collaf.iij.glos.Cyn.ꝛ Bald.in auf.nouissima. C.de inoffic.testa.glos.in.l.pãtonius.§.j.ff.si quis a paren.fuerit manumis.glos.in.l.si a milite.§.j.ff.de mili.testa.et doct.in.c.si pater.de testamen.in.vj.Non poterit tamẽ detrahere duas quartas etiam si al's parentes de restituendo grauati possent illas detra-
2 here.Cuius dicti illam assigno rationem,†quia grauamẽ nõ fuit conditionale vel in diem sed purum,quo casu detrahetur duntaxat vna quarta secũdum opinionem magis communem que fuit glos.ꝛ Barto.in.l.papinianus.§.meminisse.ff.de inofficio.testa. ꝛ in.l.q̃q̃.C.ad legem falci.hoc dictum ponunt docto.in multis locis in grauamine iniuncto per clausulaz codicillarẽ.Et per hec patet responsio ad primum quesitum.

Ad secundum dico ꝛ respondeo q bona dicti Joannis debent diuidi in tres partes,quarum vnam habere debet dicta Joanna marcelle pro dicta eius legitima,detracto tamen ere alieno et funeris impensa.Aliam habere debet prefata Antonia filia Petri seu Catherina eius mater,et ipsius Petri heres per medium eiusdem Antonie.Et hoc ex titulo associationis seu communicationis eidem quõdam Petro facte per dictum quõdam Dominicũ.Alia vero tertia pars pertinet heredibus eiusdem Dominici.

Si Antonie filie Petri peti ti vita functe superfuissent aliqui liberi cōmunes eorundē Petri & Catherine, obstetisset ipsi Catherine in successiōe Antonie matrimoniū per ipsam Catherinā post mortem Petri contractū cū prouido viro Petro roquerij, †sed quia nulli tales superfuerunt, Dico ꝙ matrimonium huiusmodi eidem nō obstitit, nec obstat quominus potuerit & possit succedere prefate Antonie eius filie. pro quo videri potest quod voluit Bart. consi. lij. exordiēte, Angelus marie habebat vnum filium nomine Bar. &c. colum. fina. Bald. in l. femine. C. de secun. nup. Angel. in auk. de non eligēdo secun. nuben. colū. iij. colla. j. Salice. in auk. vxore mortua. C. de secun. nup. Franci. de are. consi. clv. versi. primum &c. & Bald. consil. ccccxlj. in quarta parte. & Nico. de vbal. in suo tracta. succes. ab intesta. in secunda parte principali. Et hec est communis opinio scribentium in iure & consulentium, ꝙ pene introducte contra binubos, non quia infra annū secundo nupserint, sed quia secundo nupserunt & sic fauore liberorum primi matrimonij cessant vbi liberi illius non supersunt & merito: cessat enim causa fauoris, ergo et fauor. Fateor ꝙ glo. in auk. ex testamento. super verbo, filij, relata per text. videtur dicere contrarium, sed vt dicit ibi Bart. ipse vno anno consulendo & iudicando bene quinqꝫ vicibus dicit cōtra illā glo. Matthe. de mata. in suo tracta. successio. ab intesta. in secūda parte principali. versic. primo casu dico sic, aut mater habebat vnum solum filium &c. visus est velle saluare illam glo. eo casu quo superfuissent filio vnico aliqui consanguinei, hoc est fratres vel sorores ex parte patris huius filij vnici morientis, & qui erant priuigni huius binube, sed istud dictum non obstat, etiam si esset verū quod non credo: qꝛ eidem quōdam Antonie non superfuerūt fratres aut sorores consanguinei. Et sic non recedo a prima sententia quam veram puto.

Consilium. XLII.

De fundatore capellanie instituente in ea aliquem sine consensu episcopi.

Summarium.

1 Ecclesia vel beneficium ecclesiasticū sine cōsensu episcopi vel eius vicarij an fieri possit.
2 Ius instituendi in beneficio an possit pertinere ad laicum.
3 Verbum institutio quibus modis capi possit.

Non puto ꝙ pretextu & ad causam cuiusdā pretense institutiōis seu coactionis vel ordinationis quā fecisse dicitur honorabilis vir Ludouicus ventris in fauorem honesti iuuenis Philippi de oliolis, & per quam pretenditur eundē de Oliolis instituisse in quadā capellania per ipsum Ventris fundata possit idē de Oliolis pretendere capellaniā huiusmodi a se spectasse aut in ea ius canonicum habuisse vel habere. Cum qꝛ tempore facte dicte pretense institutionis seu creationis vel ordinationis nondū erat dicta capellania cum effectu fundata nec in esse producta, 1 †quia sine ordinatione vel concessu episcopi seu eius vicarij nō potest fieri ecclesia vel beneficiū ecclesiasticum, per id quod voluit gl. in. c. nobis. de iure patronatus. & glo. j. ad fi. in cle. si beneficiorum. de deci. ad quod facit. c. nemo. le. j. cum suis simili. de consecra. distin. j. 2 †Cum quia licet ius patronatus seu ius presentandi ad beneficiū ecclesiasticum pertinere possit ad laicum, non tamen ad eū de iure cōmuni pertinere potest ius instituendi ius iniquum per quod ad patroni presentationē ius in beneficio in alium transfertur per instituentē, de quo habetur in. c. autoritate. de institu. & in c. j. & ij. eo. titu. in. vj. & per Panor. & alios in. d. c. nobis. tale enim ius pertinet de iure cōmuni ad episcopum, per id quod habetur in dicto. c. j. de institu. in. vj. quod etiam voluit Joā. de imol. in. c. cum venissent. col. iij. de insti. et Pan. in. d. c. nobis. colū. j. ex quo ibi infert ꝙ patronus ius hmōi trāsferre nō pōt in aliū: qꝛ nō pōt immutare dispositionem canonum in preiudicium episcopi. c. requisisti. cum suis simili. de testa. Non potuit igitur prefatus Ludouicus fundator dictuꝫ de Oliolis instituere in ipsa capellania vtpote cui non competebat nec competit ius aut instituendi facultas. 3 †Et hoc procedit si de institutione stricte & proprie loquamur. Et idem etiam est si eam accipiamus pro collatione beneficij pro qua etiam accipi potest, vt voluit Joā. de imol. extra de institu. super rubrica. pro quo allegat quod not. in. c. autoritate. de institu. & c. habetur. in. c. proposuit. de concessione prebē. & idem voluit Joan. de imol. in dicto. c. autoritate. & c. cum venissent. colū. iij. quia accipiendo institutionem isto modo, illa etiam pertinet ad episcopum nisi aliud appareret specifice dispositum in aliquo casu, vel nisi ex priuilegio vel consuetudine ad alium spectet, vt voluit Joan. de imol. in dicto. c. cum venissent. Potest & aliter accipi hoc verbum institutio, vt etiam ponit Joan. de imol. in dicta rubrica, sed etiam accipiendo illis modis non pertinet ius instituendi ad laicum. Et esto ꝙ verba institutionis, creationis, et ordinationis posita in instrumento fundationis facte de capellania predicta sumi possent vel intelligi pro presentatione facta de eodem Philippo, illa tamen eidem nō prodesset. Cum quia illa non est facta episcopo vel eius vicario, ad quem facta approbatione pertinere debebat ius instituendi. Cum et quia si illi facta extitisset, nō propterea fuisset eidem Philippo per illam ius quesitum. argu. c. quod autem. de iure patro. et voluit Panor. in d. c. nobis. nec fuisset per illam dictus Ventris impeditus, quominus postea presentare potuerit honestum iuuenē Michaelē desiderij clericum, et quem ipse per procuratorem presentauit et qui Michael fuit per episcopuꝫ seu eius vicarium admissus & institutus. Cui propterea ius competijt & competit in capellania predicta. d. c. quod autem. & c. cum autem. eo. titu. Que breuiter et succincte dixerim sub correctione & supportatione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium. XLIII.

De libello actionis iniuriarū in causa summarie &c. tractanda admittendo non obstante generalitate, obscuritate, & incertitudine.

Summarium.

1 Nobiles delinquentes an mitius puniendi ꝙ innobiles.
2 Libellus iniuriarum vt sit specialis certus et clarus quid cōtinere debeat.
3 Jus naturale & gentium solam veritatem attendunt.
4 Cause simpliciter, summarie, & de plano tractande sunt contente petitione generali vel etiā obscura vel incerta quantūcunqꝫ pars opponat & libellum impugnet.
5 Ironia in verbis indifferētibus locum habere potest vt inde iniuriarum actio nascatur.
6 Diffamare aliquem an idem sit vt iniuriam dicere vel inferre.

Si quid dictū aut allegatum extiterit seu etiam tacite confessatum parte Honorati de sancto paulo al's de vacherijs in quadaꝫ eius schedula exordiente, Quia secundum Bal. &c. quod faciat nunc vel imposterū contra eū, vel pro nobili Jacobo pelegrini, idem nobilis pelegrini seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdem, illud recipit & acceptet in vim iudicialis confessionis, & signanter recipit & acceptet, id quod idem de Vacherijs affirmat et asserit se ideo aliquid de nobilitate dixisse in alia eius schedula. 1 †Quoniam vt pretendit secūdum Bal. nobiles delinquentes mitius puniuntur ꝙ innobiles. Fatetur igitur & profecto bene se deliquisse, sed contendit se tanꝙ pretensum nobilem fore minus puniendum, de quo al's autore domino cum et locus & tempus se obtulerint etiam de impugnatione pretensarum peremptoriarum de quibus opponendis iam criminatur ipse de Vacherijs, aliquid prout opus erit differetur. Nunc autē solum respondendum est quibusdam pretensis replicationibus super quibus adhuc persistit idem de Vacherijs. Et primo ad illud quod dicit negari nō posse quin libellus iniuriarum parte dicti nobilis Jacobi pelegrini in hac causa productus fuerit & sit in multis suis partibus generalis obscurus & incertus. Ad quod dico & respondeo ꝙ immo nec generalis, nec obscurus, nec incertus 2 existit, †quinimo fuit et est specialis clarus et cert⁹ quoad ea que & secundum iura & secundum docto. sententias et doctrinas specificari declarari & certa fieri oportuit, scilicet quoad iniurias quas vel verbo vel facto sibi fuisse illatas, idem nobilis Pelegrini asseruit, & quoad annum & mensem & locum loci, & hec sufficiunt in libello

bello iniuriarum, nec dabitur aut dari poterit lex que ad maiorē specificationem, declarationem, aut certitudinem eundem nobilem Pelegrini astrinxerit vel astringat, τ ita nihil facit ad propositum. l. fin. C. de anna. excep. Cuius dispositio presupponit generalitatem, obscuritatem, vel incertitudinem libelli que non fuit nec est in predicto libello.

Preterea vbi dict⁹ libellus dici posset prout dici non potest fuisse τ esse generalis, obscurus, vel incertus, non poterat tamen vt al's dixi de hoc opponere prefatus Honoratus obstante signatura reuerēdissimi do. gubernatoris Auenionis τ comitatus Venaysini per quam in causa huiusmodi pcedi mādauit summarie simpliciter τ de plano sineq; strepitu τ figura iudicij sola facti veritate inspecta per quam hoc inductum est vt vobis egregio viro domino iudici sufficiat τ sufficere debeat habere veritatem τ veritatis informationem sine aliqua solennitate vel forma iudiciaria: † quia vt dicit Angel. in. §. in bone fidei. versicu. si fiat commissio. partes prefate reducte extiterunt ad ius naturale et gentium quo sola veritas attenditur. Pro quo multa allegat que possunt ibi videri τ quod ponit Alexan. de imol. in. l. furiosa. colum. v. ff. de re iudi. τ Joan. de imol. in clemen. sepe. colum. penulti. τ fi. de verbo. signifi. † Certū est etiam q; in causis huiusmodi non est opus specificatione, declaratione, aut certitudine, sed sufficit petitio generalis, vel etiaz obscura vel incerta, per id quod voluit Bartol. in extrauaganti ad reprimēdam. quod intelligitur τ intelligi debet etiam parte opponente τ impugnante libellum, prout voluit Alex. de imol. consi. clxxxvij. exordiente, In hac causa τ lite τc. colum. ij. in secundo volu. et in l. si ita stipulatus. §. grisogonus. colum. ix. ff. de verbo. obligatio. Joan. de ligna. Pet. de ancha. τ Joan. de imol. in clemen. sepe. in princi. de verbo. signifi. quod etiam voluit domi. Jason may. in. l. edita. colum. ij. vel. iij. C. de edend. al's enim nihil speciale esset in causis summarijs, cuius tamen contrarium presupponit Barto. in dicta extrauaganti ad reprimendam. super verbo, figura. Nec his obstat quod ex aduerso opponitur de dicto Bartol. in dicta extrauaganti ad reprimēdam. super verbo, summarie. Quoniam respondeo q; Barto. loquitur eo casu quo vel ab homine vel a lege esset duntaxat data facultas procedendi summarie, hic autem data est facultas procedendi non solum summarie, sed etiam simpliciter τ de plano ac sine strepitu τ figura iudicij, τ sola facti veritate inspecta que quanta adijciant τ addant ad ampliationem facultatis in procedendo, τ ad remissionem solēnitatum iuris positiui ciuilis τ canonici, nemo est qui nesciat, τ signanter ex his qui τ dictam clemē. sepe τ eius cōmentarios, insuper τ dicta Bart. in dicta extrauaganti ad reprimendam perscrutati extiterūt. Adijcio q; vbi Barto. in casu de quo agitur hoc est stante commissione de qua supra, pretēderet nihil fuisse remissum de substantialibus τ q; in hac causa deberet lis contestari, haberet idem Barto. text. contra se dicta clemen. sepe. post principium. ibi, vt iudex cui taliter causam committimus necessario libellum non exigat, litis cōtestationē non postulet τc. qui text. vbiq; seruandus est. τ signanter hic in terra videlicet ecclesie, per id quod not. Joan. and. et docto. in. c. j. de oper. no. nuntia. et docto. in. l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle.

Preterea nō procedit quod spectabilis vir dominus aduocatus prefati Honorati pretendit c. j. de litiscontesta. in sexto. parte dicti nobilis Pelegrini in alia eius schedula oportune allegatuz, ideo non obstare: quia vt dicit idem egregius domi. doctor illud. c. procedit quando libellus est al's aptus, sed vt pretendit nos sumus in casu in quo dicitur libellus ineptus, τ obscurus τ incertus. Quoniā respondeo q; immo nō sumus in hoc casu, vt predixi, sed in eo in quo libellus est apt⁹, clarus, τ certus, τ cui tanq; tali velit nolit respondere debet et respōdebit auctore domino idem Honoratus, nisi fortasse interim alia lex edatur, que trahatur etiam ad preterita et iudicia pendentia.

Preterea ad id quod dicitur in dicta pretensa schedula non videri fuisse dictum aut deductum q; Honoratus aliqua verba ironice contra dictum nobilem Pelegrini vel in eius iniuriam protulerit, et q; propterea nō est opus super hoc verba effundere. † Dico τ respōdeo q; sivt oportuit attētuz esset ad verba per me prolata non mihi imputaretur q; quasi dormiens aut a mente alienatus vel al's minus oportune hec dixerim, dixi enim eam specificationez que pro tempore, τ in hoc casu de quo tunc verba fiebant fieri exigebatur esse faciendam quando verba sunt indifferentia τ al's talia que proferri poterant, τ bono animo et sic sine iniuria τ malo τ sic iniuriose, sed quia pars fu- per istis tanq; vt sibi videtur ab errante aut dormiente prolatis se nolle persistere intendit: ego quoq; super eis, q̃uis τ oportune et ad impugnationem partis aduerse efficacissime allegatis super eis non insisto nec verbis partis vtar, verba effundo, que tamē cū oportuerit et si non abundanter dicētur tamen autore domino prout necesse erit.

Preterea ad id quod vlteri⁹ parte dicti Honorati opponitur in dicta eius schedula, scilicet id quod de diffamatione τ iniuria, τ de illorum differentia dictū fuit in dicta alia schedula parte dicti nobilis Pelegrini in dicta causa producta non procedere in proposito, et q; immo verum est q; qui diffamat iniuriatur seu iniuriam dicit. † Respondeo et dico me dixisse in dicta alia schedula aliud esse diffamare aliquem, et aliud esse illi iniuriari. et q; contingere poterat casus in quo quis alteri iniuriaretur etiam atrociter, et tamen eum non diffamaret vt videri potest per exempla que tunc inducta sunt, non autem dixi q; qui diffamat non iniurietur seu iniuriam dicat q̃uis dicere potuissem, τ nunc dico posse contingere casum in quo quis aliuz diffamaret, et tamen iniuriam sibi non inferret, vt verbigratia: si ex causa legitima hoc faciat, pro quo ne longius a proposito disgrediatur allegasse sufficiat quod post Oldr. cōsi. mihi. cclxxxvij. exordiente, Consueuit dubitari an dicens alicui verbum cōtumeliosum τc. voluit Joan. and. in addi. Specu. titu. de iniur. τ dam. da. §. j. in princip. Alexand. de imol. τ alij in. l. et si pepercerit. colum. j. ff. de libe. τ posthumis. τ Barto. in. l. eum qui. in princip. ff. de iniurijs.

Ad id vero quod opponitur literas citatorias contra testes parte dicti nobilis Pelegrini concedi postulatas dici posse q; nimis pperas Marcelle, q; vt precedit pars aduersa primo oportet super premissis interloqui, an videlicet petitio seu libell⁹ parte dicti Pelegrini in hac causa oblatus sit admittendus vel non, et q; sit lis contestata vel pro contestata habita. Dico et respondeo q; quicquid parte dicti Honorati oppositum extiterit et qui totā eius spem videtur in fuga posuisse: dicta petitio admittenda est et super qua non est opus litem contestari, vt iam dixi, quia non solum summarie Honorate sed simpliciter τ de plano ac sine τc. in hac causa procedendum est. Non est ergo quod dicere vos oporteat Marcellū nimis properare sed de plano velle procedere, vos autem estis qui nimium properatis sed hoc in fugiendo. Quamobrem non obstantibus quibuscunq; in aduersum allegatis que non obstant dictus nobilis Pelegrini, iuxta fieri petita τ postulata in dicta alia eius schedula ordinari, τ dictum Honoratum condemnari in expēsis per ipsum nobilem Pelegrini ratione eius temerarie seu nimis minus iuridice oportunis condemnari. Et al's in et super premissis et singulis eorūdem ius ac debitam τ celerem iustitiam sibi fieri τ ministrari, vestrum iudiciale officium in oportunis humiliter implorando.

Consilium. XLIIII.

De viribus instrumenti venditionis legitime per publicuz notarium sumpti, τ de fide protocollorum τ notaruz descriptarū in libris extensorum.

Summarium.

1. Instrumento vero et legitimo fides indubia est adhibenda quandiu contrarium non probatur.
2. Instrumento publico licet non appareat de protocollo an standum non obstante Constantinopolitana consuetudine.
3. Signum vnius note in protocollo notarij an trahi debeat ad sequentes notas τ repetitum intelligatur. nu. 13.
4. Protocollum an fidem faciat τ quando.
5. Nota subscripta manu notarij et posita in libro extensarum eius an perinde habenda ac si tota per notarium fuisset scripta.
6. Patrem scripsisse testamentariam schedulam inter liberos vel solum se subscripsisse equiparantur.
7. Notarij bastardellis et memorialibus cum multis abbreuiaturis vti solent que postea in libris extensorum describunt τ dilatant.
8. Stili consuetudo attendenda.
9. Notarius qui rogationes scripsit an possit eas extēdere iuxta veritatem τ prout intellexit τ audiuit.

10 Notario scripturaȝ conficere tempore actus nisi in actibus requirētibus illam an sit necesse.

11 Perfectiones requisite in scriptura notarij ad fidem faciendam sunt tres, ꝛ an ille tres in protocollo requirantur.

12 Contrahentes an censeantur actuȝ habuisse pro cōsummato per illa verba, actum tali loco ꝛc.

13 Dies in precedenti instrumento appositus an cēseatur repetitus in sequentibus.

14 Testes rogati positi in precedenti instrumēto an intelligātur repetiti in sequentibus ꝛ contiguis.

15 Abbreuiatio ꝛ cetera, an debeat extendi iuxta receptum stilum.

16 Instrumentum in quo notarius non posuit se fuisse rogatum an valeat.

Venditio quam olim Anno videlicet dñi Millesimo.cccclxxj. ꝛ die.xxij. mēsis Martij fecisse dicitur nobilis ꝛ generosus vir Michael de vallepergula dñs pro tūc pro maiori parte oppidi seu castri loci de Caumōtib⁹ Caualicensis diocesis, nobili et honorabili viro Balthasari spiefanci quondaȝ Burgensi Auenionis de bonis rebus ꝛ iuribus in instrumēto hmōi latius mentionatis ꝛ expressis, probatur sufficiēter ꝛ aperte per publicū instrumentū de ea sumptum, receptum, subscriptum, ꝛ subsignatum per honorabilem quondā virū magistrū Bonifaciū de blangerijs publicum notarium, ꝛ quem aduersarius nō inficiatur aut negat, quinimo ꝑponit ꝛ affirmat fuisse publicū notariū, aut saltē in ciuitate Auenionēsi suā banchā chartulariā siue scribaniaȝ publice apertā tenuisse, ꝛ ꝑ notario publico apostolica autoritate se gessisse ꝛ pro tali fuisse habitum, tentuȝ, ꝛ reputatum palam ꝛ publice, tam tēpore receptionis dicte note ꝛ date vēditionis de qua ibi ꝙ antea etiā per multa tempora. 1 † Quo fit vt cum instrumentū huiusmodi fuerit ꝛ sit cōfectum in debita iuris forma, habens videlicet ea que ad validitatem ꝛ oportunam solennitatem publici instrumenti exiguntur, ꝛ de quibus per glo. in. l. generali. C. de tabula. lib. x. per Specu. tit. de instru. edi. in princi. ꝛ per Cano. in. c. j. de fid. instru. debuerit ꝛ debeat instrumento huiusmodi fides indubia adhiberi, saltem donec contrarium probetur. c. ad audientiam. de prescript. c. illud. de presumptio. c. dudum. de conuer. coniuga. c. cum Joānes heremita. de fid. instru. c. porro. de priuileg. l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact. et quod not. institu. de inutili stipula. §. item verbo. ꝛ. §. si scriptum. institu. de fideiusso. §. fina. ꝛ in autenti. de instru. caute. ꝛ fide. §. oportet autem. ꝛ. §. seq. collat. vj. facit. l. ij. ff. de fide instru. ꝛ. l. cum precibus. cum suis similibus. C. de proba. quod etiam voluit Barto. in. l. heredes palam. in princip. ff. de testa. et in. l. j. §. si quis neget. ff. quemadmo. testa. ape. Joan. de imol. consi. xxiiij. exordiēte, Ponderatis verbis vltimi testamenti ꝛc. colum. iij. in tertio volu. glos. et docto. in d. l. cum precibus. Et facit optime ad predicta quod voluit Joā. Pet. ferra. in sua practica titu. for. oppo. contra instru. super verbo, dignoscitur esse falsum. versi. sed pone vt vidi aliquando fieri per cauillosos procuratores ꝛ aduocatos ꝛc.

Christi nomine inuocato. Uiso casu mihi exhibito parte nobilis ⁊ generosi viri domini Gaspardi de castellana iurisperiti ⁊ dubijs ex casu huiusmodi subtiliter elicitis. Dico ⁊ respōdeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi prout infra. † Et primo ad primū ꝙ sup hoc sunt opiniones: quidaz enim dixerūt ꝙ pater potest eius filio ꝑ legitima eidem debita in bonis paternis relinquere pecuniam, et ꝙ ipse filius pecuniam relictam tenetur acceptare, et ꝑ supplemento legitime si ad illam pecunia relicta non sufficiat, agere potest ad supplementum: et huius opinionis videtur fuisse Bal. consilio. cccclxj. exordiente, Quidem Franciscus tunc carens filijs masculis ⁊c. colū. ij. versic. sed statim queritur: pone ꝙ pater assignauit filio ꝑ legitima ⁊c. in secunda parte, vbi dicit Bal. ꝙ pater potest filio ꝓuidere ꝑ legitima de quacūqꝫ re eidē pr̄i placuerit, siue in reb⁹, siue in pecunia. ꝑ quo allegat no. in. l. si quis priore. ff. ad trebel. l. deniqꝫ. §. sed vtruz. in fi. ff. de mino. et in argumentum. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de lega. j. l. deducta. §. nūmis. ff. ad trebel. et. l. filium quem. C. famil'. erciscun. et huius sententie etiam fuit Ange. in. l. si pater. colū. penulti. ver. tertio si filius instituitur in pecunia, vt est moris ⁊c. C. de institu. et substitu. vbi dicit Ange. ꝙ si pater filiuz instituerit in pecunia, nō potest filius renuere pecuniam per quam possunt omnia comparari. † Preterea lex dicit agi ad supplementum, et supplementuz fieri debere ex substantia defuncti: ergo relictum, et sic pecunia imputatur. l. omnimodo. coniuncta. l. scimus. §. repletionem. C. de inofficio. testamen. Et ad dictum. §. repletionem. quatenus videtur facere contra hanc sententiam respondet Bal. in dicto consilio. cccclxj. ꝙ dictus. §. repletionem. loquitur quatenus venit supplectio legitime fienda ex legali dispositione, sed quatenus ipse pater idemqꝫ testator prouidet, ipse potest prouidere filio in qualibet re. Ista sententia videtur placuisse etiam Salice. in dicta. l. scimus. §. repletionem. colū. ij. versic. quero propter id quod dicitur de substātia testatoris ⁊c. † Pro quo allegat, quia filius debet esse contentus legato, etiam si sit certe quantitatis. dicta. l. omnimodo. et. l. si quis filium. versicu. nisi quantitas ⁊c. C. de inoffic. testa. et debet agere ad supplementuz, si quid deest. dicto. §. repletionē. Pro quo facit ꝭm eum, quia euicta re que fuit sibi legata debet ei vel certas res dari: vel pecunia, id est estimatio rei euicte, et in hoc dubito, electio debitoris. l. pleruncqꝫ. ff. de iu. do. et respondet Salice. quibusdam iuribus pro contraria sententia allegatis ꝑ Guilliel. de cug. ⁊ sequa. et hoc dicit procedere, nisi dicamus inquit ipse filium esse creditorem in substantia paterna in tota sua legitima, et ꝙ ideo ei inuito quantitas legari non possit, sicut nec pater transiens ad secunda vota potest lucrum nuptiale quod in speciebus consistebat alienare, sed tenetur filijs reseruare.

† Sed contrariā sententiam scilicet ꝙ filius non teneatur recipere eius legitimam in quantitate seu pecunia relicta, sed possit dicere se velle habere ꝙ̄tum est valor ipsius in bonis defuncti patris. tenuit Guilliel. de cug. in dicta. l. scimus. §. repletionem. Pro quo allegat dictum. §. repletionem. et autenti. de trien. et semis. §. j. collat. iiij. et hanc sententiam secutus est Barto. in. l. suus. in fin. principij. ff. de heredi. institu. et idem voluit ibi Bald. colum. iij. versicu. Item querit Barto. si filius ⁊c. Etiam idem tenuit ibi Joan. de Imol. colum. viij. versicu. aduerte etiam quia hic Bart. concludit post Guilliel. ⁊c. idem tenuit Alexan. de Imol. in dicta. l. non amplius. §. cum bonorum. colum. ij. versicu. circa vltimum videlicet quid sit in solutione ⁊c. ibi, quod verum est etiam si expresse testator disposuerit legitimaz esse prestandam in quantitate pecunie. ff. de lega. primo. Idem voluit Bald. Pau. de cast. et do. Jason de may. in dicto. §. repletionem. † Et in hanc sententiam inclinaret Salice. si diceremus filiū esse creditorem in legitima, quod videtur dicendum. per id quod habetur in autenti. res que. in fi. C. communi. de lega. et quod voluit Bald. in dicta. l. filium quem. versi. vlterius quero de tali questione. C. fami. erciscun. et in dicta. l. scimus. in principio. C. de inofficio. testamen. et. l. ij. C. ad legem fal. et Specu. titu. de confes. §. nunc videndum. versic. sed nunquid patris. Fran. de aret. consilio clvj. exordiente, Diligenter visis ⁊ consideratis testamento et codicillis ⁊c. et Oldra. consilio mihi. xxviij. exordiēte, Circa ius municipale sine consuetudine ⁊c. in. iiij. questio. ibi, in debito vero bonorum subsidio in quo tamen non dicit filium esse creditorem in legitima sed quasi creditorē. Et quod sit creditor videtur voluisse Alexand. de Imol. consilio. xlv. exordiente, Habita super his de quibus dubitari contingit ⁊c. colum. x. in primo volumine. † que si vera sint, videtur consequenter ꝙ Sali. adhereat huic secūde sententie, scilicet ꝙ filius non teneatur recipere eius legitimā in quātitate seu pecunia, sed possit illam petere in corporibus hereditarijs. Et ꝙ̄uis prima sententia habeat magnos defensores, ista tamen mihi videtur esse communior. † Cui propterea videtur esse inherendum et consulendo et iudicando. l. j. ibi, crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. l. j. ff. de senato. ⁊. l. athletas. §. j. ff. de his qui notā. infamia. c. in canonicis. distinctio. xix. et. c. de quib⁹. xx. distinctio. quod etiam voluerunt docto. communiter in. c. j. de constitu. et. c. prudentiam. in principio. de offic. delega. et in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. Et per hec patet responsio ad primum et secundum quesita, scilicet ꝙ nobilis Balthasar de castellana dicere potest se nolle habere legitimam in pecunia, sed eam velle habere in bonis ⁊ corporibus hereditarijs. Et hoc ꝭm opinionem magis communem. Et hoc nisi vel constitutio seu statutū patrie, vel consuetudo aliter disponeret, quia tunc secus esset.

† Ad tertium dico et respondeo ꝙ licet legitima debeatur filio in qualibet re hereditaria, non tamen potest heres compelli ad illam expediendam in qualibet re. l. ij. et quod ibi Jaco. rebuf. et docto. C. quā. et qui. quarta pars debe. libro decimo. quod etiam voluerunt Barto. et Jo. de Imol. in dicta. l. suus quoqꝫ. Pau. de castro ⁊ docto. in dicto. §. repletionem. Sed potest expediri in vna vel duabus aut pluribus rebus pro legitima sibi assignandis per heredem. Et si prefati do. Gaspardus heres et dominus Balthasar legatarius non conueniāt in hoc, istud debebit dirimi ⁊ terminari arbitrio boni viri. dicta. l. ij. quan. ⁊ qui. quarta pars debe. quod etiam voluerunt Barto. et Joan. de Imol. in dicta. l. suus. et docto. communiter in dicto. §. repletionem. Non enim erit electio dicti domini Balthasaris, vt videlicet legitimam huiusmodi sibi petere possit assignari in hac re, vel in his rebus, et forte melioribus, † sed debebit expectari arbitrium boni viri, hoc est iudicis, vt concludit Barto. Ange. et Joan. de Imol. post eum in. l. in quarta. ff. ad legem fal. et Barto. in dicta. l. suus. q. vlti. vbi etiā hoc voluit Jo. de Imol. † Et ꝙ̄uis

Cy. et Rayne. dixerint quod quia in legitima filius est creditor, habeat ipse filius potestatem eligendi legitimam in vna re. l. creditoris. ff. de distrac. pigno. hec tamen opinio non est communis, et contrarium tenet Joan. de Jmol. in dicta. l. in quartā. sequendo Bar. et plenius in dicta. l. suus quoque. in principio. et Bal. in allegata. l. scimus. §. repletionem. vbi referens dicta Cy. tandem non stat in eis, sed dicit quod assignatio legitime fieri debeat in re mediocri ad arbitrium boni viri. quod et plenius et prolixius declarauit idem Bal. in. l. filium quem habentem. colum. mihi. ix. versicu. vlterius queritur de tali questione: filius rogatus etc. C. famil. erciscun. vbi etiam respondet ad dictam. l. creditoris. que est fundamentum Cy. dicens, quod licet filius dicatur in legitima, non tamen est creditor pro legitima in vna re, sed in vnaquaque re pro certa rata. vt. l. si patronus. §. j. ff. de bo. liber. quod declarat Barto. in dicta. l. in quartā. colum. penulti. † Quo fit vt si velit in vna re detrahere integram legitimam vel supplementum, manifestum sit quod in illa re plus vult quam sibi debeatur, ergo iniuste facit. l. si nō sortē. §. si centum. ff. de condi. indebi. † Unde sicut debitor inuito creditore non pōt soluere aliud pro alio. l. ij. in principio. ff. si certum peta. Jta nec creditor potest accipere vnam rem pro alia, quia hoc esset vsurpare, quod sibi non debetur: et hec est intentio Bal. in dicta. l. filium quem. vt patet ex verbis eius. Sed in dicta. l. creditoris potest creditor eligere vnam rem, quia ex pluribus rebus habet quālibet obligatam insolidum, vt declarat glo. et post eam Bart. in. l. moschis. in principio. ff. de iur. fis. et probatur in. l. quam diu. C. de distrac. pigno. Non igitur sunt isti casus similes, et sic non procedit fundamētum Cy. quod etiam voluit Fran. de are. in dicto consilio. clvj. columna. xj. versic. preterea non licuit etc. Alex. de Jmol. in. l. marcellus. §. res que. colum. v. versi. quid autem in legitima etc. ff. ad trebel. Format questionem: an legitima possit deduci in vna re, et factis multis remissionibus ad multos super articulo huiusmodi scribētes, dicit eam esse super eo breuem conclusionem quod sit in arbitrio iudicis. arg. dicte. l. non amplius. §. si. et. l. sequē. ff. de lega. j. allegat etiam dictam. l. scimus. in principio. C. de inoffic. testa. et. l. ij. C. quan. et qui. quarta pars debe. Et presupposito citra preiudicium veritatis quod idem dominus Gaspardus posset eligere rem aliquā in qua legitimam haberet, non tamen esset eidem facienda assignatio in re meliori, sed in re mediocri, vt voluit Bal. in dicta. l. filium quem. colum. ix. versic. vlterius queritur. et in dicta. l. scimus. §. repletionem. et Sali. in dicta. l. filium quē. col. vij. ver. et sunt hec bene ponderanda, quia ex his infertur etc.

11, 12 (marginal numbers)

13 † Ad quartū dico et respōdeo breuiter et succincte quod expense seu sumptus de quibus in eis non possunt eidem do. Balthasari imputari in legitimam. pro id quod not. Cy. Albe. Bal. Pau. de ca. et Sali. in. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. testa.

14 † Ad quintum dico et respondeo quod licet glo. secuta opinionem Hostiē. et Gar. senserit in. c. decernimus. de sentē. excommuni. in. vj. quod excommunicatus testari non possit: tamē Joan. an. in dicto. c. decernimus. in nouel. tenuit contrarium. et idem consuluit Fede. consilio mihi. lxxiij. exordiente, Uetus querela et questio etc. et consilio. cxix. exordiente, Factum tale est. Rector Marchie anchonitane etc. vbi etiam refert Inno. ita tenere in. c. cum voluntate. de senten. excommuni. Jdem etiam tenuit Barto. in. l. si queramus. ff. de testa. vbi Fran. de are. etiam sequens hanc opinionem dicit eam esse communem, et quod pro ea est clarus casus in. c. felicis. in principio. iuncto versi. sit intestabilis. de pe. in. vj. vt nec testamenti liberam habeat factionem. quem tex. dupliciter inducit, vt ibi per eum.

Ad sextum non respondeo nec respondere possum, pro eo quia non vidi testamenta predecessorum.

Consilium. LXXIII.

De donatione facta per patrem filio et eius liberis matrimonij contemplatione, non comprehendēte dictos liberos, et de clausulis notariorum, et de suscepta dote ab auo imputanda in legitimam debitam in bonis paternis.

Summarium.

1 Donata per patrem filio et liberis ex eo postea procreandis fauore et contemplatione matrimonij an videātur acquisita liberis vel ipsi filio vt de eis non possit filius disponere. nu. 6. 8. 19.
2 Relicta alicui contemplatione alterius, cui videantur esse relicta.
3 Dispositio facta vni contemplatione alicuius, licet verba ad illū non dirigantur, an ei competat actio.
4 Donum factum per principem Florentinis legatis an acquirat erario Florentinorum, an solis legatis, et quando.
5 Remotum alicui de lucro cōtemplatione alterius an debeat applicari illi cuius contemplatione remouetur.
7 Uerba ad faciēdam omnimodam voluntatē, an liberā disponēdi voluntatem de rebus donatis importent.
9 Notariorum imperitia mundum destruit et hominum probitatem in discrimine ponit.
10 Jgnorantia notariorum testantium voluntates subuertit, dum quod scribunt ignorant simul quid verba papyrum denigrantia significent.
11 Notarij plura ponunt in instrumentis que potius sunt de consuetudine quam de partium voluntate.
12 Que verba in compromissis soleant poni ex capite notarij potius quam quod partes ita sibi committant.
13 Clausule per notarios in instrumento descripte in quibus non noceant.
14 Contemplatio non omnis in acquisitione sufficit, sed opus est quod illa sit pro causa proxima vel saltem remota et immediata.
15 Pater an teneatur filijs primi matrimonij plus relinquere quam secundi.
16 Jmperator interdum per distinctionem respondet.
17 Neptis donata ab auo paterno sibi post contractum matrimonium petere potest ab heredibus patris.
18 Filia renuntians cum iuramento bonis paternis et maternis an postea possit aliquid in illis petere. et nu. seq. et. 23.
20 Auus paternus constituens dotem nepti an videatur assignasse cōtemplatione filij, et an sit dos profectitia. et nu. seq.
21 Profectitium in dubio an censeatur quicquid ab auo nepoti vel nepti venit.
22 Neptis ab auo suscipiens dotem an teneatur illam imputare in legitimam sibi debitam in bonis paternis.
24 Renuntiatio bonorum paternorum habet tacitam conditionē, similimodo et promissio de quittando.
25 Conditionalis cōuentio per euentum cōditionis sumit effectum.
26 Legitima filijs relinquenda non in pecunia sed in substantia bonorum, quod fallit in Dalphinatu.

Viso casu mihi exhibito parte honorabilis viri Colini crescētis et dubijs ex casu huiusmodi elicitis, Dico et respondeo ad dubia huiusmodi put infra. Et primo ad primum videtur prima facie dicendum, † quod cum in contractu matrimonij dicti Colini crescentis et nobilis quondam mulieris Margarete seruientis, Joannes crescentis eiusdem Colini patris donauerit ipsi Colino fauore et contemplatione matrimonij huiusmodi, et liberorum ex eo postea procreandorum dimidiam partem bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium tunc et futurorum, videatur huiusmodi dimidia pars donata et acquisita, non quidem ipsi Colino, sed liberis ex illo matrimonio postea procreādis. per id quod habetur in. l. sed et si plures. §. in arrogato. et quod ibi docto. et. l. seruo legato. §. si testator. ff. de lega. primo. l. fideicōmissa. §. interdum. ff. de lega. tertio. l. filiofamilias. et quod ibi Pau. de castro. et moder. ff. de condit. et demon. l. si vero. versicu. itē quicquid. ff. solut. matrimo. l. cum aliquis. C. de iur. delibe. et. c. requiris. de testa. in quibus iuribus probatur, † quod ea que alicui relinquūtur contemplatione alterius, videntur illi alteri relinqui. quod etiam voluit Barto. in. l. ij. §. videndum. versicu. preterea quando vna dispositio etc. ff. ad tertulia. vbi dicit Barto. † quod quando vna dispositio fit cōtemplatione alicuius, quamuis verba expresse ad illū non dirigantur, tamen ei competit actio. pro quo allegat dictā. l. seruo legato. §. si testator. ff. de lega. primo. et allegatam. l. fideicōmissa. §. interdum. ff. de lega. tertio. Et idem et per illa iura consuluit Fran. de rampo. consilio suo exordiente, Circa secundum questitum etc. quod est ducētesimum octuagesimum sextum inter consilia Bald. in prima parte. Pro hoc videtur facere quod sentiunt docto. in dicta. l. sed et si plures. §. in arrogato. in. l. si vero. ver. item quicquid etc. l. qui proprio. §. procurator vt in ceteris. ff. de procurat. et cano. in. c. postulastis. de conces. preben. † in illa questione quam in locis illis communiter mouent et faciunt de dono facto per imperatorē Florentinis an ambasiatoribus, an videlicet donum huiusmodi fuerit acquisitum eisdem ambasiatoribus, et potuerit per eos retineri. An ve quesitū extiterit cōmuni Florētinorum per quod missi fuerant ad principem: in quo docto. videntur com

muniter sentire ꝙ si donum esset factuȝ contẽplatione cõmunis, illud esset cõmmuni acquisitum. Etiam facit ad premissa quod voluit Bart. in dicta. l. ij. §. videndum. ff. ad tertul. et Pau. de ca. consilio. cxxxiij. exordiente, Notandum est ꝙ ista imperialis con cessio ⁊c. qui sentiunt et dicunt ꝙ non solum eo casu quo aliquid conceditur seu donatur aut relinquitur alicui cõtemplatione alterius acquiritur illi alteri concessum seu donatum aut relictum huiusmodi, † sed etiam eo casu quo aliquis remouetur a lucro cõtemplatione alterius debet lucruȝ huiusmodi applicari illi alteri cuius contemplatione ille remouetur. Pro quo et Bart. ⁊ Pau. de castr. multa inducunt. Idem voluit Oldra. consilio mihi. cxcj. exordiente, Tota presens questio dimissis superuacuis narrationibus ⁊c. col. ij. versi. respondeꝫ ⁊ aliter ꝙ si domina Matthea ⁊c. Pro quo allegat. l. vltimã. in fi. ff. de litigio. et. l. diuus Vespasianus. §. vlti. ff. de iu. patro. ad quod faciunt. l. ij. §. si duo. ff. de colla. bono. l. post legatuȝ. §. amittere. ff. de his qui. vt indig. et. l. fi. C. de lega. Cuȝ igitur donatio predicta facta fuerit vt in ea legitur per dictum Joannem crescentis ipsi Colino eius filio fauore et contemplatione matrimonij, de quo supra, et liberorum ex illo ꝓcreãdorum videtur posse dici ⁊ concludi donationẽ huiusmodi fuisse factam quo ad iuris effectum dictis liberis, non prefato Colino. Quod si ita est, nõ videtur ꝙ idẽ Colinus possit de huiusmodi dimidia parte disponere, inuitis liberis dicti ꝑmi matrimonij. l. id quod nostrũ. ff. de regu. iu. et spãlius in. l. j. C. de bo. mater.

¶ † Sed his non obstantibus, q̃ vt reuera mihi videꝫ in hoc casu non obstãt. Puto posse dici contrariũ propter multa de quibus in instrumẽto matrimonij de quo supra, per que videtur prefatuȝ quondam Joannem crescentis donatorem voluisse donare ⁊ donasse dicto Colino eius filio, et ipsum Colinum donationem huiusmodi, non quidẽ tanꝙ factam liberis, sed tãꝙ sibi gratias impẽdisse et suo nomine fuisse stipulatuȝ, vt apparet in dicto instrumento: ibi, dedit ⁊ donauit, datq; et donat ⁊c. et post pauca dicto Colino crescentis eius filio spõso futuro ꝑsenti regratiãti ⁊ stipulanti nomine suo. Hoc etiam apparet in eodem instrumẽto ibi, faciens et constituens dictus Joannes crescentis donator dictuȝ Colinũ donatarium in ꝑdictis bonis supra donatis verum dñm certumq; et legitimum procuratorem vt in rem suam propriã sibi iusto et legitimo titulo acquisitam: que verba si calũniam nõ queramus, clarissima existunt: et per que clarissime apparet eundem Joannem voluisse donare et donasse dicto Colino eius filio et nõ liberis dicti Colini: a quorum verborum significatione ꝓpterea non est recedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. et. l. non aliter. cum suis simili. ff. de lega. iij. Hoc etiam apparet per ea que scribuntur in dicto instrumento. versi. ita tamen ⁊c. vbi dicitur. Ita tamen et taliter ꝙ dict⁹ Colinus possit ⁊ valeat vtiliter agere ⁊c. † Et post pauca, ꝑdictaq; bona donata habere/tenere/possidere, et de ipsis facere oĩmodam volũtatem. per que verba eidem Colino cõcessa est libera volũtas faciendi ⁊ disponendi de bonis donatis. ꝓ id qđ habetur in. l. cum quidẽ. ff. de lega. ij. et quod voluit Bar. in. l. alio. ff. de alimẽ. ⁊ ciba. lega. et post eum Alexand. de Imol. consilio. xl. exordiẽte, Circa primum de quo queritur ⁊c. col. xij. versi. scđm est ꝙ ꝓcedentia limitant ⁊c. in primo volumine. Et hec est potestas seu facultas que dñis in rebus suis competere cõsueuit. l. in re mãdata. C. manda. l. polla. C. de his qui. vt indig. l. dudum. C. de contrahen. empti. ⁊ rescin. vendi. et. c. de his. ad fi. de sepul. Preterea hoc etiam ꝓbatur per id quod habetur in dicto instrumẽto. versi. acto tamen retento et reseruato ⁊c. Et post pauca, ꝙ eo casu dicte filie nõ debeant nec possint hereditare supradicto Colino donatis, immo ⁊c. qui versi. facit in duobus ꝓ hoc dicto. Primo in eo ꝙ dicit supradicto Colino donatis: dicit enĩ Colino donatis, nõ liberis. Facit etiam et secundo in eo ꝙ dicit, ꝙ eo casu dicte filie nõ debeant nec possint hereditare sup bonis ⁊c. Per que apparet ꝙ nõ intendebat dictus Joannes donator ꝙ liberi dicti Colini ex matrimonio, de quo supra ꝓcreandi, haberẽt bona donata, nisi iure successionis et hereditario Colini patris a quo voluit filias repelli eo casu quo idem Colinus sine liberis masculis ab humanis decessisset sup̃stite Joãne donatore. † Et q̃uis verba fauore ⁊ cõtemplatione matrimonij ⁊ liberorum ⁊c. videantur multuȝ facere ꝓ dictis liberis et cõtra hunc Colinum, Ego tamen potius inhereo huic secunde parti ꝓpter motiua ⁊ rationes predictas, existimans notarium aut notarios qui instrumentũ de matrimonio ⁊ donatione ꝑdictis receperunt, nõ plene intellexisse quid significarent verba, fauore ⁊ contemplatione matrimonij et liberorum ⁊c. qđ sepe contingit, † et vt dicit Bal. cõsilio. v. exordiente, Viso testamento Bartholucij ⁊ institutione ⁊c. in secunda parte: imperitia notariorum destruit mundũ, et ponit cõscientias bonorum virorum in magno discrimine. Ange. vero eius germanus cõsilio. ccl. exordiẽte, Seigneur Symõ de regio ⁊c. dicit ꝙ † notariorũ imperitia voluntates testantium subuertit, quia ignari quid scribant, quid reuera testatores sentiant, et quid verba denigratiua papiri aut membranarũ significent et importent ⁊c. Bart. vero in. l. j. versicu. sexto quero. ad fi. ff. de iu. codi. † dicit ꝙ notarij plura ponũt in instrumento que potius sunt de cõsuetudine q̃ de partiũ volũtate. Ideȝ voluit Andre. barba. in sua solẽni repetitione. c. raynald⁹. l. charta. colũ. iij. versic. Item adde ibi, et ego pondero vnum ⁊c. de testa. vbi etiam allegat doctrinam Bal. in. l. quotiens. col. j. versi. pone enim ꝙ habens filium instituit eum heređ ⁊c. C. de heredi. institu. Anto. de butri. in repeti. c. quintauallis. de iureiurã. † vbi dicit ꝙ illa verba lata ⁊ pinguia, que apponuntur in cõpromissis ꝙ arbiter possit enormiter et enormissime ⁊ in magna et maxima q̃titate licere, potius apposita sunt ex capite notarij q̃ ꝙ partes ita sibi committãt. allegat ⁊ alia similia que ibi possunt videri. et consilio suo. xlij. exordiente, Illud in mediũ afferam, ꝙ bellissime scribitur apud Job. col. xj. vel circa. ver. ⁊ ideo non obstãt clausule renuntiationis. consilio. xlviij. exordiente, Illud afferaȝ in mediũ ꝙ Psalmista ꝑclarissimus ⁊c. colũ. ix. et consilio. lviij. exordiente, Clementissimi dei patris domini nostri Jesu Christi ⁊c. colum. x. in prima parte. † in quibus locis ponit multa similia in quibus non nocent clausule per notarios in instrumẽto descripte, vtpote ibi posite ex eorum consuetudine seu stilo, vel vt ita dixerim ex sua ceruice, et que aliquando per eos non intelligũtur. Et ita videtur fuisse in casu de quo queritur, attẽtis predictis, hoc est verbis clarissimis per me supra relatis, per que apparet ꝙ dictus Joannes donator donare voluerit ⁊ donauerit Colino filio nõ liberis ipsi⁹. Et ita non videtur notarius plene intellexisse quid importarent illa verba, fauore et contemplatione matrimonij et liberorum.

† Preterea non omnis contemplatio sufficit, sed opus est ꝙ illa sit causa proxima acquisitionis, vel saltem causa remota et immediata, vt declarat Barto. in. l. cum oportet. C. de bo. que libe. et in dicta. l. sed et si plures. §. in arrogato. vbi etiam Alexan. de Imol. de vulga. ⁊ pupil. quod non videtur fuisse hic. Ex quibus cõcludo sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, ꝙ nõ obstãte donatione de qua in casu potuit et potest idem Colinus testari et disponere de bonis suis, et que fuerint dicti quondam Joannis eius patris in fauorem filie ex eius secundo matrimonio ꝓcreate, nisi forte quis dicere voluerit ꝙ dictus Colinus non solum stipulatus extiterit ⁊ acceptauerit suo nomine donationem sibi factã, sed etiam noĩe suorũ. Sed istud non obstat, etiã si illã acceptasset suo nomine et liberorum ex illo matrimonio ꝓcreandorum, et sic facta expressa mentione de liberis, quia sic cẽseretur stipulatus, et acceptasse suo nomine et liberorum heredum, hoc est eorum que essent heredes. † Nec opponat aliquis ꝙ idem Colinus nõ possit plus relinquere huic filie ex secundo matrimonio suscepte q̃ duabus susceptis ex primo matrimonio. per id quod videtur voluisse Fran. de albergo. in quodam suo consilio exordiente, Mihi videꝫ ꝙ dictus. B. ⁊c. quod est inter consilia Pau. de cast. cclxxvij. Joã. de ligna. consilio exordiente, In Christi nomine Amen. vnum est supponenduȝ, aliud discutiendũ ⁊c. qđ inter dicta consilia Pau. est. cclxxix. et Richar. de sali. consilio exordiẽte, Preclarissimi patris dñi mei ⁊c. quod inter eadem consilia est. cclxxj. Quorum opinioni in parte accedit Pau. de cast. cõsilio. lxxiij. exordiente, Viso casu et allegationibus suprascriptis satis iustuȝ ⁊ rationabile ⁊c. Cum quia vt apparet ex tenore casus super quo prefati docto. cõsuluerũt, ille est diuersus a casu de quo queritur. Cum ⁊ q; prefati docto. videntur consuluisse contra casum legis. in aut. de nupt. in §. illud quoq; super hoc adijcere legi ⁊c. ibi, hanc itaq; partem ⁊c. colla. iiij. quod etiam voluit Bal. consilio exordiente, Viso puncto et instrumento predicto. quod inter consilia Pau. de castr. est cclxviij. et consilio exordiente, Ego Bal. de perusio vtriusq; iuris doctor ⁊c. quod inter eadem consilia est. cclxx. Et idem Bal. consilio. cclxxxviij. exordiente, Quedam domina Nicolina. in quarta parte. Et q̃uis idem Colinus posset reseruata legitima dictaruȝ filiarum ex primo matrimonio susceptarum relinquere residuuȝ: ego tamen consulo ꝙ ipse plus illis relinquat: sunt enim filie sue vel de liberis suis viuentibus, et filij alterius filij iam defuncti.

¶ Ad secundum quesitum dico et respondeo, ꝙ in vim donationis de qua supra, nullum ius quesitum fuit Claudie ⁊ Catherine filiabus susceptis ex primo matrimonio, quia vt dixi illa dimidia pars fuit reuera donata Colino non eius liberis.

Ad tertiũ dico et respondeo ꝙ hic sub paucis verbis queriꝫ de multis, scȝ de bonis auitis maternis ⁊ p̃nis. † ꝓpter qđ respõdendũ est cũ distinctiõe, put fecisse legiꝫ impator in. l. ꝑcibus. C. de impube. ⁊ alijs substitu. Dico igiꝫ ꝙ ex narratis non videꝫ ꝙ p̃fate Claudia ⁊ Catherina potuerint aut possint aliq̃d petere in bonis p̃fati Joãnis earũ quõdã aui, et quidẽ nõ in vim donationis, de qua supra, q; vt ꝑdixi illa facta est Colino earũ p̃ri, nõ ip̃is Claudie ⁊ Catherie, nõ etiã tanꝙ neptes eiusdem

eiusdē quōdā Joānis: q̄r cū tpe mortis illi⁹ superesset Colinus ei⁹ filius ⁊ earūdē Claudie ⁊ Catherine pater, ad ipz Colinū deuoluta est vniuersalis successio dicti Joannis crescentis repulsis p̄fatis Catherina ⁊ Claudia. auẗ. in successione. C. de suis ⁊ legi. libe. auẗ. de heredi. ab intestato. §. j. colla. ix. et. l. ij. C. de suis et legi. heredi.

17 †Fateor φ si idē Joānes aliqd vel donasset vel reliqsset p̄fatis Catherine ⁊ Claudie post contractuz per eas matrimonia cū honorabilibus viris Jacobi et Francisci de pla. ipse possent illud petere, per id quod in simili ponit Bald. in. l. cum archimedoraz. C. vt in in possess. lega. ⁊ in. l. pactum. C. de pac. Richar. de sali. ⁊ Bartho. eius nepos in. l. pactum. C. de pac. Joan. de imol. Roma. et doctores in. l. qui superstitis. ff. de acquir. heredi. Alexan. de imol. in. l. stipulatio hoc modo cōcepta. colum. iiij. vel circa. ff. de verborum obliga. et Petrus de ancharano. consilio. ccvj. colum. x. ver. quinto ⁊ vltimo. Pro quoruz dicto bene facit. c. cū inter. P. de renuntia. Et hec quo ad bona auita. Quo vero ad bona materna videtur quod si mater haruz Claudie ⁊ Catherine ab humanis decesserit superstitibus eisdem filiabus, ille nihil petere potuerint

18 in bonis eiusdem matris. † Et hoc propter iuramentum per easdem p̄stitum tempore cōtractorum matrimonioruz, de quibus supra, et per quod conuenerūt et transegerunt quittare ⁊ remittere ⁊c. per id quod voluit Baldus in. l. pactum. versi. decimooctauo queritur ⁊c. C. de colla. ad quod facit quod voluit Paul. de ca. consi. xlij. exordiente, Tria que faciūt pro domino Guillielmo ⁊c. ver. preterea posito ⁊c. Quo vero ad bona dicti Colini crescentis patris p̄fatarū Claudie ⁊ Catherine. Dico in primis quod p̄fata Claudia adhuc viuens non videtur pro nūc vel imposterum

19 posse aliquid petere in ⁊ super bonis dicti colini eius patris. †Et quidem non in vim donationis de qua supra, quia vt p̄dixi illa facta est Colino eius patri non sibi. Nō etiam in vim legitime vel pro legitima sibi debita in bonis paternis. Tum quia tam pro ea quam alijs iuribus eidem Claudie competentibus aut competere valentibus tam in bonis Colini φ alijs, de quibus illi fuerūt floreni quadringenti in dotem, pro dote, ac nomine ⁊ ex causa dotis eiusdem Claudie constituti dicto Jacobo de platea, ipsaq; conuenit promisit et iurauit quittare et remittere ⁊c. ⁊ sic non potest contrauenire. d. c. q̄uis pactū. de pac. in. vj. et per id quod ponit Bald. in dicta. l. pactū. versi. decimooctauo queritur. C. de col

20 la. †Tum et quia dicti quadringenti floreni pro ea cōstituti ⁊ assignati in dotem per dictuz Joannē crescentis eius auum paternū videntur fuisse assignati contemplatione dicti Colini eius filij et patris huius Claudie. l. dedit dotem. ⁊ quod ibi Barto. ff. de colla. bono. et quod voluit Barto. in auẗ. ex testamento. C. de secundis nuptijs. Ang. cōsi. lxxv. exordiente, Joannes philippi suū cōdidit testamētum ⁊c. ⁊ Paul. de cast. consil. cccxxxviij. exordiente,

21 Presens casus modicam dubitationem habere videtur ⁊c. †Qui omnes vidētur sentire φ in dubio illud quod obuenit nepoti vel nepti ab auo videatur profectitium respectu patris hui⁹ nepotis seu neptis. Et sic perinde est ac si idē Colin⁹ dictos florenos quadringentos pro dicta Claudia cōstituisset. dicta. l. sed et si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. et pupil. Tum et quia esto φ in dubio potius censeri deberet esse aduētitium id quod ab auo nepoti vel nepti obuenit, hoc tamen non procederet in hoc casu in quo satis apparet ex inspectione verborum constitutionis ⁊ assignationis factarum per dictum Joannem crescētis, φ ipse illas fecit ad eos fines vt a constitutione dotis dicte Claudie Colinum suū filium releuaret, quo casu nullus dubitat quin dos cēseatur profectitia, et perinde habeatur ac si esset a patre p̄fecta per ea que habenẗ in dicta. l. dedit dotem. et quod eleganter voluit Ange. in dicto consilio. lxxv. quod etiam colligitur ex his que not. Alexā. de imol. in dicta. l. sed et si plures. §. in arrogato. et in. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acqui. heredi. et Alexan. de imol. in. d. l. in quartam. col. mihi. xix. ver. querit etiam Ang. hic. Et per hec patet respōsio ad id quod not. glo. ⁊ quidam doc. in. l. quesitum. in principio. ff. de lega. j. ad que ⁊ alia in casu magis dubio videtur eleganter respōdere Ange. in dicto cōsil. lxxv. Et his suppositis pro veris videtur di

22 cendum† φ etiam si essemus in casu in quo dicta Claudia nō conuenisset, promisisset ⁊ iurasset remittere ⁊ quittare ⁊c. ipsa tamē teneret imputare hanc dotem in legitimam sibi debitam in bonis paternis, per id quod voluit Ange. in dicta. l. in quartam. ad fi. dicit enim quod licet eo casu quo auus paternus dotauit neptē contemplatione ipsius neptis, ⁊ hoc constat liquide vel per vehementia indicia, neptis non teneaẗ dotem per auum paternum constitutam imputare in legitimam in bonis paternis sibi debitam. l. auus. ff. de iu. do. et. l. sancimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. tamen si dotauit neptem contemplatione filij sui ipsius aui et patris huius neptis vel dubitatur an contemplatione ipsius filij vel neptis eandem dotauerit, tunc in his casibus tenetur et debet neptis sibi dotem imputare in legitimam sibi debitam in bonis paternis. Et quidem hoc certum est quando ipsam neptem dotauit contemplatione filij, et de hoc constat, per id quod habetur in dicta. l. sed et si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. ⁊ pupilla. cum suis simili. Et idē vbi sumus in dubio: quia tūc perinde est ac si cōtemplatione filij eā dotasset. dicta. l. dedit dotez. et quod ibi Jacobus de are. et Bart. ff. de colla. bono. Debet ergo etiam in isto casu neptis dotem imputare in legitimā. dicto. §. in arrogato. Pro hac opinione refert Alexander de imol. in dicto. §. in arrogato. se al's consuluisse in causa quorūdam nobilium ibi per eum nominatorum, contra id quod visus est sensisse Bartolus et Paulus de castro in. l. cum oportet. in principio. C. de bo. que liberis. Et q̄uis idem Alexander dicat in dicto. §. in arrogato. se pro tunc dubitationem huiusmodi non discutere pro eo quia dictum eius cōsiliū reperire non poterat, ipse tamen eam plene discussit in dicta. l. in quartam. colum. xix. versi. querit etiam Angelus hic. ibi, sequēdo opinionem Ange. multa inducit et multos refert super quorum transcriptione nō insisto. Cum igitur in casu nostro p̄fata Claudia dotata extiterit per dictum Joannem eius auum contemplatione dicti Colini, dicti aui filij vt superius dixi, vel saltem non appareat quod illa dotata extiterit cōtemplatiōe suip̄sius neptis, et sic sumus in dubio. Palam infertur dictam Claudiam debere hanc dotem sibi imputare in legitimam debitam in bonis paternis, perinde ac si Colinus pater illā constituisset. Fateor vt p̄dixi quod Bartolus et Paulus de castro videntur sensisse contrariuz in dicta. l. cum oportet, dum ibi allegant dictam. l. sancimus. §. repletionem. sed Paulus ipse consuluit pro alia parte dicto cōsilio. cxx. exordiēte, Si dicta cornelia ⁊c. Et hec opinio videtur mihi verior sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Quo vero ad liberos p̄fate Catherine est maior difficultas: quia etiam si in casu de quo queritur fuisset dos vere constituta per Colinum auum horum liberorum, et pro p̄fata Catherina eorum matre, esset magna difficultas an illam imputare tenerentur in legitimam eis debitaz in bonis Colini aui materni dictorum liberorū: super quo articulo varij varia scripserūt. Uerum quia eadem Catherina sub p̄sentia p̄fati Joannis crescentis constituentis, et vt puto Colini stipulata est dotem sibi reddi vel suis heredibus, videtur quod cum dicti eius liberi habeant istam dotem vt heredes matris non in vim cōsuetudinis de qua in. l. dos a patre profecta. C. soluto matrimonio. non teneātur ipsi liberi ijdemq; nepotes dicti Colini sibi hāc dotem imputare in eorum legitimam, per id quod voluit Barto. in. l. post dotem. colum. penultima vel vltima. ff. soluto matrimonio. et Alexander de imol. in. l. illam. colum. viij. versi. vltimo tangit Bald. ibi, nisi auus esset expresse vel tacite ⁊c. C. de colla. et consilio. xxiiij. exordiente, Uisis dubijs probabiliter lectis. vbi etiam multos refert pro hac parte consuluisse in primo volumi. pro hac parte etiam consuluit Paulus de castro. consilio. cxxiiij. exordiēte, Dubia de quibus queritur ⁊c. colum. ij. versicu. super secundo quo queritur ⁊c. et Rapha. cuma. consilio. x. exordiente, In ciuitate Laude factuz tale est ⁊c. hanc partem etiam sequutus est Alex. de imol. in. d. l. in quartam. col. xviij. ff. ad leg. falc. et per hoc patet responsio ad tertium et quintum quesita.

Ad quartum dico et respondeo quod p̄fatus Franciscus de platea et Catherina adhuc viuens vidētur posse cogi ad quittationem de qua ibi, et hoc in vim conuentionis, promissionis et iuramenti: quod cum possit seruari sine dispendio salutis eterne seruandum est. c. cum cōtingat. de iureiuran. et. c. q̄uis pactum. cum suis simili. de pac. in. vj. Quo vero ad Jacobum et liberos Claudie vita fūncte, dico quo ad quittationem faciendam de bonis p̄fati quondam Joannis quod illa non videtur mihi multum necessaria, vt patet ex p̄dictis.

23 †Quo vero ad bona materna credo quod ipsi iuxta cōuētionem, promissionem et iuramentum ante dictas conueniri possunt dictus videlicet Jacobus ex sua persona, ⁊ p̄fati liberi tanq̄ heredes matris. Quo vero ad bona dicti Colini horum liberoruz aui materni, credo quod conueniri non possint: quia illa promissio facta de quittando ⁊c. videtur habuisse tacitam conditionem, scilicet si paterna hereditas eidem Claudie deferreẗ, per id quod not. doctores, maxime Joan. de imol. ⁊ post eum moderni in. l. que dotis. ff. soluto matrimonio. vbi not. quod si filia renuntiauerit bonis paternis etiā cum iuramēto, renūtiatio hm̄oi q̄uis sit valida quo ad repulsionem matris, si tamen illam contingat decedere ante patrem nō nocebit liberis eisdēq; nepotibus, pro eo quia habet tacitam conditionem si hereditas ipsi filie renuntianti deferatur. Hoc etiam voluit Alexan. de imol. in. l. si pactum. colum. iij. versic. extra glo. C. de colla, vbi pro hoc multa inducit que possunt

24 ibi videri. †Et quemadmodum renuntiatio bonorum paternorum

habet tacitam conditionem si hereditas etc. ita puto quod eam habeat promissio de quittando ne videamur dicere quod plus nocere debeat promissio de renuntiando quam renuntiatio facta etiam cum iuramento, quod videretur absurdum. Dicta vero conditio defecit pro eo quia viuente dicto Colino mortua est Claudia eius filia, et sic sibi non est delata nec deferri potuit hereditas dicti Colini in solidum aut pro parte, non ergo possunt dicti Franciscus et liberi conueniri ad quittandum, 25 † quia conditionalis conuentio per euentum conditionis effectum sumit. l. cedere diem. ff. de verborum significationi. l. pecuniam. ff. si certum petatur. et l. qui heredi. §. fi. ff. de condi. et demonstra.

Pro responsione ad vltimum quesitum premitto quod cum idem Colinus habeat duas filias, scilicet prefatam Catherinam ex primo matrimonio et vnam ex secundo matrimonio. Habeat insuper nepotes ex dicta quondam Claudia de quibus dixi quod potuerunt petere legitimam in bonis eiusdem Colini eorum aui materni: legitima omnium istorum nepotum est tertia pars trientis hoc est nona pars bonorum dicti Colini: vt verbigratia, si dicamus quod detractis ere alieno et funeris impensa bona Colini valeant tempore mortis ipsius noningentis seu nongentum florenis, legitima dictorum nepotum erunt centum floreni quam petere poterunt isti nepotes, non obstante promissione de quittando. 26 † Poterit ergo ipse Colinus istis nepotibus relinquere hanc legitimam iure institutionis, et deberet eam relinquere de iure non in pecunia sed in substantia bonorum. vt not. Bar. et doc. in. l. suus. in principio. ff. de libe. insti. et docto. in. d. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. quamuis vt puto in Dalphinatu seruetur contrarium, vbi legitima vt plurimum relinquitur feminis in pecunia. Consulo quod vltra et preter legitimam relinquat idem Colinus dictis liberis aliquid honestum de quo sibi videbitur. Etiam quamuis dixerim superius quod Catherina tenetur imputare in eius legitimam dotem de qua supra. Consulo tamen quod idem Colinus aliquid honestum iure institutionis relinquat eidem Catherine, que filia est, eo maxime quia forte successit matri pro media parte a qua successione repellitur propter conuentionem, et ideo in hoc debet animaduertere pater ne eam grauet: et poterit in testamento eandem Catherinam instituere heredem particularem in dicta dote, et in eo quod sibi vltra illam relinquet, et adiicere quod ipsa nihil vltra petere possit in bonis suis aut maternis. Et quia viuo ipso Colino posset mori dicta Catherina, laudo et consulo quod ipse aliquid relinquat eius liberis iure institutionis. Et idem dico de liberis liberorum dicte Claudie: quia alias testamentum rumperetur si contingeret eandem Catherinam vel aliquam ex filiis dicte quondam Claudie decedere superstitibus liberis, et Colino.

Consilium. LXXIIII.

De nominibus debitorum et iuribus que continentur sub donatione omnium bonorum positorum in loco.

Summarium.

1 Iura et actiones tanquam quippiam incorporale an videantur contineri sub donatione omnium bonorum positorum in loco. nume. 4. 5. et. 8.
2 Mobilium et immobilium appellatione, an veniant iura, et actiones.
3 Donans quod parisiis habebat, an videatur comprehendisse personales actiones.
5 Nomina debitorum an et quando censeantur esse de bonis illius loci in quo contractus est celebratus. nu. 9.
6 Actiones coherere dicuntur persone creditoris et illam concomitari.
7 Actiones date ad quid mobile iudicantur prout res mobiles.
10 Interpretatio largissime facienda est pro donatario in contractu donationis.

Ponitur in facto quod pridem Anno domini, videlicet. M. cccclxxxviij. nobilis et honorabilis vir Franciscus piconis loci Cristearnaudi dedit et donauit donatione pura mera et irreuocabili que fit et fieri dicitur inter viuos nobili Joanni piconis eius filio naturali et legitimo emancipato tunc presenti stipulanti et recipienti sub quibusdam tamen pactis et reseruationibus omnia vniuersa et singula sua ipsius nobilis Francisci donatoris bona mobilia et imobilia, omnesque et singulas res iura actiones et requisitiones quas et que pro tunc habebat in patria comitatuum Valentinensis et Diensis, vbicunque infra comitatus huiusmodi essent et qualiacunque quantacunque et quocunque noie seu vocabulo valerent nuncupari et exprimi: et siue bona res et iura huiusmodi consisterent in domibus/ casalibus/ grangiis/ terris cultis vel incultis/ pratis/ vineis/ nemoribus/ virgultis/ aquagiis/ piscariis/ deuesiis/ directis dominiis/ seignoriis/ censibus/ pensionibus/ feldrio/ domus/ vtensilibus/ ac garnimentis/ debitis/ creditis/ aut aliis rebus et iuribus cum pacto et iuramento de non reuocando etc. et seruata solennitate requisita secundum dispositionem statuti Dalphinalis. Vbi aduertendum est quod tempore donationis huiusmodi et ante eam dictus nobilis Franciscus donator erat et fuerat incola oppidi seu castri Cristearnaudi existentis in et de comitatu Valentinensi. Quodque inibi contraxerat cum multis et variis eius debitoribus forensibus/ et extra dictos comitatus Valentinensem et Diensem domiciliatis, et eorum residentiam facientibus.

Quesitum est an noia istorum debitorum censeri debeant donata extitisse dicto nobili Joanni vt sic ea tanquam donatarius exigere valeat a predictis debitoribus. Ad quod videtur dicendum quod non: quia vt apparet ex verbis donationis huiusmodi dictus nobilis Franciscus dedit et donauit bona que habebat in predicta patria comitatuum Valentinensis et Diensis, vbicunque infra dictum comitatum essent. 1 † Per que verba videntur significari bona posita in loco, iura vero et actiones seu nomina non sunt in loco: quia sunt incorporalia, et sic non videntur contineri sub donatione predicta. Pro quo videtur posse adduci doctrina Barto. quam ipse ponit in. l. potest pupillus. ff. de autori. tuto. 2 † Vbi dicit quod ideo appellatione mobilium et immobilium non veniunt iura et actiones: quia isti termini mobile et immobile significant rem que est in loco, sed nomen debitoris et actio non est in loco, et ideo non comprehenditur sub mobilibus vel immobilibus, que ratio et decisio similiter videtur decidere casum nostrum. Quia sicut ibi illa verba mobilia et immobilia dicuntur per determinationem ad locum, ita et ista verba que pro presenti habet in patria comitatuum Valentinensis et Diensis vbicunque infra dictos comitatus Valentinensem et Diensem sint, dicuntur per determinationem ad locum. Etiam pro hoc facit quod voluit Bald. in. l. j. ff. de sta. homi. 3 † Vbi dicit quod si dono tibi id quod habeo Parisiis, actiones personales non continentur: quia locus non circumscribit illa incorporalissima. Pro quo allegat. l. gayus. in princi. ff. de lega. ij. l. fi. C. de prescrip. longi tempo. et l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. Etiam facit. l. vxorem. §. legauerat. et quod ibi Bar. ff. de lega. iij. 4 † Vbi probari videtur quod appellatione omnium eorum que sunt in loco, non veniunt iura et nomina debitorum, sed in casu nostro fuerunt donata ea que erant in loco, hoc est in patria dictorum comitatuum et infra limites eorundem, ergo non videntur fuisse donata iura et nomina.

5 † Sed forte sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis videtur dici posse contrarium in hoc casu ratione contractuum per ipsum dominum Franciscum cum dictis suis debitoribus initorum in predicta patria, et infra dictos limites: quia noia censentur esse de bonis illius loci in quo contractus eorundem celebrati extiterunt. l. titium et meuium. §. tutoris. ff. de administra. tuto. quod videtur voluisse Alexan. de imol. consi. xvj. exordiente, Viso titulo questionis premisse etc. col. iij. versi. venio ad secundum dubium etc. in primo volu. quod maxime videtur procedere, vbi solutio predictorum noium collata fuisset, hoc est fieri debuisset infra dictos comitatus. 6 l. quero. ff. de solu. ad quod facit, † quia actiones dicuntur coherere persone creditoris, et illam concomitari. l. quis ergo casus. ff. de pecu. et l. iij. et quod ibi not. ff. pro so. 7 Pro premissis facit, † quia quando actiones dantur ad quid mobile, indicatur de eis prout de re mobili vt not. glos. in auten. de non alienan. §. illo. et quod ibi Angel. colla. ij. et quod not. Dy. et Barto. in dicta. l. potest. ff. de autorita. tuto. glo. et Barto. in. l. j. C. si aduer. transac. Bartol. in. l. monentium. ff. de verbo. significatio. Joan. and. in addi. Specu. titu. de fructi. et interesse. §. j. versi. sed quid si debeo. Angel. et moderni. in. l. j. §. 8 fuit quesitum. ff. ad trebel. † Ergo sicut dicimus quod res mobiles censentur esse de territorio illius loci in quo site sunt, ita videtur dicendum de actionibus que dantur ad res mobiles, quod etiam firmauit Lapus allegatione mihi. xcj. exordiente, In noie domini amen. Casus est talis, vz quidam Nicolaus etc. in fi. de qua facit mentionem Roma. in. l. si constante. §. fina. ff. soluto matrimonio. concludit enim Lap. quod si in variis locis defunctus haberet bona, et in quolibet

locorum

locorum huiusmodi varia sit consuetudo et queratur de quo loco iudicentur esse nomina debitorum: debet dici quod ad illum locum pertinent, vbi exactio de iure ⁊ de facto fieri potest. Nam intelligũtur esse de loco vbi est collata solutio si ibi reperiatur debitor. Pro quo allegat. l. ex facto. §. rerum. ff. de heredi. institu. et. l. quero. superius allegatam. nec obstat sm Lap. † ꝙ nomina debitorum non sint in loco, sed videantur esse vbiq; dicta. l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. l. fina. C. de prescrip. longi tempo. et. l. gayus. in principio. ff. de lega. ij. quia respondet Lap. quod illud verum est circunscriptiue, sed per effectum exactionis sunt in loco, vnde secũdũ eum debitum mercatorum Florẽtinorũ in Italia contractum ⁊ soluendum in Italia, annumeratur bonis Italicis. Cõtractum vero exsoluendum in Anglia, annumeratur bonis Anglicanis. Et hoc etiaʒ videtur sequi Alexan. de imol. in dicto consi. xvj. ad fi. † Pro premissis facit: qua hic loquimur in cõtractu donatiõis in qua pro donatario faciẽda est largissima interpretatio. c. cum dilecti. et quod ibi doctores. de dona.

Consilium. LXXV.

De seruitute pecoris pascendi non concessa illi qui propter pestem mutauit domicilium animo redeundi.

Summarium.

1 Habitare in aliquo loco quando quis dicaẽ, et ibi habere domicilium. nu. 6. ⁊. 8.
2 Donans omnes domos suas quas inhabitabat an videatur intellexisse de domo in qua propter pestem fugiens tũc habitabat.
3 Habito est verbum frequentatiuum.
4 Habitationem non faciunt singula momenta, sed animi residẽtia.
5 Multa ex animo estimantur.
7 Incola alicuius loci anteq̃ quis dicatur quid requiratur.
9 Seruitus pecoris pascendi quando dicatur esse seruitus realis et predialis.
10 Ius pascendi pecoris causa particularis commodi in loco in quo ager non possidetur an transire possit in emptorem.
11 Obligationes personales an transeant ad heredem et singulareʒ successorem.
12 Pascuis quomodo vtendum. nu. 15.
13 Ciues quantum ad pascuorum commoditatem socij existimanẽ, in quibus vnus alium supplantare non debet.
14 Seruitus aque inter plures qualiter diuidatur.

1 Quis† dicitur proprie habitare in loco, qui inibi cum sua familia ac focũ, ⁊ alia ibi facit que facere solent habitatores. l. ij. C. vbi senato. vel cla. l. cũ scimus. C. de agrico. ⁊ censi. et. l. mulieri. ff. qui. mo. vsufruc. amitti. ⁊ voluit Bal. consi. lxj. exordiẽte, Statutũ ciuitatis ⁊c. dicit etiam idem Bal. in. l. j. col. j. vel circa. versi. sed pone. ff. de sta. homi. quod ad hoc vt quis dicatur habitare in aliquo loco, non sufficit ꝙ ibi sit raro vel momentanea habitatione: ⁊ idem sentit si non sit ibi habitatione momentanea, dũtamen animuʒ habeat redeundi ad alium locum, ⁊ inibi residentiam fa-
2 ciendi. † Et hinc decidit ibi Bal. quod si aliquis propter pestẽ vigentem in ciuitate cõfugerit ad comitatum, ⁊ forte ad aliquã sui ipsius confugientis domum existẽtem in comitatu, et deinde inibi existẽs donauerit omnes domos quas inhabitabat, non cõprehendetur domus in qua tunc existebat vel ad quam propter pestẽ cõfugerat. Pro quo allegat Bal. l. j. §. habitare. ff. de his q deiece-
3 rũt vel effuderũt. † Nã vt aiũt grãmatici, verbũ habito, est frequẽtatiuum, et ideo de rara habitatione et momentanea non est in-
4 telligenduʒ. † Non enim singula momenta habitationẽ faciunt, sed animi residentia. argu. l. si quis ita legauerit dum vxor mea. ff.
5 de conditioni. et demonstrationi. † Et nimirum si nõnulla ex animo estimantur. l. nihil. ff. de capti. l. debitor. ff. de pigno. et. l. ex facto. la. ij. §. rerum autem. et quod ibi doctores. ff. de heredi. insti-
6 tuen. † Et intelligo hec procedere etiaʒ si ille confugiens ad comitatum confugisset cum vxore ⁊ familia, et focum fecisset in domo inibi existẽte. Et hoc operatur voluntas seu animus in breui, hoc est peste cessante recedendi, ⁊ a comitatu et dicta domo, et redeundi ad ciuitatem. Etiam ad hoc vt quis dicatur habitare in aliquo loco opus est ꝙ ipse inibi habitet maiore parte anni, per id quod habetur in. l. cum de lanionis. §. sabinus. et quod ibi Bartolus. ff. de fun. instruc. et instru. lega. Quo fit vt si nobilis vir Petrus de Herbesio nõ se ꝯtulerit ad locum Castrinouiuallis Oze. et inibi resideat cum vxore et familia, et focum faciat vt faciunt alij habitatores, et pro maiore parte anni dici non possit vel debeat habitator eiusdem loci. Et sic tanq̃ habitator eiusdẽ castri sua animalia immittere, tenere et depascere non valeat in valle de Oza.

Nec etiã videtur posse pretẽdere ꝙ tanq̃ incola dicte vallis seu in illa domiciliatus possit eius animalia in dicta valle immittere, tenere ⁊ depascere: quia idẽ nobilis Petrus dicitur non esse incola dicte vallis seu in ea domici-
7 liatus. † Ad hoc eñ quod quis dicatur incola alicuius ciuitatis, oppidi seu loci vel ibi domiciliatus, opus est ꝙ alterum triũ interueniat. Primum est ꝙ ibi foueat larem, hoc est ꝙ ibi se ⁊ suam familiam alat, ⁊ quod ibi continue negotietur. Secundũ p translationem maioris partis fortunarum suarum. Tertium per temporis diuturnitatem, hoc est cum decem annis steterit aliquis in aliqua ciuitate, oppido seu castro sm Jaco. rebuf. qui ita not. i. l. ciues. C. de incolis. lib. xj. Pro quibus allegat per ordinẽ. l. labeo. ff. ad municipa. dictam. l. ciues. ⁊. l. sed ⁊ si susceperit. §. j. ff. de iudi. et. l. ij. C. vbi sena. et clari. Idem autem nobilis Petrus dici nõ potest domicilium constituisse primo aut tertio modis vt clarum est postq̃ supponiẽ eũ nec habitare nec habitasse in dicta valle. Non
8 etiam videẽ ibi cõstituisse scdo mõ domiciliũ, † nisi in illo Castronouo, ⁊ iuribus illius per eũ acquisitis consisteret maior pars suarum fortunarum hoc est bonorum suoruʒ, quod in dubio presumitur nisi parte vniuersitatum dicte vallis probetur contrarium vt voluit Bar. in. l. de iure. ff. ad municipa. et post eum Joan. de pla. in. d. l. ciues. col. penulti. ⁊ Bald. consi. lvij. exordiente, Factum tale est pro parte hominum Castri ⁊c. col. j. versi. sciendum est qd vbi quis habet maiorem partem. in secũda parte. Et ideo expedit prefatis vniuersitatibus articulare de valore castri, et aliorum per eũ acquisitorum. Insuper ⁊ de valore aliorum bonorũ eiusdẽ de Herbesio vt sic appareat eum nõ habere maiorem partem fortunaruʒ suarum in dicta valle. Et si ita appareat non videtur ꝙ tanq̃ incola vel domiciliatus in dicta valle possit in ea dicta eius anima-
9 lia tenere ⁊ depascere. † Nisi forte quis dicere vellet ꝙ seruitus pecoris pascendi est seruitus realis et predialis, que vcʒ debetur per prediũ predio. l. j. §. in predijs. ff. de seruitu. rustico. predi. ⁊. §. inter rusticorum. institu. de seruitu. quod si ita est, videtur qd dictus de Herbesio tanq̃ dominus Castrinoui, cui seu predijs illius territorij debeẽ hec seruitus pecoris pascẽdi potest sua animalia immittere, tenere ⁊ depascere in dicta valle, put alij habẽtes bona ⁊ habitãtes in dicto loco Castrinoui. Sʒ ad istud rñdeo et dico ꝙ hec ratio pcederet si istud ius pecoris pascẽdi i alijs locis dicte vallis debereẽ cã agroꝝ existẽtiũ in loco vel territorio Castrinoui: vt verbigratia, si tenerenẽ pecora per illos de Castronouo p stercoratio-
10 ne seu impiguatione agroꝝ suoꝝ. † Sed si habenẽ ⁊ nutriunẽ aĩalia forte p habẽdis lanis, p habẽdis ⁊ vẽdẽdis capriolis seu hedis ⁊ mutonibus, vel si habenẽ vel nutriunẽ per eũ q nõ habet ibi agrũ, tũc nõ videreẽ ius pecoris pascẽdi esse seruitus realis ⁊ predialis, sed est quoddã ius personale qd nõ trãsit in emptorẽ, per id qd voluit Bartho. cepol. in suo tracta. seruitu. ti. de serui. iu. pascẽ. i princi. Pro quo allegat. l. si quis vnas edes. ⁊ qd ibi glo. ff. de vsufruct. l. pecoris. ⁊ qd ibi glo. ⁊ docto. ⁊. l. vt primũ. ff. de seruitu. allegat et alia multa Cepol. in dicto loco. Pro quo dicto etiã multa scribit in princ. sui operis. de seruitu. sub rubri. de seruitu. rea. ⁊ signanter col. iij. ver. sʒ dubiũ est lucrũ ⁊c. vsq; ad fi. tituli. Et inter alia sentit
11 idẽ Cepol. sub dicta rubrica colum. fina. † quod si non sit seruitus realis et predialis, sed obligatio personalis, non transit ad heredem nec ad singularem successorẽ. Pro primo allegat. l. apud iulianum. §. si quis alicui. ff. de lega. j. et. l. mella. §. fi. ff. de alimen. ⁊ ciba. lega. Pro secundo allegat. l. gayus. ff. de annu. lega. ⁊. l. fina. ff. de contrahen. emptio. ⁊ vendi.

Preterea esto quod idem de Herbesio esset habitator vel incola dicte vallis, et quod propterea posset eius animalia immittere tenere et depascere in dicta valle, ipse tamen hoc facere deberet pro modo possessionum suarum.
12 † Debet enim quilibet sic vti pascuis ne ibi habens modicas possessiones in iniuriaʒ et damnum aliorum plures habentium magnã aĩaliũ immittẽs quãtitatẽ alios ĩpediat in pascuis, vt voluit Albe. in. l. imperatores. ff. de seruitu. rusti. predi. et. l. si testatrix. §. j. ff. si serui. vendi. Pro quo facit, q; pascua cõia sunt illis qui leis
13 aĩalia sua depascere possunt, † et quantũ ad cõmoditatẽ pascuoꝝ hmõi cẽsendi sunt quodãmodo esse socij. nõ ergo debet vnus tota

pascua sibi vsurpare.d.l.imperatores.et argumento.l.de vsu aque.ff.de vari.et extraordi.cogni.ad qd bene facit quod voluit Cy.in.l.quedā.in.v.q.ff.de re.diui.vbi sic ait. Quinto queritur quid si aliquis illo qd est cōe vel publicum sic assidue vtatur vt aliorum vsum assumat, certe poterit cogi vt vtatur pro rata, † vt fit inter plures habentes seruitutē aque, vbi fit diuisio nō seruitutis vel loci seruientis, sed aque mēsure vel temporis.vt.l.arbor.et.l.cōmuni diuidundo.ff.cōi.diui.et est quasi expressum in.d.l.imperatores.ff.de seruitu.vrba.predi. Et sic videmus Bononie diuisam aquam inter fratres predicatores et minores. Hec Cy.vbi supra. † In talibus enim ciuilis modus seruandus est.l.si cui.ff.de seruitu. facit.l.itē si fundi.et.l.vsufructuariū.§.fi.ff.de vsufruc.et.l.cum hi.§.modus.ff.de transac. Et quia vt audio idem de Herbesio nulla predia habet rustica vel vrbana in dicta valle preter et extra locum et territoriū Castrinoui, quinimo nec aliqua habet ī loco aut territorio Castrinoui, nō videtur posse aliqua animalia īmittere tenere et depascere in dicta valle, saltem extra locum et territorium Castrinoui. Et si que posset imittere in territorio Castrinoui hoc esset censendū de paucis. Cui dicto non obstat quod sit dominus illius loci et territorij eiusdem. Quia respondeo quod non propterea est dominus prediorum et aliorum loci et territorij huiusmodi, et signanter eorū in quibus depascuntur aīalia. Nō enim dñm oppidorū seu castrorum aut terrarum fundant eorum intentionem de iure cōi, quo ad dominium prediorum in castris et territorijs seu terris hmōi existentium per id quod voluit Hostien. Jo.and.in nouel. Panor.et doct.in.c.nimis.de iureiurando. Adijcio predictis quod etiam si essemus in casu in quo alias posset fortasse de cōsuetudine idem de Herbesio sua animalia immittere, tenere et depascere in valle predicta, intelligo etiā extra locū et territoriū Castrinoui: quia tamē territoria aliorū locorum dicte vallis sunt necessaria pro nutrimento aīalium et pecorū hominū locorū de Oza, Saysio, et de Cabestano, ipse deberet et de iure posset repelli ab immissione et depastione animalium et pecorum inibi faciendis per ea que not. Hostiē. Joan. and.in nouella Anto.de butri. Panor.et doctores in.c.dilecti.de arbi. Deberet etiam repelli ab immissione et depastione faciendis in territorio Castrinoui aut saltem numerus animalium esset restringendus et taxādus ne per indirectum dānificet et opprimat homines aliorum oppidorum seu castrorum dicte vallis, in quorum territorijs habitatores et domiciliati in dicto loco Castrinoui cōsueuerūt vel solent eorum animalia immittere tenere et depascere. Que omnia dixerim sub correctione etc.

Consilium. LXXVI.

De pacto facto inter coniuges in contractu matrimonij de non diuidendis bonis ipsis viuentibus.

Summarium.

1 Pactum iuratum non factum contra.ll.cōstitutiones et bonos mores seruandum.
2 Societatis coitio non valet in eternum et vt sine fine duret.nu.4.
3 Dictio omnino quid importet.
5 Pactum factum inter coniuges de non diuidendis bonis ipsis viuentibus est validum.
6 Dos filie constituta est titulus lucratiuus.
7 Donatio per defectum prolis facta liberis susceptis reuocatur.

Viso instrumēto matrimonij per verba de futuro dudū cōtracti per et inter Jacobū barrati ex vna parte et honestam mulierem Michaletam filiam naturalem et legitimam Joānis aurioli de sancto Marcello, ac cōstitutionis et assignationis dotis factarū dicto Barrati per ipsum Joannem aurioli et honestam mulierem Ludouicam eius cōiugem. Visis insuper conuentionibus et pactis etiā iuratis celebratis et initis, per et inter prefatos Joannē aurioli et Ludouicam ex vna parte, et dictum Barrati ex alia. Dico et respōdeo quod idem Barrati petere nō potest diuisionem bonorū que ad causam constitutionis et assignationis predictarum inter ipsum et dictam Ludouicam cōia existunt. † Cuius illam assigno rōnē: quia tēpore factarū cōstitutionis et assignationis hmōi facta est cōuentio seu pactum inter partes predictas, etiam iuramento vallatum, ne quamdiu viuerent bona predicta diuiderēt, quod pactum cum nō sit cōtra leges, cōstitutiones vel bonos mores seruandum est.l.j.in principio.et.l.iurisgentium.§.pretor ait. cum suis simili.ff.de pac. Presertim cum sit iuratum, et possit iuramentum per ipsum Barrati prestitum seruari sine dispendio salutis eterne.c.cum cōtingat.de iureiuran.et.c.quamuis pactum.cū suis simili.de pact.in.vj. nec dicat prefatus Barrati, quod immo non valuerit dictum pactum.l.in hoc iudicium.§.si conueniat.ff.cōi.diui. † Queadmodū nec valeat coitio societatis in eternū.l.nulla societatis.ff.pro so. Quoniā respōdeo quod dicta iura bene pōderata non suffragantur seu obstāt. Et primo quidē nō.d.l.in hoc iudiciū.§.si cōueniat.quia ille.§.dicit quod cōuētio seu pactum factum qd nullo modo vel nunquam fiat diuisio rei cōmunis, † quod aperte denotatur propter illam dictionē omnino positam in dicto.§.si conueniat.que est precisa, et importat idem qd indistincte et omni casu.l.si cum exceptione.§.quatenus.et quod ibi glo.super verbo, omnino.ff.quod met.cau.c.ex parte.le.j.de offi.delega.et.l.vbi autem non apparet.§.fi.et quod ibi glo.ff.de verbo.obliga.de quo Alexan.de imol.in.l.precibus.col.ij.C.de impube.et alijs substitu. † Etiam nec obstat dicta.l.nulla societatis.quoniam.l.illa dicit quod nulla est coitio societatis in eternum, hoc est quod societas sic coiri seu iniri aut fieri non potest vt duret in eternū hoc est sine fine. Sed nos non sumus in istis terminis: quia in casu nostro non est facta conuentio seu pactum quod dicta bona omnino nō diuidātur aut quod in eternum cōia et indiuisa maneant. † Sed dictum est qd fieri nō possit diuisio viuētibus ipsis cōtrahentibus, et sic ad tempus, quod pactum valet.dicta.l.in hoc iudicium.§.si conueniat. qd etiam ibi voluit Floria. Pro quo etiam facit.l.j.ff.pro so.et quod voluit glo.in dicta.l.nulla.in respondendo ad oppo.quam facit de dicta.l.j.ff.pro so.et quod tale pactum valeat, voluit expresse et clare dominus Jason may.in §.quedā.col.viij.ver.quid diceretis de casu isto qui est quotidie de facto etc.institu.de actio.vbi reprehendit quendam dominum solennissimum aduocatum qui Florentie contrarium consuluerat. Nō potest ergo nec poterit ipse Barrati petere diuisionem predictorum bonorum quamdiu viuet prefata Ludouica, quamuis eadem Ludouica eā petere posset si vellet, cum audiam dictum Barrati fore sibi molestū et rixosum.l.si conuenerit.et quod ibi Bartol.ff.pro so.et quod not.in.l.iubemus nulli.in principio.et quod ibi Bald.in prima vel secunda col.C.de sacrosan.eccle.ad quod facit quod legitur et not.in.c.quemadmodum.de iureiuran.

Preterea aduertere debet idē Joannes barrati quod prefata Ludouica retinuit sibi et ad vitam suā ipsius vsumfructum medietatis per eam in dotem constitute et assignate pro dicta Michaleta eius priuigna, qui propterea nō est sibi auferendus, sed penes eam remansurus, quamdiu vixerit iuxta formam pacti reseruationis. † Preterea etiam debet ipse aduerte re quod cum post dictam constitutionem que habita relatione ad dictam Michaletam pro qua facta est censeri debet mera et simplex donatio et titulus lucratiuus.l.fina.§.si a socero.ff.quod in frau.credi.l.j.§.accedit.de rei vxo.actio.l.ex morte.in fine.C.de pac.cōuen.l.menia.§.j.cum glo.ff.soluto matrimonio.et est bonus text.in.l.fina.in principio.C.de iu.do.nata fuerit eidem Ludouice filia naturalis et legitima, † donatio huiusmodi fuit et est reuocata, sic quod matrimonio soluto debebit predicta medietas reuerti ad ipsam Ludouicam vel suos heredes.l.si vnquam.C.de reuocā.dona.et quod voluit Barto.et alij in.l.titia.§.imperator.ff.de lega.ij. Et ita melius et consultius meo iudicio faceret idem Barrati, si et modeste et pacifice, et alias iuxta pacta et conuentiones inter eos celebratas et initas conuersaretur et viueret cum dicta Ludouica. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium. LXXVII.

De legato generali vxori relicto in codicillis in quo non veniunt instrumenta, libri rationum, et nomina debitorum.

Summarium.

1 Instrumenta, libri rationum, et nomina debitorum que tempore codicillorum aut mortis codicillantis erant in apothecis, an veniāt in generali legato relicto vxori in codicillis. nume.3.6.8.10.13.15.et.16.
2 Castro legato an veniant instrumenta debitorum in eo reperta.
4 Legare mercantiam et tabernam an idem sit.
5 Mercantia an videatur sonare in negotiationem, et an sit idē qd merces.
7 Dictio quicquid est dictio geminata et vniuersalis.
9 Omnia dicens nihil excludit.

Nullus

11 Nullus nulla nullum et omnis sunt signa universalia que solent distribuere terminum communem cui adiunguntur pro omnibus suppositis.
12 Dictio omnino est dictio precisa et universalis.
14 Thesaurus in pecunia consistit non in instrumentis.
16 Actionum personalium appellatione an veniant credita.
17 Universalitas sermonis postremo prolati distictionem et limitationē recipit ex specie precedenti nec ultra euagatur.
18 Notariorum imperitia taxatur.
19 Clausula codicillaris apposita per notarium in testamento illius qui vim eius non intellexit an aliquid operetur.

1 Difficultas † cepte et pēdētis cōtētionis per et inter honestam mulierē Claudiam relictā Antonij thomassij ex una parte, et honestā mulierem M. thomassie filiā et heredem eiusdē quondam Thomassij ex alia, stat ī hoc an in legato quod eidē Claudie in suis codicillis fecisse dicitur prefat⁹ Thomassij ei⁹ quōdam maritus veniant noīa seu credita descripta in instrumentis seu libris rōnū existentibus tpe factorū codicillor huiusmodi vel mortis dicti quōdā Thomassij in locis seu rebus, de quibus infra aut earum altera, scʒ domo seu tinali illi cōtiguo, apotheca et retro apotheca eiusdē Thomassij in predictis codicillis lati⁹ mentionatis et expressis. Sup quo articulo memini me alias scripsisse et post viros cōsultissimos respōdisse ꝙ nō causis et rōnibus tā per illos ꝙ per me allegatis: cui snīe etiā nūc sub correctiōe cuiuslibet dñi melius sentientis, mihi videtur inherendū. Et primo quidē illud certū est qđ in legato domus seu etiā tinalis nō veniūt noīa seu credita descripta in instrumentis seu libris rōnuʒ qui fortasse in eis aut eorum altero existebant tpe codicillorū aut mortis dicti quondā Thomassij. l. vxorē. §. legauerat. ff. de lega. iij. l. gayus. in principio. ff. de lega. ij. et l. si media. ff. de lega. iij. per que iura consu
2 luit Oldra. consi. cccxij. exordiente, Qđ nomina debitorū ꝛc. † ꝙ si legetur castrū in quo testator tenebat instrumenta quedā quantitatum sibi debitarum, in legato hmōi non veniunt nomina. et vt dicit Oldra. vbi supra. Hoc expresse dicitur in dicta. l. vxorē. §. legauerat. expressi⁹ vero in. d. l. gayus. et expressissime in allegata. l. si mihi meuia. Idem voluit Jo. and. tit. de iurisdi. omnium iudi. §. j. versi. que autem. in addi. exordiente, Vidisti duas opiniones. col. ij. ver. questionē nō ad propositum, sed affinem proposito ꝛc. Albe. C. de lega. super rubrica. Et idem voluerūt Pet. de ancha. Anto. de butri. Jo. de imol. et And. barba. in. c. cū dilecti. de dona.
3 † et idē dico de apotheca, et retroapotheca, scʒ ꝙ in legato de eis facto predicta non veniunt, pro quo alias fuit plenissime allegatum. Per legatuʒ enim apothece vt dicit Bar. in. l. cum pater. §. mense. ff. de lega. ij. non videtur aliquid esse legatum sub nomine vniuersitatis vt debita et credita debeātur, sed res corporales, que
4 ibi existunt, † vel forte locus ipse scdm distinctionem quā in taberna ponit Barto. in. d. §. mense. et in. l. cū tabernam. ff. de pigno. Et ꝙuis Barto. in. d. §. mense, videatur sentire quod idem sit legare mercātiā et tabernam, prout refertur ad nomē vniuersitatis, hoc tamen dicte. M. non officit: quia in casu de quo querit dictus quō-
5 dam Thomassij non reperitur legasse mercantiam, † quod scdm eundem Bar. videtur sonare in negotiationē, sed legauit merces que erant et que reperiri possent die mortis et decessus in domo ꝛc. Merces autem nō videntur sonare in negotiationem, sed in res
6 que veneunt. † Nec mouet ad contrariam sententiam quod in dictis codicillis non solum legantur domus seu tinale eidem contiguum, apotheca et retroapotheca, sed legantur hec vna cum ipsarum domus tinalis apothece et retroapothece bonis mobilibus et immobilib⁹ domorūqꝫ vtensilibus frodijs mercib⁹ et aromatibus bonisqꝫ et rebus alijs quibuscunqꝫ in eisdem, et quolibet, eorū positis et existentibus que erunt et reperiuntur ac reperiri poterūt die obitus eiusdem Thomassij codicillantis. Quoniaʒ respōdeo ꝙ sub hoc legato generali nō veniunt instrumenta seu libri rationum qui pro tempore existebant in domo seu tinali apotheca et retroapotheca aut horum omniū altero, vt voluerunt Cy. et Albe. in. l. certi. C. de loca. alias allega. quod bene pbatur in dicta. l. vxorē. §. legauerat. versi. item quesitū est, vbi apparet quod licet testator legasset quicquid in patria a gadibus possidebat, in legato tamen huiusmodi non venit calendarium qđ in patria sua vel infra fines illius testator exercuerat, etiam si instrumēta calendarij huiusmodi fuissent in domo quam in patria habebat. Quo fit vt nō censeantur instrumēta fuisse legata: quia si secus esset etiam noīa de quibus in eis legata cēserent. l. seruū filij. §. cū qui. ff. de lega. j. et
7 l. qui chyrographū. ff. de lega. iij. † et tamē certū est ꝙ dictio quicquid posita in dicto ver. quesitum, est dictio geminata et vniuersalis. l. hoc articulo. cum ibi not. ff. de heredi. institu. l. qui liberis. §. hec verba. ff. de vulga. et pupil. ad quod facit quod habet in. l. si is
8 qui ducēta. §. vtrū. ff. de re. du. † Etiā ꝙ sub legato generali nō veniant noīa probat et expressius in. d. l. gayus. in princ. vbi ꝙuis testator ex semisse bonorum pnepoti alteri ex heredibus relicto domos paternas in quibus habitabat cū oībus que ibi erāt excepe-rit, et hec oīa voluerit nō ptinere ad portionē hereditatis quā eidē pnepoti dederat, nihilomin⁹ noīa debitorū q̄ ī domib⁹ huiusmodi existebant nō cōtinentur in legato, sed sunt omnium heredum cōia, et sic pro semisse eiusdem pronepotis, et tū certū est ꝙ illa verba cū omnibus que ibi sunt ꝛc. sunt generalia rōne illius dictiōis
9 omnibus, † de qua dici solet, ꝙ qui oīa dicit nihil excludit. argu. l. iulian⁹. ff. de lega. iij. c. solite. de maiori. et obedien. et. c. si romanor.
10 dist. xix. † Expressissime autem probatur quod predixi in. d. l. si mihi meuia. in primo et secundo respō. in primo quidem vbi in prelegato facto de certis fundis cum omnibus mancipijs, pecorib⁹, iumētis, ceterisqꝫ vniuersis speciebus que in eisdem fundis aut eorum altero existerent cum moreretur testator non venit tabulariū quod tunc in altero ex his fundis extitit, in quo erant compluriū manciporum et fundorum cāptiones et variorum contractuum instrumenta, insuper et debitorum nomina, sed remanent hec oīa inter heredes communia. In secūdo vero probatur qđ licet testator fidei heredum commiserit vti sinerent legatarium habere domus in quib⁹ habitabat nullo omnino excepto cum omni instrumento et repositis omnibus, non tamen in legato huiusmodi veniunt debitorum instrumenta, et sic nec nomina, et tamē certum est qđ per verba inibi posita fuerit idē testator loquutus multum generaliter, et precise. dicit enim, nullo excepto cum omni instrumēto
11 et repositis omnibus, † vbi ponuntur dictiones nullo, omni, et omnibus que sunt dictiones generales aut signa vniuersalia que solent distribuere terminū cōmunem cui adiunguntur pro omnib⁹
12 suppositis. † Ponitur etiam ibi dictio omnino que est dictio precisa. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. et quod not. glo. in. l. si cum exceptione. §. quatenus. ff. quod met. cau. de quo Alexā. de imol. in l. precibus. col. ij. C. de impube. et alijs substitu. et cōsi. lxxxviij. exordiente, In causa domine Bartholomee. in pricipio. in quarto volu. vbi allegat. c. cum ex eo. cum ibi not. per Archi. et Joan. and. de elec. in. vj. et. c. ꝙuis. cum ibi not. per Archi. de pac. eo. lib. et vt dicit Frā. de are. in. l. stipulatio ista habere licere. in principio. et per illum tex. in versi. que res facit ꝛc. ff. de verbo. obligatio. hec dictio omnino est dictio vniuersalis, est ergo et precisa et vniuersalis, et tamen ꝙuis et precise et vniuersaliter voluerit testator domos legatas in quibus habitabat nullo oīno excepto cū omni instrumento, et omnibus in eis repositis pertinere ad legatariū, nō tamē vi-
13 detur sensisse de debitorum instrumentis in eis existētibus. † Palam ergo est ꝙ per illa verba vna cum ipsarum domus, et in alijs apothece et retroapothece, et alia que superius retuli, nec instrumēta nec rōnū libri, et cōsequēter nec debita seu noīa cēseri debeant relicta. Nisi forte quis dicere vellet qđ in illis deberet distigui an instrumēta vel libri hmōi essent ibi perpetuo remansuri, put distinguit in. l. si chorus. ff. de lega. iij. Qm̄ rñdeo ꝙ distinctio hmōi non cadit in instrumētis debitorum vel libris rōnū: qꝛ qđ expresse voluerūt Oldra. in dicto ꝯsilio. Jo. and. in dicto ver. questionē nō ad
14 ppositū ꝛc. et Albe. C. de lega. sup rubri. † Thesaur⁹ em̄ i pecunia cōsistit nō in instrumētis. l. nōnūꝙ. §. thesaur⁹. ff. de acq. re. domi.
15 † Etiā nec veniūt in predicto legato noīa seu credita ppter illa verba in eodē descripta, scʒ iuribusqꝫ et pertinētijs eorūdē et cuiuslibet ipsor vniuersis. nō em̄ noīa vel credita presertim merciū venditarū ante dictos codicillos vidētur posse dici iura aut pertinentie domus seu tinalis apothece aut retro apothece predictar seu etiā bonorū mobiliū et immobiliū in dicto pretēso legato plenius expressor. et signāter apothece aut retro apothece, accipiēdo apothecā vt pdixi. Forte vero dicet ꝙ lʒ appellatione predictor nō veniāt noīa, veniūt tñ ppter alia verba in legato pdicto lati⁹ mētionata, ppter illa vcʒ, vna cū oib⁹ iuribus et actionib⁹ realib⁹/personalib⁹/anomalib⁹/ptorijs/ mericisqꝫ/ac mixtis et alijs quibuscūqꝫ quibusuis noīe et vocabulo dici et nominari possint et valeāt seu debeāt, sed istud nō videt obstare.
16 † Cū qꝛ esto ꝙ als appellatione actionū psonaliū cēseri deberent venire noīa seu credita, nō tamē videnꝫ venisse isto casu debita prefato Thomassij ppter merces apothece antea vēditas, et quaruʒ pretia nondū recepta extiterant. Cuius illa videt posse ratio assignari: qꝛ illa generalitas importata per illa verba, vna cū omnib⁹ iurib⁹ ꝛc. et apposita in fine dicti legati determinant ex specie precedenti nec vltra illam amplius extēdit. argu. l. quotiens. et quod ibi doctores. C. fami. ercis. Pro quo facit qđ voluerūt Anto. de butri. Petrus de ancha. et domi. And. barba. in. c. cum dilecti. de

dona.post Oldra.consil.viij.exordiente, Quidam paterfamilias fecit testamentum ⁊c.referunt enim qd testator heredibus institutis.B.⁊.C.eius filijs subiunxit, volo etiam solui per dictos meos heredes omnia debita, videlicet ꝙ.B.soluere teneatur omnia debita quibuscunqȝ creditoribus talis ⁊ talis ville ⁊ specialiter summam pecunie que soluenda restat pro dote Gemme filie mee, necnon omnia alia que debeo et teneor quibuscunqȝ creditoribus ex quacunqȝ causa, ⁊ respondent ꝙ nõ obstantibus illis verbis generalibus, Necnon omnia alia que debeo et teneor quibuscunqȝ creditoribus ex quacũqȝ causa, tenebitur dũtaxat idem.P.ad ea debita que debentur in villis nominatis. Pro quo allegant Oldra. [17] in dicto cõsil.† quia generalitas ⁊ vniuersalitas sermonis postremo seu vltimo loco prolati distinctionem limitationem et specificationem recipit ex precedẽti specie, nec vltra illam amplius euagatur.dicta.l.quotiẽs.alias etiam rationes inducit Oldra.in dicto consilio. Ex quo infertur ꝙ id qd dicitur in dicta clausula vna cum omnibus ⁊c.debent intelligi, non quidem de omnibus actionibus personalibus eidem Thomassij testatori tunc competentibus aut competituris, sed debet restringi ad actiones personales competentes propter precedentia, si que competebant. Et sic nõ veniũt actiões tũc cõpetẽtes ꝑpter merces anteavẽditas ⁊ expeditas vel q̃ nõ existebãt i domo tinali illi cõtiguo apotheca vel retroapotheca: qꝛ de illis mercibꝰ nõ precesserat sermo, sed de tũc existẽtibꝰ in dictis locis aut eorum altero, et que inibi reperirent tẽpore obitꝰ ipsius testatoris. Preterea videtur aduertendum ne notarius qui de dictis pretensis codicillis notam recepit subiunxerit ex suo capite illa generalia verba, vna cum omnibus iuribus et actionibus realibus personalibus anormalibus ⁊c. Aliquãdo [18] enim notarij vel propter eorum imperitiam † que vt dicit Bal.cõsilio.v.exordiente, Uiso testamento Bartholucij ⁊c.in secũda parte, mundum destruit, ⁊ prout conscientias bonorum virorũ in magno discrimine, vel alias ex suo capite multa ponunt que nec testatores nec cõtrahentes vel intelligunt vel dicunt, vel etiã que ipsimet notarij non capiũt. Hec colliguntur partim ex his que not. Barto.in.l.j.in.vj.q.ff.de iu.codicil. Andr.barba.in repeti.c. raynaldus. charta.liiij.colum.iiij.versic. et ego pondero vnum quod ponitur ⁊c.de testa.⁊ consilio.lviij.exordiente, Clementissimi dei [19] patris domini nostri iesu Christi ⁊c. colũ. x. in prima parte.† qui loquentes et disputãtes an clausula codicillaris apposita per notariũ in testamento illius qui vim eius non intellexit aliquid operetur. Concludunt quod nõ, quia notarij apponunt clausulam illam ex capite suo, et testator ignorat. Idem dicit Angel. consilio cccxv.exordiente, Petrus fecit testamentum suum ⁊c,col.v. versi. quapropter moueor ad dicendum quod licet clausula ⁊c. Multa similia allegat And.barba.in dicto consilio.lviij. colum.x.que nõ refero, cum et ad peritissimum et ad preceptorem meum sit mihi sermo qui omnia et plenius et subtilius considerabit. Et que videntur non importune adaptari, ⁊ de quo queritur. Non enim est verisimile quod dictus Thomassij iuris ignarus et fortasse morbo pressus, ⁊ forte moriens cogitauerit de actionibus realibꝰ personalibus pretorijs merisqȝ et mixtis, et vt verbo vtar notarij, etiam de anormalibus, de quibus forsitan nec Barto. cogitasset, et ita potius videt notarius forte vel ex imperitia vel ex stilo quẽ obseruare consueuit in cõtractibus dictam clausulam apposuisse q̃ ex mente testatoris. Et ita non videtur nocere heredi predicti Thomassij, per id quod dicunt doctores in locis preallegatis, et in remissionibus allegatis per And. barba.in dicto cõsi.lviij. collum.x.ad quod facit quod voluit Cy. in.l.j.§.et vt pleniꝰ.C.de rei vxo.actio.

Consilium. LXXVIII.

De sententia interlocutoria inciuiliter lata super petitorio parte intẽtante possessorium reintegrande suspenso possessorio.

Summarium.

1 Sententia interlocutoria post lapsum decendij transit in reȝ iudicatam nec ad partis postulationem ex officio iudicis potest reuocari.

2 Petitorio suspenso an liceat actori transire ad possessorium reintegrande possessionis etiam sine cõdemnatione et periculo expẽsarum.nume.6.

3 Actor an possit cumulare petitorium cum possessorio reintegrande, et hec duo iudicia simul intentare.

4 Uerba enuntiatiua probant quo ad contrahentes.

5 Minor beneficio minoris etatis et restitutionis in integrum renuntiare potest.

Sententia interlocutoria, quam in fauoreȝ Stephani amblardi et odium venerabilis ⁊ honorabilium virorum domini Crispini agonti ⁊ Charlote marini fratrum, et Hugonis marini eorũdem nepotis tulisse ⁊ promulgasse dicitur, ⁊ quã tulit venerabilis vir dominus Joannes girardi in decretis licentiatus ⁊ pretensus vicarius ⁊ officialis Tricastrinus, ⁊ a qua fuit parte dictorum do.Crispini ⁊ consortum ad reuerendissimuȝ in Christo patrem ⁊ do.do. Arelatẽsem archiepiscopum ⁊ eius metropolitanam sedem prouocatum, ⁊ legitime appellatũ fuit, ⁊ est nulla aut saltem iniqua indebita ⁊ iniusta, ⁊ propterea cassanda reuocanda et adnullanda causis rationibus et motiuis plenius allegatis et deductis tã in appellatione parte eorũdem do.Crispini ⁊ cõsortũ ab ordinatione huiusmodi interiecta, q̃ in tribꝰ schedulis in ipsa appellationeꝫ mentionatis ⁊ expressis exordientibus, Prima veȝ nihil occurrit. iserta.fol.lxxix. Secũda in libello parte alicuiꝰ in causa oblato ⁊c.inserta.fol.cccxxiij. Et tertia exordiente, Super isto casu video notabiliter fuisse superius allegatuȝ ⁊c.inserta.fo. cccxxv.que si placet videbuntur. Et q̃uis per ea que inibi dicta ⁊ scripta extiterũt sufficienter ⁊ plene appareat de inciuilitate ⁊ iniustitia dicte pretense interlocutorie sententie, et ꝑpterea nõ fuerit nec sit opus alia inducere signãter vbi ad peritissimuȝ est mihi sermo. Ego tamẽ volens satisfacere votis dictorum do. Crispini [1] et cõsortum aliquid adijciam.† Et primo quidem ꝙ licet sentẽtia interlocutoria nõ transeat regulariter in rem iudicatã, quominus possit iudex qui eam promulgauit ex eius officio reuocare etiam post decẽdiũ. Nõ potest tamen post decẽdium eandẽ reuocare ad postulationẽ partis cõtra quam lata extitit: qꝛ quo ad eam per lapsum decendij transit in rem iudicatam.c.cum dilecti.de electio.⁊ c.significauerunt.de testi.quod etiam voluit glos.⁊ doct.in.c. cum cessante.de accusa.vbi etiam Panor. colũ.iij.versi. venio ad scdm vsqȝ ad quod quod tempus ⁊c. Et idẽ voluit Bar. ⁊ doc. cõmuniter i.l.quod iussit.ff.de re iudi.⁊ Pau.de cast.cõsi.cccxxiij.exordiẽte, Uidetur dicendum super primo puncto.vbi allegat dictum.c. cum dilecti.in fi.⁊ quod ibi not.glo.⁊ in.c.quod ad consultationẽ. de re iudi. Quo fit vt cum venerabilis vir dominus Petrus paiani pro tũc officialis Tricastrinus declarauerit ⁊ ordinauerit Anno domini.M.ccccxcv.⁊ die.vij.mensis Augusti prefatum domi. Crispinum ⁊ cõsortes nõ fore cõdẽnandos in expẽsis, ⁊ dicto Stephano amblardi tertminũ assignauerit ad dicẽdum ⁊ deliberãdũ que dicere ⁊ deliberare vellet super libello articulato ⁊ cõcludente in possessorio reintegrande parte eorum do.Crispini et cõsortum in causa producto, vt colligitur ex his que leguntur.fo.ccv.col.ij.⁊ duobus fo.seq.non potuerit postea eodem Anno ⁊ die. xxj. mensis Augusti petere idem Stephanus Amblardi reuocari, aut alias retractari ordinationem eiusdem do.Paiani, et istud videt esse sine quocunqȝ dubio. Dictus ergo vicarius in retractãdo seu reuocando ⁊ annullando huiuscemodi ordinationem ac causam omniaqȝ ⁊ singula reducendo ad statuȝ in quo erant quãdo fuisse exceptũ pretenditur de asserta nullitate ⁊ inualiditate instrumenti parte dictorum do.Crispini ⁊ cõsortum producti vel verius exhibiti male inciuiliter ⁊ iniuste processi: quia ad interpellationeȝ partis post decendium factam cassare et annullare tentauit ordinationem prius latam.

Preterea esto qd reuocatio seu retractatio ⁊ reductio huiusmodi postulate extitissent ĩfra decem dies a tẽpore late ordinationis per ipsum do. Paiani officialem, nõ tamẽ debuisset ordinatio huiusmodi retractari nec causa ⁊ acta in illa reduci ad eum statum in quo fuisse pretẽduntur tempore oppositarum pretensarum nullitatis ⁊ inualiditatis instru[2]menti de quo supra.† Quia nulli dubiũ scdm veras cõclusiones iuris quin potuerint prefati do.Crispinus ⁊ cõsortes suspẽdere petitorium per eos prius intentatum, ⁊ illo suspenso transire ad possessorium reintegrande possessionis etiam sine condemnatione ⁊ periculo expensaruȝ. Pro quo causa breuitatis remisisse sufficiat ad iura ⁊ rationes plenius allegatas in dictis tribꝰ schedulis superius, ⁊ in appellatione predicta latius mentionatis. ⁊ quod petitorium prefati do.Crispinus ⁊ cõsortes suspenderunt ⁊ suspẽdi petierunt Anno domini.M.ccccxcv.⁊ die.vij.mensis Augusti vt videri potest in cõparitione quã parte ipsorum do. Crispini ⁊ consortum fecit magister Põtius raymũdi ꝓcurator.fol.lxxvj.⁊ se.et in schedula, q̃m premissum est actori ⁊c.inserta.fo.lxxix. ⁊ sic suspẽderunt ⁊ suspendi petierunt petitoriũ de quo supra infra tres dies post oblatum libellum in materia possessorij reintegranda qui inseritur.fo.cxcvj.⁊ productus est Anno predicto.M.ccccxcv. ⁊ die

quarta

quarta mensis Augusti, et ita apparet nō procedere ea que parte dicti Amblardi allegata extiterunt, circa principiū schedule exordientis, Actus agentium debet operari &c. inserte. fol. ccccxxxvij. quatenus ibi dicitur q neq; iudex neq; partes suspenderunt possessorium, sed vno inuolucro verborū simul et semel in eadē instantia petitorium et possessorium intentarunt. Etiā nec procedit seu obstat quod parte eiusdem Stephani allegatū extitit, circa principium cuiusdam schedule exordientis, Admirari nō cesso &c. inserte. fol. lxxxv. quatenus inibi pretenditur q suspenso petitorio actori non liceat transire ad possessorium possessionis: quoniā respondeo q esto q istud sit crude et indistincte prolatū procederet, quod tamen recipit limitationes q̄plurimas, non propterea impediri debuissent nec de iure potuissent dicti domi. Crispinus et consortes a suspensione et trāsitu per eos factis et fieri postulatis: quia non transiuerunt ad petitorium retinende, sed recuperande possessionis prout clare colligitur ex conclusione libelli de quo supra, que si placet videri poterit. Et nisi desipiam puto q non solū potuerant prefati domi. Crispinus et consortes suspēso petitorio
3 per eos prius intentato transire ad possessoriū reintegrande, †sed etiam eodē petitorio nō suspenso poterant cumulare possessoriū reintegrande, et hec duo iudicia simul intentare. l. cum fundum. in fin. et quod ibi Bar. et docto. ff. de vi et vi arma. et quod voluit Bar. in. l. naturaliter. §. nihil cōmune. col. viij. versi. secūdo videamus. vbi etiā alij scribētes. ff. de acqui. posses. super quo tamen articulo vtpote non necessario vlterius non insisto.

Dicta etiam pretēsa ordinatio lata per vicarium fuit et est inciuilis et iniusta, pro eo q per eā videtur idē do. vicarius iussisse et ordinasse, quinimo de facto ordinauit et iussit pretensas nullitatem et inualiditatē instrumēti superius mentionati, affirmans q his instructis et cognitis apparebit de iure istius vel illius: quia dico q hmōi pretēse inualiditas et nullitas concernunt materiā petitorij, quod vt predixi, suspēsum fuit et suspēdi potuit per iura et rationes al's plenissime allegatas et quas refricare non oportet. Adijcio q de cōtrario omniū horū que parte dicti Amblardi in diuersis schedulis, etiā vsq; ad nauseam allegata extiterunt cōtra instrumentū de quo supra seu veri in eodē contenta et descripta apparet per ipsummet instrumētū, ita vt per ipsum possit et valeat imposterum sufficienter edoceri et
4 probari in materia petitorij de dicta pensione.† Quamuis enim verba narratiua siue enuntiatiua non probēt regulariter, hoc tū fallit quoad contrahentes, per id quod no. docto. in. l. optimam. C. de contrahen. et cōmit. stipula. Barto. in. l. si forte. ff. de castren. pecu. Vita. de camba. in suis clausulis sub rubrica enūtia. ver. in contra. et alij in alijs locis. Verba ergo enūtiatiua posita in instrumento de quo supra probare poterant contra Joannem amblardi patrem huius Stephani, et consequēter contra eundē Stephanum eius quondā filium et heredem prout deducitur in libello, et sic qui fingitur eadē persona cū eodē quondam Joanne. auē. de iureiurand. a mon. presti. colla. v. Preterea idē Joānes debitis interuenientibus stipulationibus conuenit, promisit et iurauit pro se et suis heredibus dare, soluere, et expedire annis singulis et perpetuo pensionē et pensiones de quib⁹ in instrumēto. Et vt colligitur ex illo hec promissio facta est ex causa traditionis molēdini, olim facte Jacobo amblardi patri eiusdē Joānis. Nec obstat quod opponitur in Joannem fuisse minorē tēpore facte promissionis &c.
5 †Quoniā respōdeo q ipse renuntiauit beneficio minoris etatis et restitutionis in integrū etiam cum iuramento, et cum iuramēto conuenit et promisit soluere &c. Et sic contrauenire non poterat ex capite minoris etatis. auē. sacramenta puberum. et quod ibi communiter per omnes scribentes. C. si aduer. vendi. et quod not. glo. et doct. in. l. ij. C. de rescin. vēdi. Et licet super hoc articulo possint
6 multa induci ego tamen supersedeo,† pro eo quia vt predixi, ista cōcernūt materiā petitorij quod suspendi potuit si verū est quod habetur in. c. pastoralis. de cau. posses. et ppri. quicquid ex aduerso scriptū extiterit: quod pace salua dixerim pariter et honore egregij viri domini aduocati partis aduerse de iure non procedit. Et nisi scirem me verba habere ad virum doctissimū responderem ad singulas rationes et motiua parte dicti Amblardi allegatas in diuersis eius schedulis. Sed quia nō est opus nec etiam expedit ego supersedeo. Eo excepto q nō obstat id qd parte eiusdē Amblardi allegat in dicta schedula, Actus agentiū, scilicet q nō potuerint do. Crispinus et cōsortes intētare possessoriū suspenso petitorio, sed opus extiterit q eidē renūtiarent: q respōdeo q istud est contra ea que cōmuniter no. per docto. in. d. c. pastoralis. et cōtra id qd voluit Bart. in. d. l. naturaliter. §. nihil cōmune. circa primā cōbinationē. Et hoc voluerūt ibi Jo. de imol. et Alex. de imol. qui uideri pōt. col. xliiij. et seq. Et per hec limitatur auē. qui semel. C. quō et quan. iudex. Nec dicat aliquis q Jo. de imol. videat ibi reprehendere Bar. qm̄ respōdeo q immo nō eū reprehendit, in hoc, hoc est quoad hoc vt non possit actor suspenso petitorio transire ad possessoriū recuperande etiā nō facta renūtiatione petitorij, quod est propter odiū violenti possessoris. Sed reprehēdit eum quatenus videtur voluisse q eoipso q actor obtinet in possessorio recuperādo obtinere debeat in petitorio, etiā aliter nō edocto de dominio: sed nos nō contendimus de hoc. Que omnia dixerim &c.

Consilium. LXXIX.

De causa euocata a cōmissario nō cognoscēti de causa infra tempus sibi prefixum per dominicale decretum.

Summarium.

1 Clausula exnunc prout extunc quid operetur in dominicali decreto causam euocante lapso termino.
2 Commissione expirata non tenentur partes coram commissario comparere.
3 Judici excedenti iurisditionē respectu territorij impune non paretur, nec etiam excedenti vltra tempus.
4 Concedens domū in emphytheosim cum pacto iurato de nō imponendo super sensu potest vel eius heres domū repetere emphitheota super sensum imponente.
5 Fidem frangenti fides frangatur.

Viso pcessu cause cepte et agitate per et inter nobilē et honorabilē virū magistrū Alziarium grassi notariū loci Cadaueti habitatorem vero loci Montilioris actorē originarium ex vna parte, et prouidū virum Hernicū sambuci
1 reum ex alia. †Dico et respondeo q vt apparet ex inspectiōe dñicalis decreti parte eiusdē magistri Alziarij ꝓpter negligentiā dñorū officialiū dicti loci Cadaueti. inserti. fo. lxxx. eminēs Regiū consiliū Aquis residens precepit et mādauit eisdem do. officialibus ad quos spectabat seu eorū locūtenentibus, quatenus vocatis corā eis qui forēt rationabiliter euocādi causam predictā, et in decreto hmōi seu supplicatione eidē eminenti Regio consilio parte ipsius Grassi oblata latius mentionatā et expressā infra quindecim dies a die exhibitionis eiusdē dominicalis decreti in antea cōputādos, eorū diffinitiua sentētia deciderent, terminarent, et diffinirent summarie simpliciter et de plano sine strepitu forma et figura iudicij, sola facti veritate inspecta procedendo, al's inquit idē eminens Consiliū exnūc, pro tunc, et ecōtra eodem lapso tpe ipsam causam cū incidentib⁹, annexis, et cōnexis ad proximū superiorem et immediatū ducimus euocandā prout euocam⁹ per presens decretū autoritate premissa nullo alio expectato mandato. Et fuit decretū hmōi obtentū Anno dñi Millesimo. ccccxciij. xix. mēsis Aprilis. Apparet insup decretū hmōi fuisse parte ipsi⁹ nobilis Grassi exhibitū et presentatū nobili viro Mattheo Bonifacij baiulo dicte curie Cadaueti anno pdicto, et die quarta mēsis Maij, et per eūdem Grassi dictū do. Baiulū fuisse legitime reqsitū de exequēdo ipsū dñicale decretū. Apparet insup q licet ad iussum et mandatū dicti Baiuli, et corā eo cōparuerint prefati Grassi et Sambuci anno pdicto et die veneris que fuit. xvij. mēsis Maij, et. xiij. a tēpore exhibitiōis et presentatiōis dicti dñicalis decreti, ipse videlicet Grassi petens decretū exequi et al's, tā ipse q̄ dictus Sambuci parati audire deliberationē et sniam dicti do. Baiuli, ipse tū do. Baiul⁹ causam pdictā diffinire nō curauit. Sed pretendēs se nō esse deliberatum ad audiendū eius ptēsam deliberationē, ꝓ termino statuit et assignauit diē Martis, tūc ꝓxime venturā que erat. xxj. dies dicti mēsis Maij. et. xvij. dies a tpe exhibitiōis ipsius dñicalis decreti. Et sic ꝓ termino assignauit diē qua futur⁹ erat, nō iudex propter euocationē: q esto q effect⁹ euocatiōis cause oblat⁹ extiterit, non quidē in diē concessionis dicti dñicalis decreti sed in quindecimā diē a die presentatiōis et exhibitionis eiusdē decreti, sub cōditiōe tamē si infra hāc diē nō foret causa pdicta decisa et terminata per diffinitiuā sniam dictorū do. officialiū loci predicti Cadaueti ad quos spectabat. cle. j. iūcto eo qd ibi habet per gl. sup verbo, exnūc. et quod ibi Jo. de imol. colū. ij. de cōces. prebē. et quod voluit Bal. in. c. j. col. vj. ver. sed pone cleri. ti. de mili. vasal. qui contumax est. Inno. Hostiē. et docto. in. c. preterea. le. ij. de appella. Alexand. de imol. et docto. in. l. huiusmodi. la. ij. ff. de verbo. oblig. saltē hoc certū est q effectus euocationis hmōi collat⁹ est in dictā diē quindecimā et sub cōditione de qua supra, vt volunt doct. in locis superi⁹

allegatis. Pro quorū dicto facit quod voluit glos. τ docto. in. l. j. C. de codicil. quod si ita est: immo quia est ita † nō tenebatur idē (2) magister Grassi cōparere corā eodem do. Baiulo dicta die Martis, tunc proxime futura: qua, quinimo τ ante eā finitura erat iurisditio eiusdem domi. Baiuli. l. fi. τ quod ibi Albe. Ange. Pau. de cast. τ Moderni. ff. de iurisditio. om. iudi. τ. l. vinū. ff. si cer. peta. (3) † Quemadmodū enim iudici excedēti iurisditionē respectu territorij impune nō paretur, ita τ impune nō paretur excedenti vltra tempus. d. l. fina. iunctis his que ibi voluerunt Albe. Ang. Pau. de cast. τ alij scribentes. Ad quod facit. l. fi. ff. de tritica. l. ratio. §. si per venditorē. ff. de actio. emp. l. nemo potest. ff. de lega. j. τ. l. quotiens in diem. cū. l. seq. ff. de verbo. obliga. Nō procedit ergo quod parte dicti Sambuci legitur allegatū in quadā eius cōparitione seu schedula exordiēte, Coriolis nouiter veniēs ad causam τc. inserta. fo. xj. quatenus ibi pretēditur eundē magistrū Grassi nimis propere τ nō expectata sentētia domini iudicis a quo causā euocasse τ literas euocatiōis eleuasse, τ ꝙ attenta assignatione sibi facta merito debuerit die assignata cōparere coram dicto Baiulo, τ saltem videre si presto esset ad sententiā ꝓferendā vel non. Quonīā respōdeo ꝙ immo nō tenebatur corā eodē Baiulo cōparere vtpote a quo in vim dicti dominicalis decreti fuerat cū iuris effectu, τ ipso facto causa euocata ante dictā diē Martis q̄ erat. xxj. mēsis Maij. Et sic eo tēpore quo nō erat iudex nec vlteri⁹ de causa predicta se intromittere poterat, nec dici potest idem Grassi nimiū propere literas euocatiōis leuasse, cū non appareat eundem adiuisse hoc venerandū appellationū tribunal, seu spectabilem quondā virū dn̄m Tossanciū garini iuriū ꝓfessorē eximiū, et illi⁹ ꝓ tēpore iudicē ante Annū predictū τ diem quartā mēsis Junij. Adijcio ꝙ ex premissis infertur etiam nō obstare dicto magistro Grassi quandā pretēsam relationē quā fecisse dicitur honorabilis vir magister Jacob⁹ leporis pretēsus notari⁹ τ que scripta est. fol. lxxxiiij. τ p quā apparere pretēditur dictū nobilē Mattheū Bonifacij Baiulū non potuisse Anno p̄dicto Millesimo. ccccxciij. τ die Jouis. xxiij. mēsis Maij ꝓcedere ad sententiā τ decisionē dicte cause ꝓpter absentiā dicti magistri Alziarij grassi. Quā respōdeo ꝙ nec ea die nec alia aliqua, post tamē quindecim dies a tempore p̄sentationis τ exhibitionis dn̄icalis decreti tenebatur idē magister Grassi cōparere corā dicto Baiulo, nec ipse Baiulus eo inuito in causa procedere vt apparet per predicta. Et hec quoad materiam euocationis.

Ceterum quoad materiam principalē de qua principaliter agi cepit per τ īter dictū magistrū Alziariū τ prefatū Henricū, videtur intētio eiusdē Alziarij fuisse τ esse sufficiēter fundata, tā per publicū instrumentū parte eius in dicta causa productū τ insertū. fol. xxxix. q̄ per cōfessionē dicti Henrici facta in respōdēdo ad singulas positiōes siue titulos parte dicti Alziarij in causa ꝓductos, τ que inserūtur. fol. lxviij. (4) † Ex quibus oībus hoc colligitur ꝙ cōtra cōuentiones τ pacta etiā iuratas τ factas tpe acapiti seu cōcessionis in emphytheosim facte de domo in actis cause lati⁹ mētionata, idē Hēricus supercēsum imposuit super domo, τ sic cōtrauenit cōuētionibus τ pactis etiā iuratis, que tamē seruari debuerunt. l. j. C. de iure emphi. τ ꝓpter quarū non obseruantiā, videt̄ licuisse dicto magistro Alziario heredi cōcessoris venire contra cōcessionē τ cōtraueniendo repetere (5) domū iure cōmissi. † Quia cū dictus Hēricus per se cōuēta τ promissa, etiā cū iuramento nō seruauerit cōsequēter nec teneri debet idē magister Alziarius ad obseruationē cōuentorū τ ꝓmissorū per nobilē quondā virū magistrū Antoniū grassi eius patrem et predecessorē. l. cū proponas. C. de pac. l. quero. §. inter locatorem. τ quod ibi Bar. ff. loca. Bal. in. l. inciuilē. C. de rei vendi. τ. c. j. col. vlti. quali. do. proprie. priue. facit. l. si ita. §. seia. ff. de verbo. oblig. τ. l. si conueniat. ff. pro socio.

Consilium. LXXX.

De promisso facti alieni iurato adimplendo.

Summarium.

1 Factum alienū promittere quo casu quis possit, τ an efficaciter cōtrahatur obligatio. nume. 4.
2 Promittens se curaturum ꝙ alius faciet, videtur promittere factum proprium.
3 Juramentū operatur vt quis obligetur omni meliori modo quo possit.
5 Obligatio ad interesse post moram succedit in obligationibus faciendi.

(1) Quamuis † quis factū alienū regulariter ꝓmittere nō possit, et si ꝓmiserit nō teneatur. l. stipulatio ista habere licere. in princ. τ quod ibi docto. ff. de verb. obliga. Hoc tamē fallit quādo quis cōuenit τ ꝓmisit se facturū τ curaturū ꝙ alius faciet: quia isto casu ille qui sic conuenit τ ꝓmisit hoc facere obligatur τ tenet̄. §. si quis alium. institu. de inutili. stipula. no. Bar. Ang. Joan. de imol. Alexand. de imol. τ docto. in. d. l. stipulatio ista habere licere. in prin. τ Ange. are. in. d. §. si quis aliū. Quinimo vt videt̄ sentire Joan. fab. in. d. §. si quis aliū. τ apertius Jo. de imol. τ Alex. de (2) imol. in. d. l. stipulatio ista habere licere. in prin. † Promittens se curaturū τ facturū ꝙ alius faciet videtur ꝓmittere factū propriū suijpsius ꝓmittentis. l. quotiens quis. ff. de verb. oblig. quod etiā voluit Ange. are. in. d. §. si quis aliū. Quo fit vt cū venerabilis vir dn̄s Guillielm⁹ de serro p̄sbyter, nō solū cesserit, quittauerit, desamparauerit, τ remiserit vice τ nomine ꝓuidi viri Lācelini de serro eius fratris nobili τ honorabili viro Jacobo de orseria, tūc presenti stipulāti τ recipiēti ꝓ se τ suis tenementū seu forestā de quo in actis ac etiā iura τ actiōes, que τ quas idē Lancelinus habebat τ habere poterat in foresto hmōi domibusq̄, terris, pratis, τ alijs iuribus τ pertinētijs eiusdē Foresti, sed etiā cōuenerit promiserit τ etiā ad sancta dei euāgelia iurauerit, hec omnia attēdi, approbari, τ ratificari facere per eundē Lancelinū eius fratrem in debita τ efficaci forma τ sub expressa obligatiōe τ hypotheca omniū τ singulorū bonorū suorū, τ cuiuslibet eorundē mobiliū τ immobiliū presentiū τ futurorū, teneatur τ astringatur idē do. Guillielm⁹ ad faciendū attendi, approbari, τ ratificari per eundē Lancelinū cessionem, remissionē, desamparationē, τ quittationē superius mentionatas, τ per ipsum dn̄m Guillielmū factas dicto nobili Jacobo. Ad qd̄ etiā teneretur ratiōe iuramenti per eundē prestiti, ꝑ id quod not. Cuma. τ Roma. in. d. l. stipulatio ista habere licere. Pro quo allegatur tex. in. c. ex literis. le. ij. cum ibi not. de spōsa. et (3) etiā † quia iuramentū facit vt quis videatur velle obligari omni eo meliori modo quo potest. l. cū pater. §. filius matrē. ff. de lega. ij. (4) τ quod not. Bart. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. † Et sic perinde est promittere factum alienum cū iuramento, ac si promittens promitteret se curaturum aut facturū ꝙ alius faciet, quo casu sine dubio tenet promissio. d. §. si quis aliū. et in. l. si quis heres iussus. ff. de lega. j. τ voluit glos. in. d. l. stipulatio ista habere licere. in prin. in verbo, videtur. Et ꝙ promittens cum iuramento factum alienum efficaciter obligetur. voluit Ange. τ Joan. de imol. in. l. inter stipulantem. in prin. ff. de verbo. obliga. τ Bald. in. l. fina. C. de nō nume. pecu. de quo est bonus text. secundum vnū intellectū in. c. ex rescripto. in fin. τ quod ibi Abbas modernus. de iureiurā. Cōcludo igitur nulli esse dubiū, quin ipse do. Guillielmus teneatur propter cessionem, remissionem, desamparationem, τ quittationem per eum factas iuncta iurata promissione de faciēdo hec attendi, approbari, τ ratificari per dictum Lancelinum eius fratrem: τ quin do. Guillielmus ad hec fieri faciēdum potuit et potest peti, condemnari, τ compelli. Et quia idem do. Guillielmus fuit τ est morosus in fieri faciēdo predicta, ipse tenetur ad interes-(5)se, pro eo † quia in obligationibus faciendi succedit obligatio ad interesse post moram. Ad quod solet allegari per doct. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudi. quod bene probatur in. l. stipulationes nō diuiduntur. versi. celsus. in glo. τ quod ibi docto. ff. de verbo. obligatio. in. l. j. in princi. in verbo, agitur. ff. de actio. emp. τ in. l. fina. cum simili. ff. si quis in ius vocatus non ierit.

Cōsilium. LXXXI.

De legato testatoris dicentis se tantum legare res suas, τ de libello generali, τ de mortuo saisiente viuum.

Summarium.

1 Testator res heredis sui vel rem cōmunem sibi τ heredi, an τ quando legare valeat.
2 † Ceterum presupposito citra preiudicium veritatis quod statutū huiusmodi locum sibi vendicet, nihilominus videtur quod oblatio quam in iudicio fecisse pretenditur prefatus Ludouicus asserto tutorio nomine dicti Petri de campis nō fuit sufficiens. Tum quia cū illa facta extiterit ad eos fines, vt parte dicti de Campis, cuius nomine fieri pretendebatur oblatio acquireret actio, nō sufficiebat pecuniā in iudicio et realiter offerri, sed etiam requirebatur consignatio et depositio pecunie oblate. l. si a te. C. de pac. inter empto. et vendit. l. qui mutuum. §. j. ff. manda. et. l. nec creditores. C. de pigno. actio. quod etiam voluit Bart. in. l. acceptam. colū. j. versi. quero secundo. ibi, si vero est res que poterat consignari etc. C. de vsu. Et idem voluit ibi Ange. colū. ij. versic. secundo videamus quid operatur etc. et in. l. si mora. ad fi. ff. solut. matrimo. Tum et quia esto quod non fuisset opus consignatione et depositione ea forte ratione, quia pretenditur statutum potius accedere ad naturam vltime voluntatis quam contractus, super quo pro nunc non existo. Adhuc tamen nō valuisset nec valet oblatio, pro eo quia non apparet pecuniam fuisse numeratam, et per cōsequens nec apparet quod tota oblata extiterit, quinimo nec prefatus Rosseti legitur asseruisse quantum esset pretiū vinee superius mentionate, nec quantam pecuniam offerret, quod tamen videbatur necessarium, per id quod not. Barto. in. l. cum seruus. ff. de condi. et demon. quod etiā fuit de mente Bal. in dicta. l. acceptam. versi. vndecimo quero etc. et Joan. de Imol. in dicta. l. si mora. col. ij. versic. an autem eo casu quo pecunia realiter offert etc.

3 † quatenus volunt docto. prefati non sufficere quod pecunia offeratur in marsupio seu folle aut sacculo, nisi sint testes qui pecuniam huiusmodi viderint numerari, et deinde poni in sacculo et postea videant hanc pecuniam quam numerari et poni in sacculo viderāt offerri in sacculo, quia nisi ita fieret secus esset, cum de facili posset esse quod minor esset pecunia in sacculo, et ideo non sufficeret. pro quo solet allegari. l. j. §. si cista. et quod ibi glo. ff. depo. Et hec sola ratio videtur mihi pro nunc sufficere ad impugnationem dicte oblationis nisi aliter doceatur de quantitate pecunie oblate. Preterea hic est aduertendum quod dictus Rosseti innitebatur duabus vijs pro retractione seu retentione vinee prementionate. Prima quidem in qua dicebat vineam huiusmodi ad se pertinere et se in ea habere actionē iure sibi cesso et remisso. Secunda vero in qua dicebat quod in eum casum in quem idem de Campis nullū ius haberet in vinea, volebat illam retinere iure proximitatis insequendo statutum etc. et cum peteretur per dictum Bezelli interrogari qua via vellet inniti: ipse captauit terminum ad deliberandum et cum pecunia re-

4 uersus est. † Ex quo colligitur et apparet eum non pure obtulisse sed conditionaliter sub conditione, videlicet si nullum ius haberet, et ita non videtur voluisse tunc dare pecuniam quam se offerre dicebat, et sic non videtur valuisse oblatio, etiam si in alio nō peccasset, vt videtur voluisse Bal. in dicta. l. acceptam. versic. quarto quero. per. l. perfectam. C. de dona. que sub mo. Et hoc in cōditione extrinseca, cuiusmodi videbatur esse illa sub qua offerebatur, quamuis secus sit in cōditione intrinseca. Ex quibus omnibus infertur dictum de Campis non videri posse retinere dictam vineā in vim facte oblationis de pretio infra tempus.

5 † Opponitur autem parte dicti de Campis quod tempore facte oblatiōis esset forte impubes vel alias minor. xxv. annis, et quod propterea fuerit et sit tutus ipso iure. l. fi. C. in quibus cau. in integ. restitu. non est neces. vel saltem per beneficium restitutionis in integrum per iura allegata in causa. Sed hec non obstant, et primo quidem non quod opponitur de dicta. l. fi. Quoniam respondeo quod dicta. l. fi. loquitur in prescriptionibus temporalibus inductis a iure cōmuni, quas lex potuit preuidere, non autem in consuetudinarijs vel statutarijs quas lex preuidere non potuit. argu. c. j. de constitu. in sexto. Et hoc videtur fuisse de mēte Inno. et Joan. an. in. c. constitutus. de in integrum restitu. et Specula. eodem titu. §. ij. versic. hoc autem. vel etiam possumus respōdere prout voluit Barto. in dicta. l. fi. et in. l. emilius. et plenius in. l. etiam. ff. de minori. dicta. l. fi. loquitur quando per cursum temporis agitur de afferendo detrimento minori, eo enim casu lex impedit cursum temporis. Sed quando cursus temporis non ordinatur ad detrimentum seu damnum minori afferendum sed ad tollēdum lucrum quod alias habere poterat minor, tunc non impeditur cursus temporis, nec habet locum dicta. l. fi. Et ita procedit. c. constitutus. de in integrum restitu. quod etiam ibi voluerunt Anto. de butri. et Panormita. et iste est casus noster. cucurrit ergo tempus, et sic non fuit nec est idem Petrus tutus ipso iure.

Nec etiam alio non apparētem iuuandus est beneficio restitutionis in integrum, quia non est probatum, quinimo nec propositum, quod ex retentione dicte vinee pro pretio quo vendita est sit idem Petrus lucrum reportaturus. Non etiā apparet quod si esset minor de quibus tamen apparere oporteret. dicto. c. constitutus. et per alia iura allegata in causa. Etiam nec apparet quod esset proximior de quo etiā deberet apparere, quia qui petit se admitti vt talem debet se probare esse talem. l. nō ignorat. C. qui accusare non pos. iam in causa allegata.

Consilium. XCVIII.

De pacto legis cōmissorie ab initio in pignore inter emptorem et venditorem interposito cum iuramento, et de actione pigneratitia cōpetente heredibus debitoris ad repetendum pignus in quo fructus in sortem computantur.

Summarium.

1 Pactum legis cōmissorie in pignoribus a lege reprobatum odio creditoris an cōfirmetur iuramento. et nu. seq. 8.
2 Lege prohibente contractum odio speciali non valet iuramentum.
3 Juramentum quo ad vinculum periurij non transit in heredem, vel in alium successorem.
4 Juramento sublato per episcopum relaxantem vel dispensantē, an et quando teneatur iurans seruare contractum.
5 Fructus in repetitione pignoris an veniant in sortem computandi.
6 Compensans fingitur soluere.
7 Juramentum vel per equipollens vel in casu ficto sufficit adimpleri.
9 Pactum legis commissorie ab initio in pignoribus inter emptorem et venditorem interpositum, in duobus tantum casibus approbatur.

Uto quod rationabiliter vel alias sine calumnia negari nō possit quin pactū quod olim fecisse pretenditur nobilis et honorabilis quondam vir Albertus fabri loci Laberti prouido viro Joāni crescentis eiusdem loci, quo videlicet idem nobilis Fabri casu quo dicto Crescētis vel suis summam centum et quinquaginta florenorum in termino de quo ibi non soluisset eidem Crescentis vendidisse dicitur et venditionis titulo cessisse et cōcessisse pratum de quo ibi ipsi Crescentis pro debito predicto expresse et specialiter, eo tunc et ante venditionem huiusmodi obligatum

1 fuerit, † et sic pactum legis commissorie quod vtpote a lege in pignoribus improbatum et damnatum non valuit, vt probantur hec per ea que habentur in. l. prima et fina. et quod ibi docto. C. de pact. pigno. et. c. significante. et quod ibi Innocen. Hostiē. Joan. andreas in nouel. Joannes de Imol. Panormita. et docto. de pigno. et Bartolus in. l. quāuis. alias incipit, calipodius. ff. de solut. Et non solum non valuisset dictum pactum si in eo vel ad ipsius confirmationem iuramentum prestitum non extitisset, sed nec etiam valuit ratione iuramenti quod in eo interuenisse pretenditur, quia quamuis super hoc fuerint opiniones, an videlicet pactum. l. commissorie confirmetur iuramēto in pignoribus, illa

tamē est de iure communi et verior que habet ꝙ pactum huiusmo di non firmetur iuramento. quam etiam tenuit Bart. in. l. si quis pro eo. versicu. quarto dixi ꝛc. ff. de fideiusso. et ſm eum illa fuit de mente Innocē. in. c. significante. de pigno. quod etiam affirmauit et sequitur Joan. de Imol. in dicto. c. significante. colum. viij. ver. sed aduerte in q̃tum dixi pactum istud improbatum ꝛc. et in repe titione. c. cum cōtingat. in principio quarti membri. de iureiurā. allegans Barto. in dicta. l. si quis ꝓ eo. colum. iiij. versicu. quarto dixi ꝙ ꝓhibetur contractus odio creditoris. ff. de fideiusso. Hanc opinionem etiam tenuit Joan. an. in addi. Specu. titu. de cōclu. et renuntiatio. §. j. ver. et quia hic in addi. exordiente, Ex quo au tor ꝛc. ſm Bald. qui ita refert ꝛ affirmat in. l. j. C. de pac. pigno. Et q̃uis idem Bal. in dicta. l. j. tenuerit contrarium, ipse tamen vide tur tenuisse primam partem. ff. de iureiuran. in rubri. columna. ij. versi. quidam dicunt ꝙ aut iuramentum ꝛc. ibi, aut odio speciali.

2 † vbi dicit Bal. ꝙ quando lex prohibet contractū odio speciali, tunc non valet iuramentum, et ibi ponit exemplum in Macedo niano. Illud autem certum est ꝙ pactū legis cōmissorie reproba tum est in pignoribus odio creditoris, vt satis colligitur in dicta l. fi. C. de pac. pigno. et voluit Barto. in dicta. l. si quis pro eo. versi. quarto dixi. vbi etiam idem voluit Ange. et Joan. de Imol. in di cto. c. significāte. in multis locis. Flo. et Sali. in dicta. l. j. C. de pac. pigno. et idem Alber. C. eo. titu. super rubri. et Odofre. in dicta. l. fi. illo eo. titu. fuit ergo de mente Bal. in ver. superius allegato, ꝙ iuramentum cōfirmaret pactum legis commissorie. Et idem te nuit Cy. et docto. communiter ꝓut refert Albe. C. de pac. pigno. in rubrica. qui videtur etiam huic opinioni tanq̃ vltimo recitāti adhesisse. per id quod not. glo. in. l. qui filium. §. sabinus. ff. ad tre bel. et quod voluit Bal. et moderni in. l. si idem cum eodem. §. fi. ff. de iurisdi. omniū iudi. Idem etiam tenuit Joan. fabri. in dicta. l. fi. C. de pac. pigno. et Ange. in dicta. l. si quis pro eo. colū. j. versicu. idem in pacto legis commissorie. Idem etiam fuit ibidem de mē te Pau. de cast. colum. ij. ibi, aliquando autem iuramentū est ser uandum ꝛc. vbi dicit ꝙ licet eo casu quo cōtractus est reprobatus odio creditoris iuramentum per debitorem ꝓ̄stitum seruandū sit, illud tamen contractū nō confirmat. Certum est autē ꝙ pactum legis cōmissorie reprobatū est in pignoribus, principaliter odio creditoris: licet secundario hoc factum sit, etiā fauore debitoris. Et licet iuramentum huiusmodi obliget iurantem ad non cōtra ueniendum, nisi prius obtenta relaxatione aut dispensatione iu ramenti huiusmodi, que cōcedi potest ꝛ debet, vt not. docto. in di cto. c. significante. Ad quod faciunt. c. j. et. c. debitores. et quod ibi docto. de iureiurā. Hoc tamen non obesset nec obest nobilibus et honorabilibus viris magistro Claudio fabri et Joanni fabri di cti quondam nobilis Alberti filijs naturalibus ꝛ legitimis ꝛ vni uersalibus heredibus cum beneficio inuentarij, nūc pignoraticia actione agentibus, ꝓ repetitione dicti prati contra Colinum cre scentis filium et heredem prefati quondam Joannis,

3 † quia iura mentum quo ad vinculum periurij, vtpote personali non transit in heredem vel in alium successorem. not. Inno. et docto. in. c. veri tatis. de iureiuran. Bal. et alij in auten. sacramēta puberum. C. si aduer. vendi. Et vt colligitur ex dictis Pau. de castro. in dicta. l. si quis pro eo. colū. ij. versi. et ex hoc sequitur et apertius ex his q̄ no. Christo. por. institu. de here. quali. ꝛ diffe. §. extraneis. ad fi. et do. Jason may. in dicta aut. sacramēta puberū. col. x. ver. et si dicas q̄ vtilitas est ꝛc. multū refert an cōtract⁹ seruādus sit virtute cōtra ctus, an vero seruādus sit in vim iuramēti: qꝛ primo casu tenenẗ ad illius obseruationē etiā heredes cōtrahentis qui iurauit, et hoc ꝓ eo: qꝛ cōtractus esset validus et efficax, etiam quo ad eos. In sc̄do vero casu q̄uis contrahens teneatur propter vitandum periuriū ad obseruationē contractus per eum iurati, eius tamen heredes non tenentur: quia vt predixi, iuramentum quo ad vinculum per iurij est personale et non transit ad heredem cōtrahentis, et sic nō tenetur heres propter vitandum periurium obseruare talem con tractum. Non etiā tenetur ad illius obseruationem ꝓpter illius efficaciam, quia ille supponitur non fuisse iuramento confirma tus, sed illo non obstante remansisse in sua inefficacia.

4 † Hinc di cunt docto. in dicta. l. si quis pro eo. in. c. cum contingat. ꝙ sublato iuramento per dispensationē vel relaxationem episcopi non te netur vel obligatur iurans seruare contractum, secus autē eo casu quo contractus confirmatur iuramento, vt elegāter voluit Pau. de castro in dicta. l. si quis pro eo.

5 ¶ † Possunt ergo dicti nobiles Claudius et Joannes fabri, nō obstante iuramento prestito per dictum nobilem Albertum eorū quondam patrem repetere pratum predictum actione pignorati cia, satisfacto de pretio predicto seu eo quo superest, deductis fru ctibus perceptis et qui percipi potuerunt per prefatos Joannem et Colinum crescentis, vt probantur hec in. l. j. et. ij. C. de pignora. actio. et. c. ij. et quod ibi glos. et docto. de vsu. et in. l. si rem. ff. de pi gnora. actio. et. l. ne creditores. cum suis simili. C. eod. titu. debent enim fructus huiusmodi saltem consumpti et qui percipi potue runt nec sunt percepti in pretium seu sorte imputari. per dictā. l. j. et. ij. et allegatum. c. ij. de vsu. Et intelligo satisfactum quoad hoc, vt efficaciter agere ꝛ experiri potuerint dicti nobiles Claudius ꝛ Joannes actione pignoraticia, etiam per solam oblationem iu dicialiter factā de pretio predicto seu eo quod superest, deductis fructibus antedictis. per id quod habetur in dicta. l. si rem. §. fi. ff. de pignora. actio. et quod volunt omnes scribentes in. l. acceptam. C. de vsu. et in. l. si mora. ff. solu. matrimo.

¶ Nec opponat aliquis ꝙ imo non debeant fructus in sortem imputari aut cum ea compensari, obstante iuramento prestito per ipsum nobilem Albertum. c. ad nostram. le. j. et quod ibi per docto. magis communiter de iureiu ran. Quoniā respondeo ꝙ istud non obstat. Tum quia non appa ret ꝙ in casu presenti quod interuenerit iuramentū prestitum sub ea forma, sub qua Joannes Andreas et alij sentiunt illud fuisse prestitum in dicto. c. ad nostram. Tum ꝛ quia vt predixi, nec iura mentum in casu de quo queritur firmauit contractum nec dictos nobiles Claudium et Joannem obligat ad obseruantiam cōtra ctus, vt predixi. Cuius contrarium erat in casu dicti. c. ad nostrā.

6 † Tum etiam quia compensans fingitur soluere. l. si peculiū. §. j. ff. de statu. libe.

7 † Sufficit autem iuramentū vel per equipollens vel in casu ficto adimpleri, vt voluit Bart. Ange. et Rapha. in. l. amplius. ff. rem rat. habe. quos sequitur Alexan. de Imol. cōsilio xij. colū. fi. in secundo volumine. et mouentur Barto. Ange. ꝛ Ra pha. in dicta. l. amplius, bonis rationibus. Pro quibus etiā vi detur benefacere. c. ex parte. le. ij. de cler. non residen. vbi probatur ꝙ iuramentum verificatur in casu ficto: nam ille de quo ibi iraue rat residere. et dicitur ꝙ nihilominus seruat iuramentū se absen tando pro negotijs ecclesie, quia censeri debet residens. Etiā nec obstant proposita et deducta parte dicti Crescentis in quibusdā eius pretensis articulis exordientibus, Ad ostendendum de iniu stis ꝛc. Quoniā esto ꝙ illi pretensi contractus de quibus in dictis articulis precessissent, hec tamen fuit et est veritas ꝙ idem quon dam nobilis Albertus confessus fuit et recognouit se debere ꝛ sol uere teneri prefato Joanni crescentis dictam summam centum et quinquaginta florenorum, et hoc ratione ꝛ ex causa pretensi veri ꝛ legitimi mutui eidem prestitorum, prout legitur in instrumento parte dictorum heredū in hac causa ꝓducto, cui standū est postq̄ nec probatur nec ꝓponitur contrarium. l. cum precibus. et quod ibi glo. ꝛ docto. C. de proba. Et ita non procedit quod ex aduerso pretenditur in dictis articulis, scilicet ꝙ ipse Crescentis non erat principalis creditor, sed venit ad liberandum dictum nobilē Al bertum ab obligatione qua tenebatur fratri Guillielmo galberti, et ꝙ venit ad obligationem tanq̃ tertius, quia respondetur ꝙ li cet ante mutuum de quo supra idem Crescētis creditor nō existe ret, ipse tamen per mutuum huiusmodi factus est creditor princi palis ꝛ vnicus, et qui reuera ad obligationem qua tenebatur idē quondam nobilis Albertus prefato fratri Galberti non accessit nec principaliter vel accessorie pro eodem se obligauit apud dictū fratrem Galberti, sed ex pecunia olim sua et per eum ipsi Alberto mutuo numerata fuit idē nobilis Albertus ab obligatione qua eidē fratri Galberti tenebatur liberatus, et sic pro defensione di

8 cti pacti et ipsius Crescentis † nihil facit. l. si. primo responso. ff. de contrahen. emptio. ꝛ vendi. et quod per illum tex. no. Cy. Bar. Albe. et docto. in dicta. l. fi. C. de pac. pigno. et Bart. in dicta. l. ca lipodius. ff. de solu. quatenus volunt ꝙ pactum legis commisso rie appositum inter debitorem ꝛ fideiussorem vel extraneum non reprobatur etiam in pignoribus. Quoniā vt predixi dictus Jo annes crescentis non fuit fideiussor vel al's accessori⁹ debitor. Nec etiam fuit extraneus, sed vt dixi verus creditor. Non dico quo ad dictos pretensos primos contractus, sed quo ad dictum contra ctum mutui centum ꝛ quinquaginta florenorum, et ꝓ cuius obtē tione dedit pignori idem Albertus pratum de quo in actis mul to maioris pretij q̄ esset dictum mutuum. Nec deducitur aliquid in dictis articulis ꝙ refragetur quominus rationes per quas re probatum est in pignoribus pactum legis commissorie, et de qui bus per docto. in iuribus superius allegatis. et in. c. significante. sibi locum vendicauerint ꝛ vendicent in hoc casu.

¶ Preterea nec etiam refragā tur seu obstant proposita et deducta in quibusdam alijs articu lis parte dicti Colini rei in hac causa productis exordientibus, Excipiendo contra et aduersus deducta ꝛc. quia supposito citra preiudicium veritatis ꝙ illa probarentur vel vera essent prout non videntur, nihilominus tamen fuisset et esset pactum de quo supra pactum legis commissorie, vt clare colligitur ex verbis sue

sue conceptionis. iunctis not. per scribentes in dicta. l. prima. & fi. C. de pac. pigno. c. significante. et. l. calipodius. supra sepius alle-
9 gatis. Fuisset insuper et esset pactum reprobatum, † quia pactum legis commissorie & sibi simile ab initio in pignoribus inter debitorem & creditorem interpositum est regulariter reprobatum. dicta. l. j. et fi. et. c. significante. a qua regula non excipiunt nisi duo casus. vt colligitur ex not. per Barto. in dicta. l. calipodius. et. l. creditores. colum. iiij. C. de pigno. et per alios in. l. j. et fi. et. c. significante. sepissime allegatis. quorũ primus est quando res pignori data venderetur aut daretur in solutum, seu vendi aut in solutum dari promitteretur pretio iusto, tunc enim valeret pactum. l. si fundus. §. fi. ff. de pigno. Justum autem pretium estimaret bonus vir, id est iudex. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligatio. et est expressum in casu isto. in. l. fi. in fi. C. de iur. dominij impetran. vbi non fuisset prouisum per contrahentes de estimatore, quod fieri posset. vt voluit Barto. in dicta. l. fi. C. de pac. pigno. Secũdus casus est quando res fuisset simpliciter vẽdita, vel promissio simpliciter facta de ea vendenda, eo casu quo pecunia infra terminũ nõ solueretur. Tunc enim etiam valeret pactum, quia intelligeretur rem fuisse venditam aut factam promissione de vendendo pretio iusto. dicta. l. si fundus. in fi. quod etiam voluerunt docto. in iuribus superius allegatis. Regula ergo reprobatiua pacti legis cõmissorie in pignoribus firma manet in alijs casibus, quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. quesitum. §. denique. cum suis simili. ff. de fundo instruc. Cum igitur pactum predictum fuerit et sit, vt sepius dictum est, pactum legis commissorie factum in pignore. Palam infertur illud fuisse a sui natiuitate et esse illicitum et per legem reprobatum.

Consilium. XCIX.

De petitione summaria in iudicio proposita in qua nõ fuit petitum reum condemnari, sed ad petita compelli.

Summarium.

1 Petitioni summarie in libello quid sufficiat cõtinere vt de iure procedat.
2 Sententia debet esse conformis libello.
3 Petitio & sententia an valeant sine verbo condemno.
4 Libelli verba debent interpretari pro libellante, et vt libellus sustineatur.
5 Antecedẽs videtur petere qui petit cõsequens, vt in petẽte executionẽ, quia condẽnationem videtur petere.
6 Uerecundia est recusare qđ pacto nudo promissum est.
7 Recusans peccat.
Peccat qui peccanti cooperatur.

Quãuis multa allegẽtur parte Mãsoni Bartholomei loci Canareli contra et aduersus libellũ seu summariam petitionem & intentonẽ prouidi viri Guillielmi alexandri de Montesecuro. Ego tamẽ existimo sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis eundẽ Alexãdri fouisse & fouere bonam causam, vtpote cuius libellus seu p̃dicta summaria petitio de iure ꝓcedebat et ꝓcedit, et q̃ si non calũniamur depositiones testiũ parte ipsius Alexãdri in causa productorum fuit et est sufficiẽter et legitime fun-
1 data. † Et quidem ꝙ petitio huiusmodi fuerit & sit sufficiẽs, ideo patet: quia illa continebat et cõtinet nomina actoris & rei, ac etiã nomen iudicis, habita relatione ad acta. Continet preterea rem petitam et aptam causam petendi, que quinque videntur sufficere. per id quod not. Hostien. in. c. j. de libel. obla. et Specu. titu. de libelli concep. §. quid libellus comprehendit &c. Cui petitioni non obstãt ex aduerso allegata in quadam schedula exordiẽte, Ineptitudo libelli seu petitionis &c. parte dicti Mansoni in hac causa producta et inserta fo. lxxxix. quia quicquid dixerint Bart. in. l. si cum nulla. de re iud. & Bal. in. l. j. C. de executiõe rei iudicate. libellus seu petitio procedit etiam si in ea non expresse petatur reum condemnari ad petita, sed dũtaxat petitum extiterit eum ad peti-
2 ta huiusmodi cogi et compelli. argu. l. in summa. in principio. ver. solui iusserit. ff. de re iudi. que sic inducitur. † Certum est enim ꝙ sententia debet esse conformis libello. l. fi. C. de fideicommis. liber.
3 et. c. licet heli. de symo. † Quo fit vt cũ appareat in dicta. l. in summa, valuisse sententiam in qua sine verbo condemno reo p̃ceptum est ꝙ solueret, consequenter inferatur etiam valuisse petitionem in qua omisso verbo condemno petebatur eidem precipi vt solueret, alias enim non fuisset sententia libello conformis. Preterea ꝑ hoc facit, quia ex quo actor offert libellum seu petitionem, ipse ta-
4 cite protestatur ꝙ velit ordinarie agere. † Adijcio preterea ꝙ verba libelli seu petitionis debent interpretari pro libellante, et etiã impropriari vt libellus sustentetur. Hec probantur per ordinem in. l. si quis intentione. ff. de iudi. l. sed et si possessori. §. item si iuranero. cum ibi not. et quod ibi Barto. ff. de iureiuran. et Bart. in. l. si olei. per illum text. cum glo. C. loca. et in. l. insulam. per illũ text. ff. de prescript. verbis. et in. c. constituto. et quod ibi docto. de religio. domi. Pro quo facit quod voluit Innocen. in. c. conquerẽte. de offi. ordi. et hanc partem contra Barto. tenuit Joan. de Jmol. in dicta. l. in summa. Antonius de butri. et idem Joan. de Jmol. in. c. examinata. de iudi. et Alexander de Jmola in dicta. l. si cum
5 nulla. † Pro quorum omnium dicto facit, quia petens executionem, et sic cõsequens videtur petere condemnationem, et sic antecedens. argu. l. illud. ff. de acquiren. heredi. et. c. ex parte. de sponsa. Et hanc partem videtur tenere Panormita. in. c. j. colũna. ix. de litis contesta. Et hec pars videtur esse de iure verior, et ita nec ab initio nec postea opponi potuit, nec etiam potest de p̃tensa nullitate dicte petitionis. Et sic cessant contẽta in dicta schedula exordiente, Ineptitudo libelli &c.

Preterea etiam nec obstant allegata in alijs schedulis contra intentionem predicti Alexandri, scilicet quatenus in eis pretenditur intentionem eiusdẽ Alexandri non fuisse et esse sufficienter probatam, quoniã salua pace sic opinantis, immo fuit sufficienter probata. De ea enim testificantur et deponunt ad minus duo aut tres testes, scilicet ꝙ idem Mansonus dicto Alexandri responderit ꝙ dabat seu concedebat reachetum seu gratiam redimendi terram de qua in actis. Cui profecto resistere non deberet, si tamen probus est et bonus com-
6 pater dictus Mansonus reus, etiam si hoc se facturũ nudo pacto conuenisset, † quia vt dicit Barto. in. l. quintus mutius. ff. mãda. Est aliqua verecundia recusare quod pacto nudo promissum est.
7 Et † vt dicit Panormit. in. c. j. de pac. recusans peccat. quod si ita est, ergo et consulens: e quia qui peccanti cooperatur, etiã peccat. s(ecundu)m Theologos. per id quod dixit propheta. immo Deus ꝑ prophetam ad Josaphat regem auxilio prebẽtem Achab regi pessimo. Jmprobo prebes auxilium, ideo iram dñi mereris.

Consilium. C.

De transmissione iuris deliberandi.

Summarium.

1 Hereditas nondum adita an transmissibilis.
2 Hereditatem filiofamilias delatam pater nolente filio, an possit adire.
3 Hereditas adiri vel acceptari infra quod tempus debeat.
4 Depositiones testium obscure contra producentem sunt interpretande.
5 Filius an possit adire sibi delatam hereditatem sine paterna licẽtia & autoritate, et quid si pater recuset consensum.
6 Transmissio vbi supersunt ascendentes defuncti non fit ꝑ descendentem ad eius ascendentem.
7 Argui non potest de transmittenda hereditate ad ius deliberãdi transmittendum, tanquam in valde diuersis.

Non videtur ꝙ prouidus vir Joannes anglesij victoriam obtinere debeat in quadam ciuili causa dudũ mota et pendente indecisa per et inter eũdem Joãnem nomine quo in actis ex vna parte, et honorabilem virum Joannem tricaudi et honestam mulierem Margaretam eius vxorẽ ex alia. Pro cuius dicti faciliori declaratiõe p̃mitto ꝙ in causa hm̃oi agit de tertia parte bonorũ et hereditatis honeste mulieris Guicharde tricaude filie quõdã naturalis & legitime dictorum Joãnis tricaudi & Margarete

quā idē Joānes anglesij spectare et ptinere pretendit per media, de quib⁹ in actis Fracisco anglesij eius filio, cui⁹ administratorio noīe hanc tertiā partē in causa petijt. Premitto insuper qđ licet hereditas dicte quondam Guicharde ab intestato et sine liberis vita functe dici possit fuisse delata, non solum prefatis Joanni tricaudi et Margarete coniugibus, sed etiam Peronete tricaude eiusdem Claudie sorori vtrinqꝫ coniuncte cuilibet videlicet pro tertia parte. aut. de heredi. ab intesta. §. consequens. et §. seq. colla. ix. et transumptiue in aut. defuncto. C. ad tertu. Illa tamen non pbatur fuisse per pfatam Peronetam adita, qđ tamen opus erat ad hoc vt eidē Peronete quereretur, et deinde Antonio anglesij eius ptenso filio. † Non em̄ potuit eadez Perona tertiā partem predicte hereditatis per eā non aditam transmittere ad dictū Antonium. l. qm̄ sororem. C. de iu. delibe. Nec his obstat quod ex aduerso ptenditur eandē hereditatē p dicta tertia parte fuisse per prefatā Peronam aditā vel acquisitam pp̄ter pductionem certarum schedularū, vel alias cōparitiones olim factas per dictū Joannem tricaudi, vel honorabilē viruz magistrum Joannē iuliani pretensum pcuratorem in quadā ciuili causa dudum mota cōtra Stephanum le cueur. Qm̄ respondeo q̄ non apparet eūdem Juliani habuisse mandatum a pfata Perona, vel a dicto Joāne tricaudi de voluntate eiusdem Perone. † Nec etiam apparet q̄ idē Tricaudi pater herereditatē dicte Guicharde adierit etiam nomine dicte Perone, et de ipsius voluntate vel cōsensu, quod tamē erat necessarium ad hoc vt ipsi Perone quereretur p dicta tertia parte, postq̄ supponitur eandē Peronam fuisse tunc maiorē septē annis. Pro quo allegasse sufficiat. l. filiofamilias. C. de iu. delibe. l. cum nō solum. §. vbi aut̄. le. ij. C. de bo. que liber. et quod no. glo. ꝛ docto. in. l. si infanti. C. de iu. delibe. Non ergo potuit vel potest idem Joannes anglesij ptendere pdictam tertiam partē spectare ad dictum Francisum eius filium tanq̄ primo acquisitū per pfatam Peronam, et deinde transmissam ad Antoniuz anglesij eius filiū, et postea ad Franciscum patrem eiusdez Antonij ꝛ filiū huius Joannis actoris.

† Et presupposito q̄ prefata Perona sciuisset mortē dicte quondam Guicharde, insuper et q̄ ipsa sciuisset hereditatē dicte Guicharde sibi fuisse p tertia parte delatam, et pp̄terea infra annum transmisisset ius deliberādi ad dictum Antonium eius filium: non tamen videretur q̄ ex capite transmissionis iuris huiusmodi idē Joānes nomine quo in actis obtinere debeat, quia non apparet q̄ ipse Antonius vel etiā Frāciscus eius pater aut alius adiuerit vel acceptauerit hereditatem dicte Guicharde infra annuz a tēpore mortis illius. Hoc em̄ non probant pbus vir Guigardus laymedieu, et venerabilis vir dn̄s Antonius berlis presbyter parte dicti Anglesij in causa pducti ꝛ examinati super. xxvij. articulo libelli parte eiusdem Anglesij in causa pducti. Et primo quidē nō dictus Laymedieu, quia ille nihil dicit de anno: non etiam secūdus, quia licet loquatur de anno, non tamen loquitur de anno mortis dicte quondam Guicharde, sed de anno mortis Perone prime vxoris dicti Francisci anglesij et Antonij cōmunis filij. Nec iuuātur depositiones horū duorum testium p depositiones testium examinatorū in alia causa sup. ix. articulo schedule exordientis, Pro declaratione ꝛc. quia ille articulus quatenus loquitur tempore mortis dicte Guicharde est obscurus, cum in eo dicatur eam mortuam de mense Decembris vel circa. † Et sic depositiones eoꝝ qui dicunt contenta in eo esse vera sunt obscure, que propterea debent interpretari contra pducentē. c. in presentia. de pba. not. Bart. ꝛ Alex. de Jmol. in. l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de verbo. obliga. Non ergo pfuit aut prodest eidem Anglesij pui⁹o legis cum antiquioribus. C. de iu. delibe. quia ad hoc vt prosit opus est q̄ ille ad quem transmissum est ius deliberandi eo iure vtatur, et q̄ adeat hereditatē infra annū connumerandum ab eo tempore quo adiri potuit hereditas defuncti per eum qui ius deliberandi transmisit, vt probatur in dicta. l. cum antiquioribus. vt not. glos. super verbo, spacio. † Preterea q̄uis testes deponant de verbis dicti Francisci, nihil tamen dicunt de autoritate/ licentia/ vel consensu Joānis patris. Et ita non apparet q̄ idem Franciscus adire potuerit, vtpote non habens paternam autoritatem seu iussum aut consensum. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren. heredit. Cui⁹ non videtur obstare dicta. l. cum non solum. §. sin autē. C. de bo. que libe. quia ille §. loquitur in casu speciali, scilicet quando pater recusauit ꝛc. Hic autem non apparet q̄ dictus Joannes anglesij pater recusauerit dare autoritatem/ licentiam/ aut consensum dicto Francisco de adeundo predictam hereditatem. Nō ergo videtur potuisse adire sm̄ Ange. qui hoc not. et sequitur ibi dominus Jason may. in. l. j. C. qui admit. ad bonorum posses. pos. Uerum licet et Angel. et dominus Jason moueantur magnis fundamentis, quia tamen docto. tenent communiter partem contrariam, scilicet q̄ filiusfamilias potest etiam sine patris autoritate licentia vel consensu adire hereditatem sibi delatam, ego non multuz insisto super hac ratione.

Addo predictis q̄ supposito citra preiudicium veritatis q̄ vt dictū est dicta quondam Perona transmiserit ad dictum Antonium eius filium ius deliberādi et adeundi hereditatem dicte quondam Guicharde pro dicta tertia parte. Istud tamē non videtur obesse prefatis Joanni tricaudi ꝛ Margarete, nec prodesse dicto Francisco anglesij aut Joanni patri nomine quo in actis, pro eo quia nec pbatur nec ponit̄ q̄ idem Antonius vel Franciscus pater aut Joannes auus adiuerint hereditatem huiusmodi viuēte ipso Antonio, nec videtur ipse Antonius potuisse transmittere ad patrem hanc hereditatē pro dicta tertia parte seu ius deliberandi et illam adeundi, † quia vbi supersunt ascēdentes illius defuncti, de cuius hereditate trāsmittenda agitur, non fit transmissio per decedentem, ad quaz delata extiterat ad eius ascendentem. per id quod voluit Bald. in. l. ventre. vbi Joan. de Jmol. charta sexta. columna. ij. versic. Item scōm eum videtur fallere ꝛc. ff. de acquiren. heredi. Cum igitur in casu nostro superessent ꝛ supersint dicti Joānes tricaudi ꝛ Margareta coniuges parentes, et sic ascendentes dicte quondaz Guicharde de cuius hereditate transmittenda, immo non de transmittenda hereditate, sed de transmittendo iure deliberandi agitur, non videtur q̄ idem Antonius in preiudicium dictorum parentum transmittere potuerit hoc ius deliberandi ad dictū Francisum eius patrem, et hoc ne fiat dictis parentibus preiudicium. argu. l. fi. §. exceptis. C. qui potio. in pigno. habeant. facit. l. ij. §. si quis a liberis. ff. ad tertu. et quod no. Jaco. de bellovi. in. l. ij. C. ad orfi. Nisi forte opponat quis q̄ predicta fallant in infante. per dictam. l. si infanti. C. de iur. deliberan. Sed istud non videtur obstare, pro eo quia dicta. l. si infanti. loquitur in hereditate delata infanti, cuiusmodi in hoc casu fuit hereditas dicte Perone, de qua fateor, q̄ Antonius eius filius illam etiam non aditam transmiserit ad patrem, sed hic est sermo non de transmittēda hereditate dicte Guicharde, sed de transmittendo iure deliberandi, † q̄ sunt valde diuersa, et propterea non videtur posse bene argui de vno ad aliud. Sed forte opponet quis q̄ non solum ex iure trāsmissionis iuris deliberandi facte per Peronam ad Antonium filium potuit idem filius succedere Guicharde eius matertere, sed etiam ex persona suipsius Antonij, quia mortua Perona ante aditam hereditatez, illa tertia pars que prius delata extiterat ipsi Perone postea per successorium edictum delata est eidem Antonio, et q̄ perinde est aci tempore mortis dicte Guicharde Perona non superfuisset, sed duntaxat dicti Joannes tricaudi, Margareta et Antonius anglesij. Quo casu hereditas eiusdem Guicharde fuisset delata, non soluz ipsis Joanni tricaudi et Margarete, sed etiam Antonio nepoti. aut. vt fra. filij. §. j. colla. ix. Et sic hanc hereditatem delatam dicto Antonio per Guichardam potuit idez Antonius transmittere ad Franciscum patrem. dicta. l. si infanti. Ad quod respondeo q̄ istud posset fortasse pcedere si petita esset dicta hereditas tanq̄ delata ipsi Antonio et postea trāsmissa ad Franciscum patrem. Sed hoc nō fuit, sed petita est ex capite trāsmissionis iuris deliberandi facte per Peronā ad hūc Antoniū.

Consilium. CI.

Pro socio, et de re empta causa retinendi et nō reuendendi inter socios non communicanda.

Summarium.

1. Socij vniuersorum quid debeant communicare ad inuicem in communione.
2. Societas vniuersorum quid comprehendat.
3. Socius vniuersorum que ex questu et opera proueniunt an teneatur communicare socio id, quod per ipsum acquisitū est extra causam societatis.
4. Emptū causa retinendi ꝛ non reuendendi an debeat dici questus, vt veniat communicandum in societate.
5. Socius clam emens pro se, fraudem committit.
6. Coniecture multum operantur in his que ab animo dependent.
7. Mens talis presumitur qualis ex actibus demonstratur.
8. Uoluntas nō solum ex actibus declaratur, sed ex his q̄ sepe cōtra intentionem

intentionem proferentis proferuntur.

9 Re empta ex pecunia sociali solum pecunia pro rata vendicatur modo cōstet, aliter presumptio fit ꝑ pecunia emptis.

10 Fructus rerum ꝓprijs nominibus emptarum cōsumpti ꝑ cōmuni vtilitate sociorum communicati an videantur.

PОnitur ī facto φ diu est honorabiles viri Bartholomeus et Antoniꝰ de bellis fratres, ac Guillielmꝰ, Thomas et Luquinꝰ loze fratres loci. N. cōtraxerunt ꝛ habuerunt inuicem quādā societatem in qua posuerunt certum capitale, ex quo et cum quo prefati Antonius de Bellis et Thomas loze facientes pro tēpore residentiam in ciuitate Auenionēsi emebāt ꝛ cōparabant mercātias, veluti lanas/pannos/et alias plures ꝛ diuersi generis nominibus eorūdē Antonij ꝛ Thome, ac dictoꝝ Bartholomei/Guillielmi/ꝛ Luquini, quas deinde transmittebant vltra mōtes, et q̄ inibi recipiebantur ꝑ dictum Bartholomeū, qui etiaz ibi negotiabatur suo ꝛ alioꝝ predictorū nominibꝰ, et dictas mercātias ꝑ eum receptas vendebat aut vendi faciebat: insup et alias mercātias cōparabat ex pecunia communi ꝛ illas transmittebat p̄fatis Antonio ꝛ Thome qui illas in Auenione recipiebāt, deinde vendebant, et sic multis annis fuerunt p̄fati Antonius et Thomas in Auenione et alibi citra mōtes negotiati: et dictus Bartholomeus vltra mōtes emēdo ꝛ vendēdo suis ꝛ alioꝝ p̄dictorum nominibus: et harū suarum negotiationuz cōmoda seu lucra, redditis hincinde rationibus sibi inuicē cōmunicabant. Habebant autem p̄fati de Bellis ꝛ Loze multa alia ꝛ varia bona vltra montes, veluti p̄dia vrbana ꝛ rustica, et alia quoꝝ p̄sias seu fructus nō sibi cōmunicabāt, sed singuli de singulis: hoc est dicti de Bellis de fructibus suorū p̄dioꝝ ꝛ aliorū bonoꝝ, et p̄fati Loze de fructibus suorū bonorū ꝑ nutu disponebant. Insup habebat ipse Bartholomeꝰ aliam particularem rationē, quā seu lucra illius nō cōmunicabat p̄fatis Loze. Est verum φ durante societate p̄dicta p̄fati Antonius ꝛ Thomas existentes in Auenione cōpararunt ꝛ emerūt de pecunia cōmuni suis ipsorum Antonij ꝛ Thome dūtaxat nominibus certa predia tam vrbana φ̄ rustica, de quibus etiā obtinuerunt se a dn̄is directis dictis eoꝝ nominibus inuestiri, licet durāte societate expenderint fructus ex illis perceptis ꝑ cōmuni vtilitate eorūdem Antonij ꝛ Thome ꝛ aliorū p̄dictorum. Et q2 dicti Antonius ꝛ Thomas vita functi sunt et ab humanis decesserūt dictus vcz Antoniꝰ superstite et sibi superuiuēte honorabili viro Ponceto de bellis eius filio naturali ꝛ legitimo ac herede vniuersali, et dictus Thomas superstitibus honestis iuuenibus Francisco/Joanne/Jacobo/ꝛ Petro loze eius filijs naturalibus et legitimis ac heredibus vniuersalibus, et propterea intendunt ipsi de Bellis et Loze venire ad diuisionem bonorum communium et capitalis.

¶ Quesitum est an dicta bona immobilia per p̄fatos Antoniū et Thomā dictis eorum nominibus vt p̄dictuz est empta, debeāt cōmunicari dictis Bartholomeo/Guillielmo/ꝛ Luquino, et deinde inter eos diuidi, an ve remanere debeant heredibus dictorum Antonij et Thome.

1 † Ad quod respōdeo sub correctione cuiuslibet dn̄i melius sentientis, φ ex casus positione nō colligitur φ ista societas fuerit societas vniuersoꝝ seu omniū bonorum, sed potius colligitur ex casu hmōi cōtrariuz, iuncto eo qđ habetur in. l. j. §. fi. l. iij. §. cū specialiter. l. cū duobus. §. idem papinianus. l. si fratres. §. sociū vniuersa. et. l. societatē vniuersarū fortunarum. cū multis simili. ff. ꝓ so. Si em̄ fuisset societas omnium bonoꝝ, nulli esset dubiū quin dicta bona empta debuerint ꝛ deberent cōmunicari dictis Bartholomeo/Guillielmo/ꝛ Luquino, et deinde inter eos ꝛ p̄fatos heredes dictoꝝ Antonij et Thome diuidi. l. si quis societatē. et qđ ibi glo. ff. ꝓ so. et. l. si patruus a cōtrario sensu. et qđ ibi Bal. in princi. C. cōmuni. vtriusq3 indi. qđ etiaz voluit idem Bald. in. l. si vt ꝓponis. C. de reivendi. in. l. j. C. si quis alteri vel sibi. in. l. si socius. ff. si cer. peta. et hoc casu s̄m docto. non ꝓcedit dictū Bar. in. l. titium et meuium. §. altero. col. fi. ff. de administra. tuto.

2 † Etiam nec plene colligitur φ dicta societas fuerit societas vniuersorū q̄ ex questu ꝛ opera ꝛc. id est vniuersoꝝ que ex opera ac industria ꝛ diligentia acquirūtur. Sed potius videtur colligi cōtrarium, cū vt ponitur in casu dicti Bartholomeus/Antonius/Guillielmus/Thomas/ꝛ Luquinꝰ, nihil sibi cōicarent, nisi ea q̄ lucrabātur ex mercantili negotiatiōe et dicto capitali. Si em̄ fuisset societas vniuersoꝝ que ex questu et opera veniunt, poterat esse maius dubium, ꝑpter id qđ habetur in. l. cohiri. ff. ꝓ so. vbi dicit tex. cohiri societatē, et simpliciter licet et si nō fuerit distinctū videt̄ ita cohita esse vniuersoꝝ q̄ ex questu veniunt, hoc est si qđ lucrū ex emptione/venditione/locatione/cōductione descendit.

3 † Et sic cū dicta p̄dia ponātur empta ꝑ duos ex socijs et de cōmuni pecunia, illa viderent̄ debere communicari alijs. dicta. l. cohiri. Sed hoc nō obstante adhuc putarez φ etiam isto casu nō deberent p̄dia hmōi communicari, et cōsequenter nec diuidi inter dictos heredes ꝛ alios. per id qđ habetur in dicta. l. si quis societatē. iuncta glo. ff. ꝓ so. et eo qđ habetur in dicta. l. si patruus. C. cōmuni. vtriusq3 iudi. Ex quibus colligit̄ φ licet empta seu acquisita ex cōmuni pecunia ꝑ alterū ex socijs omniū bonoruz sint socio cōicanda, secus tamē in socio alterius societatis. Dicit em̄ tex. in dicta. l. si quis societatem cohierit, qđ emit ipsius sit, nō cōmune: sed societatis iudicio cogitur rem cōicare. vbi glos. super verbo, cohierit. dicit, sc3 omniū bonorū, alioquin qđ emit nō cogitur cōicare. Pro quo allegat dictaz. l. si patruus. ad qđ facit id qđ habetur in. l. cū duobus. §. cū duo argentarij. et. §. papinianꝰ. ał's est. l. si fratres. ff. ꝓ so. vbi videtur ꝓbari φ socius vniuersoꝝ que ex questu et opera ꝓueniunt, nō teneatur cōicare socio id quod per ipsum acquisitum est extra causam societatis.

4 † Cū igit̄ dicti quōdam Antonius ꝛ Thomas dicta p̄dia emerint, nō causa reuēdēdi, et sic lucrandi seu questus faciendi, sed causa retinendi: nō videtur acquisitio hmōi debere dici questꝰ, q2 si habuerint res emptas soluerunt ꝑtium, qđ dicit̄ rebus emptis correspondere. ar. l. curabit. C. de actio. emp. Ex quo ergo emptio predictoꝝ bonoꝝ facta nō fuit causa questus ꝛ lucri inde faciendi, videt̄ φ dicta bona nō veniant cōicanda. qđ etiam voluit Pet. de vbal. in suo tracta. socie. in quīta parte principali. col. ij. ver. quero vnꝰ ex socijs emit ꝛc. quod intelligit idem Pet. ꝓcedere vbi cōstaret φ res nō fuerint empte causa questus seu lucri, hoc est causa reuendendi, et sic extra causam societatis. dicta. l. cum duobus. §. cū duo. et. §. si inter fratres. Et hoc nisi cōsuetudo fuisset inter ipsos socios omnia emere cōmuni nomine,

5 † quia eo casu si quis claz emat ꝑ se, videtur fraudare alium, et ideo cōmunicare deberet: et ita dicit posse intelligi dictum Bal. in dicta. l. si patruus. in principio. quia ratione cōsuetudinis videtur cōtracta societas iuxta cōsuetudinem eorū tacite per actus sociales, et ideo si postea aliquis clam emat ꝑ se, videtur ab illa societate causata ex consuetudine recedere. quod non licet, nisi cōmuni consensu vel finita societate. Sed istud vltimū nō videtur posse adaptari huic casui, quia non colligitur in facto φ dicti quinq3 socij cōsueuissent omnia emere nomine cōmuni. Nihil em̄ dicitur de emptis per dictos Guillielmum ꝛ Luquinū. Preterea ponitur in facto φ dictus Bartholomeus qui etiam negotiabatur in societate et habebat de capitali, aliquando emebat nomine suo ꝓprio. Dicti etiam Antonius et Thomas non narrantur emisse aliqua bona immobilia cōmuni nomine ipsorum et dictorum Bartholomei/Guillielmi/et Luquini, sed solum ꝓprijs nominibus eorūdem. Ex dictis Pet. de vbal. vbi supra, etiam colligitur φ in dubio, hoc est vbi nō apparet de cōsuetudine predicta, nec etiam cōstat an res empte extiterint causa faciende negotiationis, et sic lucri: an vero non causa lucri et questus, sed causa illas ꝑ se retinendi, tunc ex qualitate rerum emptarum et socij suo nomine illas emētis poterit bonus vir arbitrari an illas emerit causa reuendendi, et sic causa lucri et questus aut causa sibi retinendi,

6 † quia in his que ab animo dependent multum operantur cōiecture. l. si cum aurum. ff. de solu. l. nesennius apollinaris. ff. de negost. gest. l. procula. ff. de proba. et. l. dolo. C. de dolo.

7 † et talis presumitur mens qualis ex actibus demonstratur, et per quos certum est illum posse demonstrari, non soluz per verba. l. de quibus. ff. de legi. c. ex ore. de his que fi. a maio. parte capit. ad quod facit. l. si auia. C. de iur. del iber. l. mutum. ff. de acquir. heredita. l. reprehēdenda. in ver. comprobasti. et quod ibi glos. C. de institu. et substitu. et quod voluit glo. in. l. fulcinius. §. fi. ff. ex quibus cau. maio. et in. l. apud celsum. §. labeo. ff. de except. doli.

8 † Et nō solum ex actibus declaratur voluntas seu consensus, sed etiam magis declaratur ex eis φ̄ ex verbis que sepe proferuntur contra intentionem proferentis. c. dilecti. de appellat̄. et. c. estimant. xj. questione. iij. Facit. l. si tamen. §. ei qui. ff. de edili. edic. et ponit exemplum Pe. de vbal. in domo empta, qua egebat socius emptor pro habitatione et in fundo prope bona sua existente: et dicit non esse presumendum horum emptionez fuisse factam causa negotiandi, et sic causa lucri et questus sed causa retinendi pro se. Et per hec etiā potest apparere quid de molendino et alijs bonis emptis per dictos Antonium et Thomam eorum ꝓprijs nominibus.

9 † Si tamen predia et bona huiusmodi cōparata seu empta extiterint de pecunia cōmuni inter ipsos emptores et p̄fatos Bartholomeū/Guillielmum/et Luquinū, et de hoc cōstet: ipsi heredes dictorum

Antonij & Thome emptores tenerētur satisfacere ipsis Bartholomeo, Guillielmo & Luquino de pecunia huiusmodi, iuxta & fm ratas. per id qđ habetur in.l.j.& qđ ibi Bal.C.si quis alte. vel sibi.l. si ex ea pecunia.C.de reivendi. et dicta.l.si patruus. qđ etiam voluit Bart. in dicta.l.titium & meuiū.§.altero. Si autem nō appareat ꝙ bona huiusmodi ex pecunia cōmuni empta extiterint, tūc cū empta fuerint ꝓprijs nominibus dictoꝝ Antonij & Thome, & per eos etiam ipsoꝝ nominibus pecunia numerata & soluta: videretur in hoc dubio ꝓsumendum bona hmōi fuisse empta ex ꝓpria ipsorū emptorum pecunia, nō ex pecunia communi inter ipsos et alios.l.si defunctus.C.arbi.tute. et quod voluit Bart. in dicta.l.si patruus. Barto. & Sali. in.l.penulti.C.si quis alte. vel sibi. & Bar. in.l.cum ꝓponas.C.ꝑ so. Et hoc videretur maxime procedere in hoc casu si dicti heredes reperiantur esse in possessione dictorum bonorum emptorū, et ꝙ ꝓpterea dicentibus illa esse acquisita ex cōmuni pecunia incumberet ꝓbatio. ꝑ id qđ not. glo. in.l.cū oportet. in principio. super verbo, ex eius sentētia. in fi.C.de bo.q̄ libe. Joā.an. in addi. Specu. titu. de actore.§.j. in addi. incipiente, In summa. et Bal. in auten. ex testamento. col. mihi. iiij. versi. vndecimum capitulū est de rebus dubijs &c.C.de colla. ad quod facit qđ not. glo. in.c.sint manifeste.xij.q.j.et.c.nulli.q.v.et Bal. in.l.pariter.ff.de re.dubi.

10 † Puto tamen ꝙ cum fructus ꝓdictorum bonorum ponantur consumpti ꝓ cōmuni vtilitate omnium sociorum videntur ipsi quōdam Antonius & Thomas voluisse illos cōmunicare dictis eorū socijs. per id qđ no. Sali. in dicta.l.si patruus. col.fi. Alexan. de Jmol. cōsilio.xlix. exordiente, Mature ponderatis &c.col.iij. ad quod facit qđ not. Bal. in.l.fi.C.de collat. et Pet. de vbal. in suo tracta. in tertia parte. colū.xj. versi. aut tacite q̄ cōmunicabant &c. Que omnia &c.

Consilium. CII.

De libro rationū edendo per successorem mercatoris ad partis postulationem.

Summarium.

1 Mercatores tenentur ad exhibendū in iudicio librū rationum et cogi possunt ꝑ officium iudicis ad partis postulationem. nu.5. et quid in argentarijs.6.8.

2 Artem exercens cuius occasione cōficit librum rationum, et contrahens cum aliquo videtur esse rogatus de scribendo ꝓpter consuetudinem.

3 Notarius simpliciter rogatus an intelligatur esse rogatꝰ de clausulis consuetis.

4 Procuratorem cōstituens an videatur expresse mandare vt faciat ea que sunt de cōsuetudine.

7 Mercatores argentarijs sunt similes.

9 Successor an teneatur edere quod predecessor tenebatur.

10 Editionis faciende multe sunt cause que enumerantur.

11 Edere qui teneantur ratione consequentie.

1 Quia† mercatores nostri temporis cōficere et tenere cōsueuerūt libros rationum, ipsi tenentur ad illorum editionem seu exhibitionem in iudicio faciendam, et ad hoc cogi possunt ꝑ officiū iudicis ꝓpter cōsuetudinē scribēdi & cōficiēdi rōnes, q̄ ex cōsuetudine hmōi presumuntur hi qui cum eis cōtraxerunt mandasse illis vt librum rationum conficerent.l.vel vniuersorum.ff.de pigno.actio. et.l.titianus.ff.qđ cum eo. ipsi etiam ex cōsuetudine scribendi cogantur scribere, quia tenendo librum rationū videntur se obligasse ad faciendum id qđ et ipsi et alij similes facere consueuerunt. arg.l.excepto.C.loca. Preterea ad premissa facit, quia ex quo mercatores cōsueuerunt cōtractus qui cum eis fiunt, redigere in scripturam, partes cum ipsis cōtrahentes videnť voluisse qđ quicquid cōsuetum est fieri in talibus cōtractibus fiat.l.fi.& qđ ibi Bal.C.de fideiuſ. et.l.si prius.§.fi. et qđ ibi Bar. allegans multas cōcordantias.ff.de aqua pluui. arcen. Pro quo est text. in.l.si pignore.§.fi. et quod ibi Bar.ff.de pignora.actio. Tenentur ergo libros huiusmodi edere seu exhibere in iudicio ad postulationem eorum qui cum eis cōtraxerunt. qđ etiam videtur voluisse Jaco. butri. in.l.j.C.de eden.

2 † dicit em̄ fm Bart. ꝙ vbicunq̧ aliquis exercet aliquam artē, cuius occasione cōfecit librū suarum rationū ille qui cum eo cōtrahit videtur ei mandare qđ scribat, ꝓpter consuetudinem. dicta.l.vel vniuersorū. et.l.titianus. Et ideo iudicis officio poterit cōpelli ad edēdas istas rōnes quasi factas aduersario mandante ex necessitate officij ꝓpter cōsuetudinem. Et idem not. Bart. Ange. Salic. Fran. de albergo. Flori. & Flori. in dicta.l.j.C.de eden. Jaco. butri. et Bart. in.l.quedam. in princi. et Jaco. butri. in.l.j.§.editiones.ff.eo.titu. Anto. de butri. in.c.j. de ꝓba. et do. Cardi. florē. in cle.j. de vsu. vbi etiam dicit istam opinionē seruari. Et q̄uis Alexā. de Jmol. in dicta.l.j.col.j.C.de eden. referat Bal. & quosdam alios tenere cōtrarium, ipse tamen sequitur opinionem Jaco. butri. et sequaciū. pro quo inducit dictā.l.fi.C.de fideiusso.

3 per quam dicit ibi Bal.† ꝙ ibi melius q̄ alibi ꝓbatur ꝙ notarius simpliciter rogatus intelligitur esse rogatus de clausulis cōsuetis.

4 † Ad idem inducit, quia vbi tecū contraho, vel te ꝓcuratorem constituo, videor tibi expresse dicere ꝙ facias ea que sunt de consuetudine. dicta.l.si pignore.§.fi. in verbo, vsus. et qđ ibi docto.ff.de pigno.actio. facit.c.ceterū.cū simili. de dona. & qđ not. Bart. in.l.si fraudator. in princi.ff. que in frau.credi. Ange. in l.bene a zenone.C.de quadri.ꝓscrip. et Bal.C.de exercito.actio. in rubr. ad fi. et in hāc opinionē etiā inclinat Bal.C.de cōstitu.pecu. in rubri. col. penulti. eam etiā secutus est Pau. de cast. in.l.ꝓtor. in princi. et.l.argentarius. in prin.ff.de eden. eam etiā tenet Panor. in dicto.c.j. de ꝓbat.

5 † eo casu quo mercatores seu artifices tenent suos libros publice: et hec videtur esse opinio cōmunis. qđ etiam fatetur Frā. de are. in dicto.c.j.col.iij. et.iiij. in tribus aut quatuor locis, q̄uis videatur ibi tenere cōtrarium: nō est ergo in cōsulēdo vel iudicando ab ea discedendum.l.j. in ver. crebrior apud veteres opinio.ff.de offi.questo.l.j.ff.de senato.l.athletas.§.j.ff.de his qui notan. infa.l.ita vulneratus.ff.ad leg.aqui.c.in canonicis. distinc. xix.c.de quibus. dist.xx.&.c.ne innitaris. vbi Jnno. de cōstitu.

6 † Cui opinioni non obstat ꝙ cōsuetudo argentariorum etiam olim erat cōficere rationes, et tamen ad hoc vt cogerentur eas exhibere vel edere in iudicio, opus erat ꝙ ille facte extitissent ad mādatum illius qui eas edi vel exhiberi postulat.l.si quis ex argentarijs.§.pertinere.ff.de eden.ꝑ quē visus est Bal. in dicta.l.j.col. penult. ver. sed iuxta hoc quero &c. tenere cōtra Jaco. butri. Bart. et sequaces. Qm̄ respondet Alexan. de Jmol. in dicta.l.j.col.iij.ꝙ ꝓsupposita cōsuetudine scribēdi eo ipso ꝙ ego cōtraho cum argentario videor mandare per predicta vt scribat, et sic videtur ꝙ.§.pertinere solum continet eos qui nec mandarunt nec cū argentario cōtraxerunt, quia q̄uis illi al's pretenderent interesse, nō possent tamen petere fieri exhibitionē seu editionem rationū. Etiam nec obstat.l.argētarius. in verbo, absimiles. quia respōdet Alexan. de Jmol. stante cōsuetudine mercatorum, de qua supra,

7 † sequitur ꝙ mercatores nō sunt absimiles, sed similes argentarijs. vt etiam voluit Bart. in.l.nuda. colū. vlti. ff.de dona. Facit qđ no. glo. in aut. de fideiusso.§.argentariorum. colla.j. quod ergo olim erat et est in argentarijs, scꝫ vt rationes seu libros ederent. dicta.l.argentarius. in principio. esse debet in mercatoribus.

8 † Nisi forte quis dicat ꝙ in dicta.l.argētarius assignātur due cause finales huiuscemodi editionis, quarū altera sibi locū nō vendicat in mercatoribus. Qm̄ respondeo ꝙ istud non obstat, quia licet due cause ibi assignentur, sufficit tamen ꝙ altera ex illis sibi locum vendicare valeat in mercatoribus. per id qđ legitur et not. in.l.liberor.§.notantur.ff.de his qui notan. infa. et in.§.affinitatis. institu. de nupt. qđ etiam voluit Joā. de Jmol. in.c.j.col. vj. versi. sed cōtra istud. ibi, sed certe ista solutio non videť bona &c. ne se. vacan. et Alexan. de Jmol. in.l.possideri.§.ex cōtrario. colū. viij. nec est bona respōsio.ff.de acqui.pos. vbi vltra iura ꝓdicta allegat ꝓ hoc.l.si nō lex.ff.de heredi.institu. et.l.si ventri.§.fi.ff.de priuile.credi. Et idem voluit Alexan. in dicta.l.j.colū.iiij.C.de eden. Sufficit igitur ꝙ vna ex duabus causis assignatis in dicta.l.argētarius sibi locū vendicasset in mercatore.

9 † Cum igitur honorabilis quondam vir Joannes de chamario esset tempore eius vite et mortis mercator, et propterea ex cōsuetudine predicta teneretur scribere et habere libros rationum et mercantiam exercendo illos cōfecerit et tenuerit, vt satis colligitur ex depositionibus testium parte nobilis et honorabilis viri Baptista de ponte in causa productorum. Palam infertur ꝙ ipse tenebatur & cogi poterat cum viueret ad illos edendum seu exhibendum, ergo et ad id faciēdū cogi possunt et debent Cassineta et Jacobus de chamario ipsius Joannis filij quōdam & heredes, seu prouidus vir Leonardus de sena eorum tutor, et tutorio nomine eorūdem.l.quedam.§.nihil. ff.de eden. quod etiā voluit glo. in dicta.l.j. super verbo, ex causa. C.de eden. respondendo ad.l.femine.ff.eo.titu. quam omnes scribentes fatentur in se esse veram, scilicet ꝙ successor teneatur edere vbi predecessor tenebatur.

Preterea cū idem de Sena tutorio nomine dictorū liberorū et heredū al's exhibuerit et ꝓduxerit

xerit libros huiusmodi et si illis iuuerit in causa compromissaria al's habita inter ipsum Bernardū nomine p̄dicto, et p̄fatum nobilem de Ponte, et in qua lata est sentētia seu laudū q̄d nunc impugnare nititur idem Bernardus, vt etiā deponunt testes parte eiusdem nobilis de Ponte in causa p̄ducti, nō est q̄ refraget eidē nobili de Pōte quominus teneatur dictus tutor libros p̄dictos exhibere vel edere. per id q̄d habetur in. l. j. §. edenda. ff. de eden. q̄d
10 etiam voluit Bal. & docto. in dicta. l. j. C. de eden. † vbi no. multas esse causas & remedia faciende editionis, vnā generalem sc3 equitatem & multas sp̄ales sc3 cōtractum officium, successionem/delictum/cōsuetudinē scribendi/et vsum: et p̄ hoc vltimo allegāt do-
11 cto. dictū. §. edenda. † Preterea videtur fuisse sufficienter p̄batū parte ipsius nobilis de Pōte q̄ dict⁹ quōdā de Chamario fuerit institor seu factor eiusdem nobilis de Pōte, tenebatur ergo in cōsequentiam officij seu ratione illius edere librum rationū p̄ut dicitur de tutore, curatore, p̄curatore, negotior̄ gestore, socio et alio administratore rei aliene. l. j. §. officio. & quod ibi Bar. ff. de tute. & ratio. distrahen. dicta. l. quedā. in princi. ff. de eden. et. l. ij. C. de nego. gest. de quo p̄ Joan. an. titu. de instru. edi. §. nunc dicendū. ver. priuatorum autē tres sunt species &c. in magna addi. exordiente, Quia de argentario & nūmulario. col. ij. ver. restat tractare de scriptura &c. in princi. et col. iij. versic. Item debent cōtinere quicquid ad talem &c. et per Albe. in dicta. l. j. colū. ij. ver. sed hic q̄ tunc agit inter aliquos vt scribantur rationes &c. C. de eden. tenebatur ergo ad edēdas seu exhibēdas rōnes p̄dictas dict⁹ de Chamario cū viuebat, ergo & dicti eius heredes seu p̄fatus eor̄ tutor nunc tenent. dicta. l. quedam. §. nihil interest. & q̄ rationes edi seu exhiberi peti potuerunt ex hac causa etiam officio iudicis mercēnario, cum incidenter petite extiterint. p̄ id q̄d no. Bar. et docto. dicta. l. j. C. de eden. & Ange. in allegata. l. quedam. in princi. Et ita mihi videtur sub benigna supportatione magnificorum dn̄orum meor̄ in hac causa presidentium.

Consilium. CIII.

De iurata donatione inter viuos in instrumēto matrimonij pure & irreuocabiliter facta p̄ patrem filio in potestate cū renūtiatione insinuatiōis, et de īstitutione in rebus donatis, et de grauamine super illis, et de fide notarij in his que affirmat se gessisse, et de instrumento assertionis approbantis testamentum.

Summarium.

1 Donatio mortis mentionē faciēs et quā donator post eius mortē effectum habere voluit, an sit donatio causa mortis. nu. 4.
2 Facultas reuocandi donationem quādo auferatur.
3 Reuocationis sublata facultate necessario infertur donationem esse inter viuos in qua nihil operatur penitentia.
5 Trāsitus de donatione causa mortis ad donationem inter viuos quando fieri possit.
6 Cōtractus talis est qualis ex eius tenore apparet.
7 Donatio propter nuptias fit per virum vel ex eius parte vxori.
8 Donatio p̄pter nuptias p̄pter quas causas fiat, remissiue.
9 Donatio inter viuos facta p̄ patrem filio in sua potestate existēti an firmetur iuramento.
10 Communis opinio in consilijs et iudicijs preualere an & quando debeat.
11 Donans an possit renuntiare cum iuramēto legi disponenti sup̄ insinuatione. nu. 15. 16. 20.
12 Insinuatio donationis cur introducta.
13 Juramentum nihil operatur nisi prius tria cōcurrentia interuenerint, et que sint illa.
14 Donatio clandestina actis nō interuenientibus excedēs summā legitimam est p̄hibita.
16 Donatio sine insinuatione nō est omnino inimica iuri.
17 Juramentum confirmat donationem excedentem summam legitimam. nu. 57.
18 Casus in cōflictu opinionū positus nō est sine dubio.
19 Periculosum est cōsulere cōtra opinionem fortioribus rationib⁹ et autoritatibus fulcitam.
21 Renuntiatio generalis omni legū et iuris auxilio quid operetur, et an ad specifica trahatur. nu. 24.
22 Juramētum est sustentaculum actus in melius.
23 Juramentum habet vim specialis dispositionis in eis ad q̄ trahitur consensus.
25 Filia in dote potest heres institui etiam si nihil aliud ei relinquatur, sed cautela est q̄ vltra dotem instituatur, saltez in vno obolo. et nu. 35. et. 39.
26 Donatarius an possit per donatorem heres institui in bonis sibi donatis. nu. 35. et. 38.
27 Donatio p̄pter nuptias imputatur in legitimam, et cōfert sicut dos, et quid in donatione simplici. nu. 34.
28 Donatio ex capite patrie potestatis nulla per emancipationem cōfirmatur vel p̄ mortem ea non reuocata.
29 Remansisse in patria potestate presumitur qui non docet se fuisse emancipatum.
30 Penitentia donatoris donationis inualide cōfirmationem impedit, que al's ex capite silentij cōfirmari poterat.
31 Penitentia donatoris ex quibus colligatur.
32 Modus inducende reuocationis & impediende confirmationis in donatione facilior est vbi lex resistit q̄ vbi assistit.
33 Tituli fortioris superuenientia an euacuet primum.
36 Donatum in p̄mium emācipationis filius debet in legitimā imputare, et nepos ex illo si premoriatur filius viuo patre donatore.
37 Nepos venit ex persona patris sui et in locum eius succedit.
38 Legatarij p̄pria res an possit eidē legari vel relinqui.
40 Filius donatarius etiā in donatione p̄pter nuptias excedente debitum bonor̄ subsidium an grauari possit. nu. 42.
41 Pater substituere filie et eam per fideicōmissum grauare de dote restituenda an possit et quando.
43 Uxor an grauari possit in rebus donatis.
44 Notarij autoritas p̄ instrumento presumere facit.
45 Notario, in quibus non credendum.
46 Notarius attestans se certiorasse mulierem de beneficio velleiani an credi debeat. nu. seq.
47 Officialis dicto an standum.
48 Narratiua instrumenti approbationis testamēti reticens substitutionem an valeat.
49 Assertioni approbātis an standum etiam si de inspectione testamenti non appareat.
50 Testari de rebus alienis quando quis possit.
51 Testamētum paternū si ab initio fili⁹ cōsenserit se p̄teriri vel preteritus postea cōsenserit preteritioni an valeat.
52 Cōcessio pape episcopo vt possit testari de bonis quesitis ex ecclesia vel illi⁹ intuitu an retrotrahi possit ad testata ante priuilegiū.
53 Actio parti absenti an quesita p̄ stipulationem notarij.
54 Trebellianca per quam detrahatur.
55 Trebellianica detrahitur cōtra voluntatem defuncti.
56 Grauatus approbans volūtatem defuncti an videatur remittere trebellianicā sicut p̄ diuisionem hereditatis ius fideicōmissi.
58 Minor se immiscens paterne hereditati sine beneficio inuentarij an veniat restituendus in integrum vt postea cū bn̄ficio adeat.
59 Princeps super quibus habeat plenissimum posse.
60 Nati ex quocunq̄ coitu an et quando per cōsequens matrimoniū legitimentur.

Jrca processuz olim et diu est ceptum p̄ et inter nobilē & generosum virum Joannem berengarij dn̄m Pipeti actorem ex vna parte, et nobilem et potētem virum Hūbertum berengarij eius patruū reum ex alia, de et sup̄ castris Morgiarum/Podij/Bosonis/Trossapellie, & loco monasterij de Percico, videtur posse oportune queri de sequentibus.

Primo an donatio quā fecisse legitur nobilis & potēs vir dn̄s Petrus berengarij auus paternus eiusdem Joannis actoris de castris et loco p̄dictis nobili Raymundo berengarij eius filio, et de qua habetur sermo in secundo articulo supplicationis articulate parte eiusdem Joannis in causa p̄ducte fuerit donatio causa mortis vel inter viuos.

Secūdo supposito q̄ illa fuerit donatio inter viuos, an p̄pter patriam potestatem fuerit ab initio nulla.

Tertio supposito q̄ ex capite patrie potestatis non potuerit dici nulla, an saltem fuerit nulla propter defectum insinuationis: quatenus tamen excedebat summam legitimam nō obstante iuramento q̄d in ea interuenisse legitur.

Quarto supposito q̄ ex capite defectus insinuationis nō potuerit dici nulla, et sic fuerit valida & efficax: an nobilis Joannes berengarij filius dicti Raymundi & nepos dicti quōdam domini Petri donatoris potuerit in castris et loco p̄dictis efficaciter aut valide institui: an ve institutio de eo facta in dictis castris et loco fuerit nulla.

Quinto an substitutio eidem Joanni facta per dictum dn̄m Petrum in castris et loco p̄dictis de iure valuerit.

Sexto an approbatio testamenti dicti dn̄i Petri quaz fecisse

legitur prefatus Joannes eius nepos ex Raymundo filio Anno dñi. M.cccc.xxxiij. et die .xj. mensis Junij pbetur sufficienter p instrumentū pductum in pcessu et insertum fo. ccxix.

¶ Septimo, an illa fuerit valida.

¶ Octauo an nō obstātibus ppositis deductis ⁊ probatis parte dicti nobilis Humberti potuerit dictus nobilis Joannes actor efficaciter agere ⁊ experiri ad restitutionē castrorū et loci pdictorum, et an debuerit idem Joannes ⁊ hodie debeat nobilis ⁊ generosus vir Petrus berēgarij eius filius ⁊ heres in causa obtinere.

¶ Allegatio primi quesiti.

1 † Venio ad primū/ad quod respondeo ⁊ dico q̄ licet idem do. Petrus donationē huiusmodi voluerit valere ⁊ habere effectum post eius mortem. et ppterea q̄ in ea fuit facta mentio mortis, videtur prima facie fuisse donatio causa mortis. l. seya. §. fi. ff. de dona. cau. mor. et. l. seya. cū glo. ff. de do. ple. et qd not. glo. ⁊ docto. in. l. fi. C. de pact. Illa tamen pmissis
2 nō obstantibus fuit donatio inter viuos. † Tum quia vt apparet ex tenore instrumenti dicti tunc futuri matrimonij ⁊ donationis hmōi idem quōdam dñs Petrus pmisit sub iuramēto ⁊ obligatione eandē donationem ⁊ alia p eum conuenta ⁊ promissa ratas/ gratas/ ⁊ firmas habere ppetuo ⁊ tenere, et nunq̄ cōtrafacere, dicere vel venire: p que videtur sibi abstulisse facultatē seu potentiam reuocandi ipsam donationem. l. si alienā. §. fi. iuncta glo. in verbo, nullo casu. ff. de dona. cau. mor. Et propter hoc vt dicit ibi Dy. in
3 addi. dicte glo. donatio tunc reuocari nō pōt. † Sublata autē facultate reuocationis necessario infertur donationē esse inter viuos, cum donatio causa mortis possit ⁊ valeat ex penitentia reuocari. institu. de donat. in principio. In hoc enim accedit ad naturam vltime voluntatis q̄ ambulatoria est vsq̄ ad vite supremum
4 exitum. l. qd si iterum. ff. de adimē. lega. Pro quo facit, † quia esto q̄ ppter verba valitura tamē ⁊ effectum habitura post eius mortem ⁊ nō ante posita in instrumēto matrimonij ⁊ donationis pdictarum videatur significari donationem hmōi fuisse donationem causa mortis, de cuius natura est vt ad libitū donatoris reuocari valeat: tamen pactum pdictum in quo idem do. Petrus cōuenit et pmisit sub iuramēto, vt pdixi, est de directo cōtrarium et repu-
5 gnans substantie donationis causa mortis, † et ita factus est trāsitus in donationē inter viuos. Ex quo verbi significatum hoc patitur. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. q̄uis secus dici deberet vbi saluo vero significato nō esset transitus possibilis. l. cū pcario. ff. de pca. Et q̄ ppter conuentionē hmōi donatio pdicta fuerit et sit donatio inter viuos ⁊ nō causa mortis. Videtur voluisse Franciscus de are. cōsilio. lxxiij. exordiente, Diligenter ⁊ mature pōderatis his ⁊c. col. ij. ver. prima ratio ⁊c. et seq. vbi p hoc allegat. c. lz. de iureiuran. in. vj. et dictam. l. vbi ita donatur. et qd voluit glo. in l. sed interim. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. et Bald. in. l. ij. C. de iu. do. Idem voluit Alexā. de Jmol. cōsilio. xiiij. exordiēte, Circa primū dubiū ⁊c. col. ij. ver. pdicta enim Maria ⁊c. vbi etiā refert Ange. et Pau. de cast. ita cōsuluisse. Idē etiam voluit ipse Alexan. cōsilio. lxxviij. exordiente, Uisis q̄ elegāter et in facto ⁊ in iure ⁊c. col. j. ver. item cū pmittat non cōtrauenire etiā cū iuramento. in. iiij. volu. et Bald. in. l. cum quis. ff. de cōdi. ob cau. et alij in alijs locis.
6 † Preterea p premissis facit, quia cōtractus talis est qualis apparet ex eius tenore. l. ad pbationem. ver. quem tenor adiuuat. C. de pba. l. sancimus. ver. placiti tenor. C. de fideiusso. l. fideiussores magistratuum. §. p aurelio. ver. lecta subscriptione. ff. de fideiusso. l. si quis stipulatus Stichum aut Pamphilū. ver. querētibus inspiciendus est sermo. ff. de verbo. obliga. et. c. si cui. ver. sermone inuestiture intuentes. de extraordi. capi. cotra. facit. c. j. de duo. fratri. a capita. inuesti. c. porro. et. c. recepimus. de priuile. Cum ergo in instrumēto matrimonij ⁊ donationis pdictarum dicatur eundē do. Petrum donasse donatione pura/ simplici/ ⁊ irreuocabili. Palā infertur hanc donationē fuisse donationem inter viuos, quia alias dici non posset donatio simplex ⁊ irreuocabilis, cū donatio causa mortis sit reuocabilis, vt pdixi. Et quia istud quesitū non videtur mihi habere magnum dubiū, ego vlterius nō insisto.

¶ Allegatio secundi quesiti.

Ad secundū quesitū dico et respōdeo q̄ licet donatio huiusmodi facta fuerit cōtemplatione matrimonij ⁊ ppter nuptias celebrandas inter dictos Raymundum ⁊ Alisiam coste, nō tamen videtur fuisse donatio ppter nuptias illius videlicet nature, de qua habetur in. §. est et aliud. institu. de donat. et in. l. j. et p totum titulum. C. de dona. ante nupt.
7 Cuius dicti illa videtur posse assignari ratio, † quia donatio propter nuptias de qua in dictis iuribus fit per virum vel ex ei⁹ parte vxori. l. vltima. §. sancimus. C. de dona. ante nupt. et. c. nuper. in fi.
8 et quod ibi glo. ff. de donat. inter virum ⁊ vxo. † et fit hec donatio ppter multas causas quas post Abbatem antiq. Pet. et Jo. an. posuit Panormi. in. c. fi. colū. iij. de dona. inter virum ⁊ vxo. dicta vero donatio nō fuit facta pfate Alisie sed ipsi nobili Raymūdo, eius tunc futuro viro. Nec etiam apparet q̄ illa facta extiterit ipi Raymundo, vt deinde castra ⁊ locum predictos daret donatione ppter nuptias eidem Alisie, et sic. l. vt liberis. C. de colla. nō videtur obstare ei quod dixi. Et q̄ talis donatio nō sit donatio ppter nuptias, de qua predixi, voluit Pau. de cast. cōsilio. cv. exordiēte, Circa bona que fuerunt dñi Humberti ⁊c. Et sic p validitate seu defensione illius nō videtur facere Pōponius philadelphus. ff. fami. erciscun. et quod not. glo. et docto. in. l. ij. C. de inoffi. donat. Propter qd prima facie videretur posse dici nō valuisse ab initio. dicta. l. ij. et. l. donationes. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. qd etiā voluit Pau. de cast. in dicto cōsilio, motus multis rationibus.

9 † Sed his non obstantibus dico q̄ q̄uis donatio inter viuos facta p patrem filio in sua potestate existenti, regulariter nō valeat: hec tamen regula fallit quando in illa interuenit iuramētum, quia tunc firmatur iuramēto, vt videtur voluisse Bal. in. l. si donatione. C. de colla. et clarius in. l. fi. col. fi. ver. sed quid si fit inter patrem ⁊ filiū. C. de vsucapi. p dona. et in repeti. l. ij. charta. xv. col. iij. versi. et idem credo quando pater donat filio. et cōsilio. ccclxv. exordiente, Premittendū est ad euidentiam q̄ donatio facta filio in potestate ⁊c. in tertia parte. Alexan. de Jmol. in dicta. l. si donatione. col. v. ver. vtrum autē donatio. qui etiam pluries cōsuluit p hac opinione, scz cōsilio. viij. exordiente, Uisis ⁊ cōsideratis his que in themate ⁊c. in secundo volu. cōsilio. clvij. exordiente, Uiso instrumēto donationis facte ⁊c. col. fi. ver. p hoc etiā bene facit, quia donatio inter virū ⁊c. in eo. volu. et cōsilio. xx. exordiente, Pōderatis his que in themate. col. j. vel circa. in tertio volu. et Fran. de are. cōsilio. xvij. col. iiij. ver. preterea multa potest. et cōsilio. lxxvij. exordiente, Et ratio scribendi recte in cōsilijs ⁊c. col. iij. ver. circa tertium nō me extendo ⁊c. vbi inducit bona motiua. Hoc etiam facit Bal. in dicta. l. fi. C. de vsuca. p dona. et Alexan. in dicta. l. si donatione. vbi etiam respōdet rationibus ⁊ motiuis Pau. de cast. per quas in dicto consilio. cv. tenuit opinionem cōtrariam, scilicet q̄ talis donatio nō firmetur iuramento. Et idem qd Pau. de cast. videtur voluisse Bald. in. c. cum cōtingat. colū. ix. ver. pater autē ⁊c. de iureiurā. Humber. de bouē. in repeti. auten. sacramenta puberum. §. ex his pmissis tria illatiue inferuntur. vbi plene. C. si aduer. vendi. Pro hac parte cōsuluit Rapha. fulgo. cō. cxcix. exordiēte, Uisis suprascripto instrumēto donationis ⁊ testamento dicti Perrini ⁊c. vbi plene ⁊ subtiliter. ⁊ Ambro. de vina. in suo tracta. iuramētorum. ver. circa hoc pbabiliter dubitatur quid de donatione inter patrem et filium. vbi etiā plene. Uerū q̄uis isti moueātur multis ac magnis et vere apparētibus rationibus quas nō refero, quia tamen prima opinio mihi videtur esse cōmunior, pro qua etiā in terminis alias iudicauit insigne Dalphinale parlamentum, vt refert dñs Gui. pa. decisione cxlv. exordiente, Fuit etiam alia orta questio ⁊c. Nō audeo a dicta
10 prima opinione in cōsulēdo discedere. † Cōmuni enim opinioni inherendū est, et in iudicando ⁊ in cōsulendo. l. j. ver. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. l. j. ff. de sena. l. athletas. §. j. ff. de his qui notan. infami. l. ita vulneratus. ff. ad leg. aqui. c. in canonicis. distin. xix. c. de quibus. distin. xx. et. c. ne innitaris. vbi p Hosti. Joan. an. Panor. et docto. de cōstitu. Nō tamen nego quin liceat recedere a cōmuni opinione vbi illa est euidenter falsa, vel vbi pōt cōuinci pbabilibus rationibus, vt not. Hostien. Joan. an. ⁊ Panormi. in dicto. c. j. de cōstitu. Pro quo allegat Panor. c. capellanus. in verbo, subtiliori ratione. de fe. et. l. j. col. ij. vel. iij. versicu. sed neq̄ ex multitudine autorum. de vete. iur. enucle. Idē voluit Panormi. in dicto. c. capellanus. col. ij. et in. c. ex literis. le. j. in princi. de spōsa. Joan. de Jmol. in. c. cum quidā. §. qd dicitur. ff. de acqui. heredi. et alij in alijs locis.

¶ Allegatio tertij quesiti.

11 † Ad tertium dico ⁊ respōdeo q̄ super hoc sunt opiniones. Bal. enim in. l. illud. colū. penul. ver. ex his apparet. C. de sacrosanc. eccle. voluit q̄ nō possit renuntiari
12 legi disponenti super insinuatione, † p eo quia s̄m eum nō est introducta in beneficium donatoris, sed in odium accipientiū clandestinas donationes, et ne quis pdigaliter vtatur substantia sua. argu. l. imperator. ff. ad trebel. dicit etiam idem Bald. q̄ legi statuenti solennitates in actibus hominum renuntiari nō potest. l.
13 nemo. ff. de lega. primo. † Preterea dicit Bal. in dicta. l. illud. col. penulti. versi. quinto quero q̄ ad hoc vt iuramentū aliquid operetur tria debent cōcurrere. Primo q̄ sit persona habilis vel p iuramētum habilitata. Secūdo q̄ forma generalis seruata sit. Tertio q̄ res non sit prohibita. l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de legat. j.

Sed

14 † Sed donatio excedens summam legitimam clandestina nō interuenientibus actis est ꝓhibita. l. donatio sine. et quod ibi not. C. de dona. Non ergo ꝑm eum validatur iuramento, nec ex ea oritur obligatio naturalis, pro quo facere dicit qđ no. Cy. in. l. i. C. de sacrosanc. eccle. et Bart. in. l. si quis ꝓ eo. ff. de fideiusso. et idem videtur voluisse Bal. in. §. alie autem. versi. et cum retro principuȝ.
15 institut. de dona. † Et hanc opinionem secutus est Ange. cōsilio lviij. exordiente, Quidam paterfamilias habens filias duas ⁊c. colū. fi. vbi multa dicit: ⁊ inter cetera refert Germanū suum Bal. ita consuluisse in ciuitate Castelli, cui dicit se adhesisse. et pro hac opinione etiam cōsuluit idem Ange. cōsilio. clxxxj. exordiēte, In dei nomine ⁊c. Uisis instrumentis predictis de eorum valore ⁊c. colū. penulti. ver. sed incidenter videnda sunt duo ⁊c. Pau. de ca. cōsilio centesimo. exordiente, Uisa quadam scriptura inter Museluum iudeum ⁊c. Pro hac etiam opinione cōsuluit Joan. calder. vt patet titu. de iureiuran. cōsilio. ij. eo tamen casu quo nō esset expresse renuntiatum legibus de insinuatione loquentibus, sed generaliter et iuratum non cōtrauenire, quia tunc ꝑm eum tale iuramentum nō cōcludit donationem ꝓhibitam fieri sine insinuatione per iura que allegat. Idem voluit Andre. barba. consilio. xvj. exordiēte, Preclare scripsit Psalmista celebris. Prope est dominus ⁊c. colū. xiij. vel circa. in secunda parte. qui ꝓ hac parte multa inducit ꝓ dicta opinione ꝙ nō possit renuntiari, etiam cum iuramēto. Cōcludit ꝙ multa hincinde dicta Anto. de caua. in suo tracta. de insinua. questione. lxiij. exordiente, Quero quid si renūtiās iurauit. Sali. vero in. l. penulti. versi. sed vltra querit Joan. an. C. de dona. relata primo opinione Joan. an. in addi. Specu. titu. de instru. edi. §. porro. col. ij. vel circa. ver. item not. ꝙ donationes ⁊c. in addi. exordiēte, De predicta. l. si quis. et. l. sancimus ⁊c. Refert opinionem Bal. in dicta. l. illud. C. de sacrosan. eccle. et eam corroborat multis argumētis, et inter cetera allegat glo. in. x. collatiōe. titu. de pa. iu. fir. §. item sacramenta. ex quo sumpta est autenti. sacramēta puberum. C. si aduer. vendi. et tandem aliter nihil firmās relinquit cogitandum.

16 † Contrariam vero opinionē scilicet ꝙ immo possit donans renuntiare insinuationi cum iuramento tenuit Joan. an. in dicta addi. Pro quo allegat dictā aut. sacramenta puberum. et quod ibi glo. et. c. cum cōtingat. c. quemadmodum. de iureiuran. c. licet. eo. titu. in. vj. et. c. ꝙuis pactuȝ. de pac. eodem lib. Ad quod etiaȝ facit ꝑm eum quia donatio sine insinuatione nō est penitus inimica iuri. quod patet, quia tenet infra legitimam summam. l. sancimus. C. de donat. Deinde format quedam cōtraria, quibus respondet. Hāc opinionem secutus est Fede. de se. cōsi. mihi. cclxxix. alijs vero. cclxxxij. exordiente, Casus talis est, statuto cauet. ꝙ si donationes ⁊c. Jo. de Jmol. in dicto. c. cum cōtingat. in decimo membro. vbi plene respondet ad ea que in cōtrarium adducuntur ⁊c. Idem tenet ibi Panormi. col. mihi ✱ versicu. ex predictis potest inferri ad decisionem ⁊c. et in sua disputatione exordiente, Stante statuto ciuitatis ⁊c. Idē tenuit Ange. in dicta. l. sancimus. §. si quis autem. C. de dona. quatenus ibi se remittit ad not. per Joan. an. in dicta addi. Idem etiam secutus est Alexan. de Jmol. in. l. nemo potest. colū. v. ff. de legat. j. vbi etiam refert ꝙ Joan. de Jmol. sepe consuluit ꝓ hac parte. Dicit insuper ꝙ etiam ipse ꝓ hac parte sepe consuluit, quod ⁊ verum est, cōsilio vcȝ quarto. in primo volu. vbi etiam refert ꝙ ꝓ ea consuluit Joan. de ana. et multi alij inibi nominati, ꝑfecto viri magne autoritatis ⁊ doctrine. Etiam pro ea consuluit idem Alexan. consilio. lxxxij. exordiente, Uisa facti narratione ⁊c. colū. fi. in scđo volu. exordiente, Ponderatis his que in themate ⁊c. in tertio volu. et refert idem Alexan. in dicto cōsilio. lxxxij. ita vidisse als cōsultum ꝑ excellentiores iuriscōsultos Jtalie. Pro ea etiam consuluit Fran. de are. cōsilio. ij. vbi plene ⁊ subtiliter consilio. xlvij. exordiente, Uisis et diligenter ponderatis. colum. fi. et consilio. lxxvij. exordiente, Et ratio scribendi recte ⁊c. colū. iij. in quarto quesito.
17 † vbi etiam dicit ꝙ ꝑm communem sententiaȝ canonistarū, iuramentum cōfirmat donationem excedentem summam legitimaȝ. et ꝑm hac opinionem refert dn̄s Gui. pa. decisione. cccl. exordiēte, Utrum renuntiatio facta ⁊c. fuisse bina vice iudicatum per insi-
18 gne Dalphinale parlamentum. † Ex quibus omnibus infertur ꝙ iste casus vtpote positus in cōflictu opinionum et quidē grādi
19 nō est sine dubio, † ac tamen existimo ꝙ periculosum esset consulere contra secundam opinionem, vtpote innitentem fortioribus rationibus et motiuis, et cuius defensores, et signanter Joan. de Jmol. in dicto. c. cum contingat. quinimo et Anto. de caua. in dicto suo tractatu. questione. lxiij. ꝙuis postea cōcludat ꝓ opinione cōtraria, videtur plenissime respōdere rationibus ⁊ motiuis pro
20 defensione prime opinionis inductis. † Nisi forte dicat ꝙ in casu de quo queritur nō fuerit expresse renuntiatum insinuationi vel legibus de insinuatione loquentibus, vt videri potest in instrumento matrimonij ⁊ donationis predictarum. in versi. super qui-
21 bus oībus vniuersis ⁊ singulis ⁊c. † Sed istud nō videtur obstare. Quoniam respōdeo ꝙ licet ibi nō fiat expresse ⁊ specialiter mētio de insinuatione aut de legibus de ea loquentibus: fit tamen generaliter ⁊ equiualenter ꝑpter illa verba, renuntiauerūt exceptioni doli mali, vis, metus, erroris, et in factū actioni iuri, per quod deceptis ⁊c. Et post pauca: omnibus exceptionibus ⁊ defensionibꝰ iuris et facti, omni restitutioni in integrum, et demū omnibus et singulis iuribus quibus mediātibus cōtra predicta ⁊c. Pro quo allegasse sufficiat doctrinam quam ponit Bart. declarans effectū illius renuntiationis omni legum auxilio. in auten. matri ⁊ auie. col. iij. et quod ibi Bal. C. quā. muli. tute. offi. fungi. potest. Bart. in. l. si sub conditione. ff. de testamen. tute. Specu. in titu. de renūtia. §. j. versi. et quia hic de renuntiatione ⁊c. colū. iij. ibi, vel posset dici ꝙ renuntiatio generalis ⁊c. et quod dicit Alexan. de Jmola consilio. xj. exordiente, Uiso ac vt oportet ⁊c. colum. v. in secundo volu. vbi voluit ꝙ per illa verba, renuntiantes insuper partes predicte exceptioni doli cōditionis indebiti et sine causa, et omni alij legum et iuris auxilio ⁊c. censeantur partes sic renuntiantes renūtiasse. l. de his. ff. de transac. ad premissa facit. l. omnes. et quod ibi
22 docto. C. de prescript. trigin. vel quadragin. anno. † Facit etiam, quia in dicta donatione, vt predixi, interuenit iuramentum quod facit actum valere eo meliori modo quo valere potest. l. cū pater. §. filius matrem. ff. de legat. secundo. quod etiam voluit Bart. in. l. j.
23 §. si quis ita. ff. de verborum obligatio. † et habet vim expressi seu specialis dispositionis in eis ad que trahitur consensus, vt voluit Bald. in. l. j. colū. iij. vel. iiij. versi. secundo queritur vtrum generalis ⁊c. C. de commoda. vbi etiam Sali. colū. fi. ver. quero quid si in casu. Roma. Alexan. de Jmol. et Fran. de are. in. l. j. §. si quis ita. ff. de verborum obliga. et quod de tractione consensus dixi. intelligunt Alexand. de Jmol. et Fran. de are. in dicto. §. si quis ita. siue trahatur specialiter siue generaliter. ⁊ Joan. de Jmol. in. c. j. de cōmoda. et in repetit. c. cum contingat. charta. xxxviij. de iureiuran.
24 † In casu vero isto interuenit consensus dicti dn̄i Petri circa renuntiationem insinuationis et legum de ea loquentiū. et hoc saltem generaliter, ꝓ eo quia vt predixi renuntiauit exceptioni doli mali/vis/metus/erroris/conditioni indebiti, ac etiam omnibus exceptionibus iuris ⁊ facti, et demū omnibus et singulis iuribus quibus ⁊c. Et ita non videtur obstare obiectio ei quod ꝑdixeram. Quare autem quesitum fuerit de predictis dubijs apparebit in sequentibus.

¶ Allegatio quarti quesiti.

Ad quartum dico et respon-
25 deo ꝙ si donatio predicta fuisset donatio ꝑpter nuptias, † videretur posse dici ꝙ quemadmodum filia potest in dote heres institui, etiam si nihil aliud eidem relinquatur per id quod voluit glo. et sequuntur docto. communiter in. l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. Specu. titu. de instrumen. edi. §. vt autem. ver. sed sub hac forma. Joan. de Jmol. in. l. suus quoqꝫ. in principio. in. vij. col. versic. sed cōtrarium ⁊c. et in. l. qui volebat. ff. de heredi. institu. Bal. in. l. qm̄ nouella. C. de inoffic. testamē. et Pau. de cast. in. l. lucius. §. maritus. ff. ad trebel. ꝙuis de cautela sit ꝙ filia instituatur vltra doteȝ,
26 saltē in vno nūmo. vt dicit glo. in dicto. §. † sed vtruȝ ita potuisset dictus nobilis Raymundus heres institui in bonis sibi donatis, ꝓ eo quia rationes allegate per glo. et docto. in dicto. §. sed vtruȝ. et ꝑpter quas dicunt filiam posse in dote heredem institui sibi lo-
27 cum vendicant in donatione ꝑpter nuptias, † quia illa imputatur in legitimam, et confertur sicut et dos. l. quoniam nouel. C. de inoffi. testamē. autent. ex testamento. et. l. vt liberis. C. de collat. et quemadmoduȝ potuisset imputari dicto Raymundo in eius legitimam. dicta. l. quoniam nouella. ita et Joanni eius filio, quatenus pretendere voluisset bona donata ad se pertinere tanqꝫ ad heredem patris. per id quod voluit Alexand. de Jmol. consilio. cij. colū. fi. Uerum quia mihi visum est superius ꝙ dicta donatio non fuerit donatio propter nuptias, non videtur mihi vlterius super isto articulo immorandum. Dico preterea ꝙ si donatio predicta fuisset nulla ab initio vel ex capite patrie potestatis, vel ex defectu insinuatiōis, potuisset dictus dominus Petrus illa nō obstante
28 instituere Raymundum in rebus donatis. † Et quidem hoc patet vbi fuisset nulla ratione patrie potestatis, quia cum ita demū veniret confirmanda si vel pater eum emanciparet, vel ea nō reuocata ab humanis decederet. l. siue emancipatis. C. de dona. et. l. donationes. la. j. et quod ibi glo. super verbo, silentium. C. de donat.
29 inter virum et vxo. † Non autem apparet ꝙ Raymundus fuerit emancipatus, presumitur ergo remansisse in patria potestate. l. si emancipati. et quod ibi Fulgo. Roma. et Alexan. C. de collat. facit. l. si filius. ff. de probat. et quod not. Ange. in. l. sed et si de sua. ff.

de acquiren. heredi. Et ita non fuisset donatio cōfirmata per emā cipationem, nō etiam dici posset cōfirmata per silentium. Et primo quidem nō quo ad Raymundum, quia ille primo decessit, nō etiam quo ad Joannem ad quem voluit bona donata post mortē Raymundi peruenire iuxta tenorem instrumenti donationis, 30 † quia penitentia donatoris impedit hanc cōfirmationem. l. cuz 31 hic status. §. penitentiam. ff. de dona. inter virum et vxo. † Penitētia vero dicti domini Petri donatoris colligitur ex eo quia res donatas deduxit per dispositionem testamentariam in titulum aliū, scilicet dictum Joannem filium Raymundi in illis particu 32 lariter instituēdo. † Quia etiā tenēdo q̄ talis donatio esset nulla, et q̄ nō potuerit firmari iuramento: diceremus q̄ hoc est, quia lex eidem nō assistit sed resistit: diceremus q̄ facilior est modus inducendi reuocationem ɀ impediēdi cōfirmationem, q̄ in alijs. Allegasse sufficiat quod voluit Oldra. cōsilio. ccxlv. exordiente, Quidam paterfamilias habebat filiam vnicam cui dotem ꝓmiserat 33 in pecunia, † et superueniente titulo, fortiori institutionis fuisset euacuatus primus, scilicet donationis, que supposito eo qđ supposui nō valuisset irreuocabiliter. ꝓ quo allego qđ voluit Oldra. consilio. cxxxij. exordiente, Titius habens filiam B. nomine fecit sibi donationem tempore nuptiarum ɀc. in tertia q̄one. Et multo magis potuisset in dictis rebus institui, si donatio fuisset nulla ex capite defectus insinuationis, nō soluz fuisset nulla ab initio, sed etiam nō potuisset per silentium donatoris cōfirmari. dicta. l. donationes. C. de dona. inter virum et vxo. Sed quia superius mihi visum est q̄ nec ex dictis capitibus potest predicta donatio impugnari vel dici nulla: nō videtur cōsequenter dici posse q̄ Raymundus filius aut Joannes nepos potuerit in bonis predictis heres institui.

34 † **Sed his non obstantibus** dico q̄ ex alio capite potuit ipse Raymūdus cum viueret et post illius mortem Joānes eius filius heres institui in bonis donatis ex eo videlicet quia vt puto bona donata ascendebant ad valorem legitime, quo casu etiam donatio simplex facta filio, et ab initio valida imputatur in legitimaz. argu. l. cum quo. de peculio. §. fi. ɀ quod ibi Joan. de Jmol. ff. ad legem falci. Alexan. de Jmol. in. l. illud. col. v. versi. secundo modo singulariter limitatur. C. de colla. et dn̄s Jason may. in. l. si quando. §. et generaliter. C. de inoffic. te- 35 stamen. † Ex quo infero q̄ quemadmodū pōt filia heres in dote institui, ꝓ eo quia illam sibi imputat in legitimaz, ita poterat dictus nobilis Raymundus donatarius heres institui in rebus donatis, cum ipse teneretur illas sibi imputare in legitimam. Et idē videtur dicendum de Joanne dicti Raymundi filio. per id quod post Marti. siluia. et Jaco. butri. not. Bald. in. l. scimus. §. repletionem. colū. j. versi. nono not. C. de inoffi. testamē. † vbi voluerūt 36 docto. prefati q̄ quemadmodum donatum filio in premium emācipationis tenetur filius sibi imputare in legitimam, ita et nepos ex illo si contingat ipsum filium ab humanis decedere viuo patre 37 donatore. Cuius dicti illam reddunt rationem doc. prefati, † q̄ quia nepos venit ex persona patris sui, quia in eiꝰ locū successit. l. gallus. §. nūc de lege. ff. de liberis ɀ posthu. ideo tenetur sibi imputare in legitimam, quemadmodum et pater eius in illam imputare si viueret. Ad quod etiam facit quod voluit Alexā. de Jmol. in dicto consilio.

Preterea si inspiciantur verba instrumenti matrimonij ɀ donationis predictarum idem Joannes nepos erat habiturus res donatas, nō quidez ex ꝓuisione dicti quōdam Raymundi, vel ex successione illius, sed ex dispositione dn̄i Petri, ex cuius substantia res donate erant post ipsius mortem peruenture ad Raymundum, et nihilominus ex prouisione eiusdem domini Petri erant per mortem Raymundi peruenture ad primogenitum eiusdem Raymundi seu illum ex filijs Raymundi, quem idem dn̄s Petrus elegisset. Tenebatur ergo ipse Joannes dictas res donatas imputare in legitimam. allegata. l. scimus. §. repletionem. ipse ergo potuit in illis institui, et sic videtur valuisse institutio de illis facta. Et per hec patet quid respondeti possit ad. l. ꝑprias. C. de legat. et ad. l. nam mea. ff. de cō- 38 di. et demon. † per quas probatur q̄ res ꝑpria legatarij eidem legari nō possit vel relinqui. Quoniam respōdeo q̄ ille loquuntur ɀ intelligi debent in legato et in re propria legatarij, hic autem loquimur in particulari institutiōe et in rebus donatis ab institutēte, que vt predictum est debebant in legitimam imputari, et pro- 39 pterea poterat donatarius in illis institui, † vt etiam dictum est de dote, que q̄uis existat ꝑprium patrimonium mulieris, potest tamen mulier per patrem in illa institui, vt voluit glo. et docto. in dicta. l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. et alij in alijs locis.

¶ Allegatio quinti quesiti.

Uenio ad quintū / super quo premitto q̄ hic nō queritur an dictus quōdam dn̄s Petrus testator censeri debeat voluisse Joannem eius nepotem grauare etiaz in bonis donatis. Sed supponitur ꝓ certo q̄ hoc facere voluerit. Et ita apparet ex tenore substitutionis eidez Joanni facte ibi, sic et; taliter q̄ rōne p̄ntis substitutionis omnia bona in quibus dictum nobilē Joannem berengarij sibi heredem ɀc. iunctis verbis institutionis, per que clarissime deprehenditur ɀ apparet hūc Joannem fuisse particulariter ɀ nominatim institutum in dictis rebus donatis. Et ita cōtra hoc suppositum nō facit. l. sequens questio. in princi. ff. de lega. ij. et. l. lucius. §. maritus. in princi. ff. ad trebel. sed faciūt iste. ll. in earum vltimis respōsis ꝓ p̄supposito. Sed quia hoc supponitur, scz q̄ ipse dn̄s Petrus voluerit grauare Joannem et q̄tum in eo fuit grauauit etiam in dictis bonis. Questum est an hoc facere potuerit cū effectu. Ad qđ respōdeo, q̄ si dicta donatio fuisset nulla ab initio, vel quia facta per patrem filio in patria potestate existenti, vel ꝑpter defectuz insinuationis: nō esset fortasse dubiuz quin hoc facere potuisset. dicta. l. sequēs que- 40 stio. † Etiam vbi donatio predicta dici potuisset donatio ꝑpter nuptias, videretur fortasse q̄ etiam isto casu valuisset grauamen, saltem quatenus bona donata excedebant in valore debitum bonorum subsidiū, seu legitimam p̄fati Joānis nepotis. per id qđ in dote, et sic in simili voluit Dy. Nicola. de neapo. et Pau. de castr. in. l. a filia. ff. ad trebel. Cy. in. l. vnica. §. videamus. et qđ ibi Albe. et Joan. fa. C. de rei vxo. actio. Bart. in. l. fi. §. filie. ff. de lega. ij. et in dicta. l. lucius. §. maritus. et Pau. de cast. in. l. cum virum. C. de fideicōmis. Pau. de cast. cōsilio. lxxviij. exordiente, Uiso pūcto predicto ɀc. in secundo quesito. ibi, est dubium vtrum ɀc. et dicto consilio. cv. ad fi. et cōsilio. cxij. exordiēte, Substitutio facta hnic Dragonete. ad fi. et Rapha. fulgo. cōsil. xij. exordiente. Tertio princi- 41 paliter non est dubitandum ɀc. † qui videntur in hoc concordare q̄ pater possit substituere filie et eā per fideicōmissum grauare de dote restituenda, et q̄ substitutio seu grauamen ꝓcedat quatenus dos hmōi excedebat legitimam filie grauate. Pro quo dicto allegari solet casus in dicta. l. casus. §. fi. et vt refert dn̄s Gui. pa. decisione. dcxij. exordiente, Si pater possit filie substituere per fideicōmissum ɀc. ita iudicatur in insigni curia Dalphinalis parlamēti, Jdeo autem dixi fortasse, quia cōtra hanc sententiam videtur facere qđ voluit Joan. an. in addi. Specu. titu. de instru. edi. §. vt autem. in addi. exordiente, Sed incidit ɀc. Bal. in. l. q̄m nouella. vel. secundo queritur. ibi, ad scōm punctum. C. de inoffi. testa. Joā. de Jmol. et Pau. de cast. in dicta. l. lucius. §. maritus. et Alexan. de Jmol. cōsil. xx. exordiente, Ponderatis his que in themate ɀc. in tertio volu. qui omnes volunt q̄ eo casu pōt pater expresse ꝑ fideicōmissum grauare filiam in eius dote, quatenus dos ipsa excederet eius legitimam quo idem pater fuisset a principio stipulatus sibi ipsi soli reddi dotē, soluto matrimonio: secus vero si nō fuisset stipulatus illaz sibi soli reddi, quia tunc nō posset ꝑ fideicōmissuz preiudicare ipsi filie in iure dotis sibi acquisito. l. quotiens. ff. solu. matri. et ita declarant ɀ modificant not. per Barto. in dicta. l. fi. §. filie. ff. de lega. ij. Et hoc videtur etiam q̄uis cum dubitatione magis placuisse Alexan. de Jmol. in dicta. l. a filia. Dicit etiam Bal. in dicta. l. cum virum. col. ij. versic. sed nunquid. C. de fideicōmis. q̄ ita demū potest filia expresse grauari in dote, si pater vltra dotem tantum sibi relinquit q̄ta est dos: vbi etiam dicit ita intelligendā dictam. l. fi. §. filie. et qđ ibi Barto. dicit etiam Sali. in dicta. l. q̄m nouella. q̄ si dos nō erat reuersura ad heredem patris, sed cōsolidanda in persona filie, et pater vltra dotem hmōi nihil sibi leget, nō potest per fideicōmissuz eam grauare in dote. dicta. l. lucius. §. maritus. Et ita videtur sensisse Cyn. in dicto. §. videamus. quatenus ponit casum in filia in dote et quibusdam alijs bonis vltra dotem instituta. Et ita nō videretur iste articulus esse sine dubio, etiam si supponeremus q̄ donatio predicta fuerit donatio ꝑpter nuptias, attento q̄ dictus dn̄s Petrus nihil omnino reliquerit Joanni nepoti vltra et preter res donatas.

42 † **Sed cū vt superius dixi nō** videatur posse defendi donationem huiusmodi fuisse donationem ꝑpter nuptias, nō videt̄ q̄ substitutio fideicōmissaria de qua queritur, de iure valuerit. Pro eo quia dictus quōdam Joannes non videtur fuisse in aliquo effectualiter per dictum dominū Petrum in dicto eius testamento honoratus, quia bona donata erāt ad eum peruentura post mortem eiusdem domini Petri, et hoc in vim donationis ɀc. etiam si in illis nō fuisset ipse Joannes heres institutus. Et sic non videtur potuisse in aliquo onerari aut grauari. l. ab eo. cum suis simili. C. de fideicommis. Pro quo facit quod habetur in dicta. l. lucius. §. maritus. versi. atq̄ etiam si sensisset ɀc. vbi dicit text. ita demum valere fideicommissum seu grauamen

uamen in dote, si aliunde tantum erat vxor habitura per retentionem quarte trebellianice faciendam de alijs bonis sibi per testatorem relictis ꝙta erat summa dotalis, alās nō teneretur vxor ad dotis restitutionem. Cum ergo in casu nostro nihil relictum extiterit ipsi nobili Joanni ex quo detrahi posset trebellianica vel alia quarta ascendens ad estimationem ⁊ valorem bonorum donatorum, nō videtur fideicommissuꝫ huiusmodi efficaciter valuisse. et facit ꝑ hoc dictum Joan. an. Bal. Joan. de Jmol. et Pau. de ca. supra per me relatum. 43 † Ad impugnationeꝫ dicti fideicommissi etiam facit. l. imperator. ff. de legat. ij. iuncto eo qđ habetur in. l. vnum ex familia. §. sed et si fundum. et qđ ibi glo. super verbo, tantum eidem. eodem tit. Nec facere videtur ꝑ defensione dicti fideicommissi. dicta. l. sequens questio. ad fi. vbi dicit text. donatarium posse nominatim grauari in re donata. Quoniam respondeo ꝙ illa lex loquitur in rebus donatis a marito eodēꝗ testatore vxori cōstante matrimonio, quo casu donatio inter viuos ab initio non valuit, sed veniebat morte mariti cōfirmāda si eam nō reuocasset. Sed si illa donatio facta vxori valuisset irreuocabiliter a principio, put valuisse supponitur donatio de qua supra, non potuisset vxor grauari in rebus donatis, vt not. glo. et docto. in. l. iij. in principio. ff. de lega. iij. et glo. in dicta. l. sequens questio. Pro quo ibi allegat dictam. l. vnum ex familia. §. sed et si fundum. Videtur igitur ꝙ dicta substitutio non valuerit ab initio, vtpote facta de bonis alterius, scilicet dicti Joannis aut ad ipsum peruenturis, et cui nihil aliud reliquit. l. cōficiuntur. §. si post. ff. de iu. codi. Et ita mihi videtur saluo rectiori consilio.

¶ Allegatio sexti quesiti.

Ad sextum dico et respōdeo

ꝙ in dicto instrumento cōtinentur multa, quorum aliqua referūtur fuisse gesta per dictum quōdam Joannem berēgarij, alia vero asseruntur gesta per notarium qui de approbatione inibi mentionata instrumentum seu notā recepisse legitur. Quo ad prima, hoc est quo ad ea que referuntur gesta per dictum Joannem, et sic ꝙ idem Joannes testamentariam dispositionem et particularē institutionem de dicto nobili Joanne factas per prefatum do. Petrum eius auū cū oībꝰ vniuersis ⁊ singulis ordinationibus/dispositionibus/institutionibus/substitutionibus/quittationibꝰ/donationibus/grauaminibus/et alijs omnibus vniuersis ⁊ singulis clausulis et capitulis quibuslibet in testamento eiusdem domini Petri latius mentionatis ⁊ descriptis, laudauit/ratificauit/approbauit, pariter et omnino cōfirmauit, et ipsis omnibus omnino 44 cōsensit. † Respondeo ⁊ dico ꝙ cum aduersus instrumentū nihil ꝓbatum extiterit, illa sufficienter ꝓbantur: quia propter autoritatem notarij presumitur ꝓ instrumento et ei standum est postꝗ cōtrarium non probatur. l. cum precibus. et quod ibi glo. ⁊ docto. C. de ꝓba. auten. de instrumen. caute. et fide. §. si vero moriantur. collatio. vj. c. ad audientiam. de prescript. et. c. cum Joannes. de fid. instru. Multas cōcordantias ponit Pau. de leaza. qōne. xiij. exordiente, Cōtra instrumentum debiti opponiť ꝙ est vsurariuꝫ ⁊c.

45 ¶ † Quo vero ad ea q̄ ideꝫ notarius scribit per se fuisse gesta, est maior difficultas, ꝑpter id qđ dicit Fede. de se. cōsil. clxxix. ⁊ mihi ccj. exordiēte, Queritur an dña Margareta minor. xxv. annis ⁊c. vbi voluit idem Federi. ꝙ licet credatur notario a partibus rogato de eis que gesta sunt a partibus, non tamen debet ei credi de eo quod gestum asserit a seipso. argu. l. omnibus. C. de testi. ⁊. l. nullꝰ. 46 ff. eodem titu. † Et ideo dicit Fede. ꝙ si notarius attestetur se certiorasse mulierem de beneficio Veleyani, non est sibi credendum. Idem voluit Anto. de butri. in. c. quoniam cōtra falsam. col. xiij. et Panor. in. c. cum causam. col. vij. de testi. Sed cōtrarium tenuit Ange. in repetitione. l. sciendum. ff. de verborum obliga. quia ꝰm eum sufficit ꝙ solēnitas certiorationis potuerit interuenire tempore instrumenti ad hoc vt presumatur ꝓ solennitate enuntiata in instrumento, vt not. glo. in. l. j. C. de fi. instru. et iu. haste fis. lib. x. et not. Bar. in dicta. l. sciendū. et in. l. theopōpus. cum simili. ff. de do. ꝑle. Et ita etiam tenet cōtra Fede. per istam rationem Joā. de Jmol. in sua solenni repetitione. c. cum cōtingat. col. fi. ver. potes etiam addere id quod tangit Federi. ⁊c. ibi, istud dictum non videtur verum ⁊c. de iureiuran. Panor. vero in. c. cum causam. colū. fi. de emptio. et vendi. Refert preallegatum dictum Federi. de se. et postea subdit circa hoc videndum esse Inno. in. c. quoniam cōtra 47 falsam. de ꝓba. et ꝙ stilus est in cōtrarium. † Et hanc partem etiā secutus est Alexan. de Jmol. in dicta. l. sciendum. col. xij. versic. sed quid si in instrumento. vbi etiam respondet ad rationem Fede. superius relatam, et dicit ꝙ textus in. l. omnibus. cum similibus loquitur quādocūꝗ aliquis attestatur circa id quod respicit cōmodum suum, nos autem loquimur in officiali publico attestāte circa id quod respicit officium suum et cōmodum partium. Et ideo videtur esse standum dicto officialis. l. si quis decurio. et quod ibi glo. C. de fal. et. c. ad audientiam. de testi. ad quod faciunt not. per Bart. in. l. si librarius. ff. de regu. iu. et istam opinionem etiam sequitur Albe. de rosa. in. l. fi. §. fi. ff. ad trebel. vbi etiam dicit ꝙ cum alās in questione facti notarius attestaretur in instrumento se certiorasse mulierez de beneficio Velleyani: ipse fecit interrogari notarium per iudicem ⁊ ab eo queri quid esset beneficium senatuscōsulti velleyani. Et ꝙ ꝑpter hoc quia notarius nesciuit respōdere, obtinuit ipse in illa causa. Idem refert Alberi. in. l. ij. C. de hereti. vbi allegat Bartholi. de cornaza. Et hec opinio vtpote fulsita fortioribus rationibus videtur verior, quā etiaꝫ secutus est Bartho. vero. in suis caute. cautela. ccxlix. Debet ergo credi assertioni magistri Oliuerij chomari de sancto Sebastiano notarij, qui instrumentum approbationis predicte recepisse legitur. Et non solum de his que asserit et scribit gesta extitisse per dictum Joannē approbātem, sed etiā de his que ipse attestatur et affirmat se gessisse. Preterea hic aduertendum est, ꝙ vt dicitur in dicto instrumento idem Joannes dixit et asseruit se esse veraciter instructum/informatum/et certificatum de testamēto dicti dñi Petri inibi mētionato, et de omnibus vniuersis/ et singulis clausulis/capitulis, et alijs omnibus in eodē expressatis, descriptis/recitatis/et contentis, per qđ apparet ꝙ dictum Fede. nō obstaret, etiam si verū esset ꝑut nō videtur per predicta, salua reuerentia tanti viri.

¶ Allegatio septimi quesiti.

48 † Ad septimū dico et respondeo

17 senti.in principio.ff.de acquiren.possessio.† Hinc dicimus quod beneficium collatum absenti sibi non acquiritur nec sibi prodest ante habitam notitiam et presentationem literarum,per ea que ponit Barto.in dicta.l.absenti.Franci.de are.⁊ Alexan.de imol. in dicta.l.qui absenti.in princip.⁊ quod habetur in.l. labeo. ff. de iureiuran.et per glos.in.c.quia cunctis.de concessio.prebenda.in sexto.et in capi.si tibi absenti.de prebend.eod.libro.Pro quo facit quod voluit Roma.in dicta.l.qui absenti.vbi refert fuisse cōsultum quod beneficium ciuilitatis collatum cuidam originario alterius territorij,tunc absenti sibi non profuit ante habitam no
18 titiam et factam acceptationem.†Etiam pro hoc facit quod habetur in autenē.quib.mo.natu.efficiū.sui.§.generaliter.colla.vij. vbi probatur quod beneficium legitimationis impetratum per patrem filij naturalis,ipso filio ignorante,non prodest ipsi filio nisi in ipsius notitiam deuenerit et ratam habuerit impetrationem.Pro premissis etiam facit quod voluit Petrus de anchara.consilio.cccxcix.vbi commemorans familiares pape gaudere amplis preeminentijs quoad beneficia collata,dicit quod si absens et ignorans fuerit constitutus familiaris pape, ipse ante notitiam et acceptas literas familiaritatis non acquirit beneficium familiaritatis,vt ibi pulchre allegat Bald.etiam in prelu.feud.Dicit quod si prelatus concedit feudum alicui absenti, non potest peti inuestitura ante presentatas et acceptas literas concessionis. Etiam pro premissis facit quod post Joan.and.in additio.Specu.titu.de actio.seu petitio.§.super petitionibus. in vltima additio.exordiente,Dic vt de concessione prebende ⁊c. voluit Geminia. in capitu.ij.in fine.de prebendis. in sexto. Ubi dicit,vacauit beneficium in curia,papa illud contulit cuidā tunc absenti ⁊ ignorāti,q deinde anteꝙ acceptasset mortu⁹ est extra curiā:ꝗrit vtrū illud beneficiū dicatur nūc vacare in curia:et decidit quod sic, ex eo quia cum ille absens ipsum nō acceptasset,

dici non poterat esse suum. dicto. c. si tibi absenti. et alijs iuribus per Joan. and. et eũ allegatis. † Et quod ad hoc vt per donationẽ factam absenti acquiratur sibi ius sit opus quod ipse habeat illius notitiam, et illaz acceptet. voluit Fran. de are. consi. xvij. exordiente, Consideratis diligentissime &c. col. v. versi. preterea in vltimo pacto &c. ibi, sed ex secũdo capite. Pro quo allegat dictã. l. absenti. in fin. ff. de dona. Et idẽ consuluit Pau. de cast. consi. xj. exordiente, In casu presenti visis omnibus &c. colũ. j. vbi et plene et eleganter. Supposito igitur quod dictus cessionarius non habuerit notitiam donationis vel habuerit, sed illã nõ acceptauerit ante factã incarcerationẽ, non videntur alique actiones vtiles eidẽ cõpetijsse. Et sic nihil obstitit, quominus iterũ potuerit dictus nobilis Alexãder experiri contra dictum Franciscũ. Et hoc maxime procedit si idem cessionarius declaret se nolle acceptare donationem: † quia facta repudiatione seu refutatione donationis hmõi iuriũ cessorum, perinde est acsi donatio hmõi facta non fuisset. l. legatarius. §. j. l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de lega. j. et l. proinde. cũ simili. ff. si cer. pet. † que si procedãt in legatario cui quesitũ erat ius, etiã ignorãti licet nõ perfecte vel irreuocabiliter. l. cũ pater. §. surdo. ff. de lega. ij. †. Multo fortius in donatario cui nullũ ius queritur anteq̃ prestet assensum, vt apparet per predicta. et l. si ego. ff. de nego. gest. Et ita mihi videtur sub correctiõe cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium. CXVII.

De diuisione inter fratres facienda per primogenitũ, et de iuniore postmodum eligente per consuetudinem Dalphinalem.

Summarium.

1 Diuisio inter fratres qualiter facienda, et an maior natu teneatur partes facere et minor eligere, an ex officio iudicis equalitas sit seruanda vt non sit inter eos prelatio diuidendi et eligẽdi. nume. 3. 5.

2 Dictum alicuius sancti roboratum autoritate veteris vel noui testamenti in causarum decisionibus constitutioni papali et imperatoris prefertur.

3 Maioritas et minoritas in diuisione inter fratres faciende qualiter intelligende, et quomodo accipiantur.

4 Ecclesia et minor an parificentur, et an respublica cũ minore equiparetur, et de quo minore intelligatur.

Christi nomine inuocato. Viso casu mihi exhibito parte magistri Andree berengarij graffarij sancti Marcellini, et dubio seu dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico et respõdeo put infra. † Videlicet quod sup hoc varij varia scripserũt. Quidã enim dixerũt nõ esse verũ, quod in diuisiõe faciẽda inter fratres frater maior teneatur partes facere siue diuidere, et minor eligere sed debet secundũ eos diuisio expediri officio iudicis. §. si familie. et §. seq. institu. de offi. iudi. Pro qua opiniõe facit text. in. l. ij. in princip. C. quãdo et qui. quar. pars debe. lib. x. qd etiã voluerũt Bar. et Bald. in. l. j. C. de his qui se defe. lib. x. Bal. in. l. si maior. in primo nota. C. cõmu. diuidun. vbi not. per illũ tex. equalitatẽ esse per omnia in diuisione obseruãdã licet fratres sint sexu et etate dispares: et secundũ eum quis sit cõsuetudo quod frater maior debeat partes facere et minor eligere, vt refert beatus Augustinus in lib. de ciuitate dei. lib. xvj. c. xx. tamẽ de iure nõ debet esse inter eos prelatio diuidendi vel optandi, sed in oĩbus debet inter eos seruari equalitas vt ibi, et sic debet optio cõtingere aut fieri sortis aut breuiuz felicitate, nõ autẽ prerogatiua persone vel etatis, prout dicit esse tex. in. d. l. ij. in prin. C. quando et qui. quar. pars. Eandẽ opiniõẽ tenet Bald. in. l. j. colũ. j. C. de pact. et in. l. iubemus. la. ij. in princi. C. de sacrosan. eccle. Ange. in. l. fin. ad fi. C. commu. de lega. Joan. de imol. in. l. suus quoq;. in princi. in vlti. colum. ff. de heredi. instituen. Flori. in. l. arbitrium. ff. famil. ercíscun. et Ang. are. in. §. quedam. institu. de actio. Roma. cõsi. cccclxxj. exordiente, Lucrũ autem ex dote prouenieus &c. versi. quo autẽ ad secundũ. ibi, breuiter tamen veritas &c. Pet. de vbal. in suo tracta. socie. in. xj. parte. colũ. xlvj. versi. quero plures fratres diu steterunt &c. et Marti. laudeñ. in suo tractatu de primogenitura. col. ij. versi. item quero an istud vulgare &c. Sed contrariã opiniõẽ scilicet quod de iure maior teneatur diuidere seu partes facere et minor eligere firmauit Bal. in. d. l. suus quoq;. in prin. et in. d. l. ij. C. quã. et qui. quarta pars. Hãc eãdem opinionem tenuit Rayne. de forli. in. l. inter pupillos. ff. de autori. tuto. et Nico. de neapo. in. d. l. ij. in prin. C. quan. et qui. quarta pars. sit verũ quod primogenitus diuisionẽ faciat: dicentes quod vbi hereditas debet diuidi inter heredes, et est cõtentio quis prius eligat, quod hoc cõmittitur iudicio sortis, nisi tales heredes essent fratres: q2 tunc secundũ eos maiores debẽt diuidere et minores eligere. Et hanc opiniõẽ tenuerunt Hosti. Joan. and. Anto. de but. et Pet. de anchara. in. c. j. de parochi. Panor. et Joan. de ana. in. c. qualiter et quãdo. le. ij. de accusa. et huic opinioni tanq̃ vltimo loco per eũ recitate, videtur adhesisse Alexand. de imol. in. l. penul. C. cõmu. diuidun. in addi. ad Bald. et clarius in. d. l. j. C. de his qui se defen. in addi. ad Bart. Huic etiã adhesit do. Jason may. in. d. §. quedam. charta penul. colũ. j. versi. quero de questione tota die contingẽte &c. institu. de actio. Pro ista opinione adducitur text. in. d. c. j. de parochi. adducitur etiã autoritas veteris testamenti scilicet quod Abraham frater maior, immo patruus, et Loth nepos, minor elegit, vt refert beatus Augusti. in loco superius allegato, et dicit beatus Ambro. in libello cui Abraham titulus est, formaliter in hec verba, cuiusmodi diuisio debet eẽ patriarcha Abrahã edocet: firmior diuidat, infirmior eligat, ne habeat quod queratur electioni sue nõ poterit calumniari: non recidet occasio resiliẽdi cui datur eligendi optio nec diuisor grauatur, non quo prudẽtior eo cautior, vt nec in diuisione circũscribatur nec in electione fraudetur, et quia hec secũda opinio pro se habet dictũ horum gloriosissimorũ cõfessorũ, etiã autoritate veteris testamẽti munitũ et roboratũ, illa non videtur contẽnenda, per id qd no. gl. in. c. de libellis. dist. xx. † que dicit quod dictũ alicuius sancti munitũ autoritate veteris vel noui testamenti, prefertur cõstitutioni papali et imperatoris in decisionibus causarũ. Facit quod not. glo. in aut. vt iudi. sine quoquo suffra. §. cogitatio. super verbo, eloquiorũ. et Joã. and. in. c. certificari. de sepul. et Panor. in. d. c. qualiter et quãdo. le secund. de accusa. Facit etiã p ea dictũ. c. j. de parochi. † q̃uis ad illud respõdeant legiste pro maiori parte tenentes primã opinionem quod illud loquatur in bonis ecclesiasticis, hic aũt est sermo de bonis laicorũ vel quod ibi sit speciale fauore ecclesie, tam respectu eligentis, quia presumitur quod episcopus iunior magis superuiuet et sic plus cõseruabit res ecclesie q̃ etiã respectu diuidẽtis: q2 cum sit antiquior in dignitate, presumitur habere maiorẽ notitiam q̃ minor et sic meli9 sciet diuidere. Sed quicquid sit de veritate iuris cõmunis audio quod in patria Dalphinali hec secũda opinio obseruatur de consuetudine, scilicet quod maior diuidit et minor eligit, vt refert do. Guido pa. in decisionibus magnifici Dalphinalis parlamenti decisione. cclxxxix. exordiente, Sunt duo fratres bona paterna cõmuniter habẽtes &c. Et sic cum casus presens occurrat in Dalphinatu, nõ est ab hac opinione discedendũ. l. j. et. ij. C. que sit lon. consue. Debet ergo in hoc casu maior diuidere et minor eligere, et intelligo quod tota seu oĩm bonorũ diuisio fieri debeat per maiorem, et ea facta fiat electio per minorẽ, al's si diceremus maiorẽ facere particularẽ diuisionẽ in aliquibus bonis, vtpote de duabus domibus et de duabus terris et minorẽ eligere ex his quam optaret, et deinde minorem debere facere diuisionẽ aliquorũ aliorũ bonorũ et dari electionẽ maiori, istud non esset verũ quod maior diuideret bona cõmunia et minor eligeret, sed quod maior faceret primã diuisionem, et deinde minor secundam et iterato maior tertiam &c. quod non reperio fuisse de mente scribentium aut etiam consulentium.

3 † Sed restat difficultas quis in hac materia dicat maior, et qs minor: an videlicet ille dicat maior q est maior. xxv. annorũ, et ille dicat minor q est minor. xxv. annorum, anve accipiatur maior pro eo qui est antiquior seu senior aut maior natu: et minor, pro eo qui est iunior etiam si forte excesserit annos octuaginta, vel quomodo accipiãtur maior et minor in hac materia. Ad quam difficultatem respõdeo quod legiste tenẽtes primã opinionẽ, videntur mihi accipere maiorem pro eo qui est maior natu seu antiquior, et minorem pro eo qui est iunior, etiam si sit maior. xxv. annis, nisi forte opponatur de eo quod notat Roma. in dicto consilio. cccclxxj. et Pet. de vbal. in loco superius allegato, † quatenus ibi arguendo dicunt ecclesiam et minorem a iure parificari. c. j. de in integ. restitutio. et etiam quatenus inducunt rem publicam et minorem equiparari. l. rempublicam. C. de iur. rei publi. quia certum est illa iura loqui de minore viginti quinq; annis. † Cano. vero qui vel fere omnes vel vt in plurimis tenent dictam secundam opinionem, scilicet quod maior debeat diuidere et minor eligere accipiunt maiorem pro illo qui diutius rexit et gubernauit bona communia. Ita enim not. Hostien. Joan. and. Anto. de butri. et Pet. de ancha. in dicto. c. j. de parochi. quod dictum etiam sequitur Bald. in dicta. l. suus quoq;. in principio. ff. de heredib. instituen. Alexand. de imol. in dicta l. penul.

l.penul.C.communi.diuidun.in addi.ad Bald.et Jason may.in d.§.quedam.charta penulti.colū.iij.Pro quo dicto solet induci dictū.c.j.ibi,ita vt ille diuidat: qui amplius temporis in episcopatu habet:z minor eligat.vbi tex.nō dicit ꝙ antiquior debeat diuidere z iunior eligere,sed dicit ꝙ ille qui amplius tēporis habet in episcopatu,hoc est vt dicit Joan.and.qui diutius episcopatū rexit,etiam si forte esset altero iunior:z consequenter minor debet accipi pro illo qui minori tpe rexit episcopatū,etiā si esset alio antiquior in etate.Et huius dicti illa solet ratio assignari:quia veri similiter ille q diutius rexit z gubernauit vel episcopatū vel bona cōmunia:habet maiorē notitiam bonorū episcopatus aut cōmuniū ꝙ habeat ille qui minori tpe gubernauit aut rexit,z sic sciet melius facere diuisiones z pertandas bonorū ꝙ ille qui minori tēpore rexit.z hoc dictū putarem seruandū nisi de consuetudine aliter seruari cōsueuerit in patria Dalphinali,in qua vt predixi,de consuetudine maior diuidit z minor eligit.Si enim de consuetudine huiusmodi accipiatur maior pro antiquiore: z minor ꝑ iuniore, seruanda etiam esset hec interpretatio facta per consuetudinē:qr minime sunt mutanda q̃ interpretationem semper certā habuerunt.l.minime.cum suis simili.ff.de legi.Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium.CXVIII.

☞ De officio magistratus non gesto per pignus a debitore captum.

Summarium.

1 ☞ Pignora recipere a debitore nulli etiā priuato denegatum.
2 Reus liberandus actore non probante.
3 Testi ex sua depositiōe cōmodū reportanti,nulla fides adhibēda.

Attētio venerabilis viri domini procuratoris curie loci Albāhani in quadā pretēsa inquisitionali causa dudū cepta z pendēte indecisa per z inter eundē do.procuratorē ex vna parte,et puidos viros Rolādū maffredi z Bertrādū coreni ex alia.Et in qua pretēdit eosdē Maffredi z Coreni exercuisse officiū magistratus,nō fuit nec est sufficiēter vel legitime ꝓbata.Testes em̄ qui pro probatiōe sue hmōi pretense intentionis nō deponūt de aliquo pretenso exercitio officij magistratus,sed duntaxat testificantur z dicunt eosdem Maffredi z Coreni recepisse a quibusdā pastoribus,immo a duobus ex hmōi testibus certas nolas seu sonalhias,z hoc pro eo in quo dicto Maffredi z Coreni pretēdebāt eosdem testes aut dominos aueris,quod tunc per eos ducebatur vniuersitati dicti loci Albanhani,z ad causam transitus facti per territorium Albanhani.† Istud autē non est exercere officiū magistratus,cum cuilibet etiam priuato permissuz sit z licitū pignora recipere a suo debitore.Debuerunt igitur z debent dicti Maffredi z Coreni ab impetitis absolui,etiam si nihil opponāt:† qr actore nō probante zc.l.qui accusare.C.de eden.l.negantes. C. de actio.z obliga.z.c.j.vt eccle.benefi.Preterea cum dicti duo testes ijdemq; pretensi pastores z auere essent in recessu,et prouidus vir Petrus andree locumtenens domini Albanahni denegasset eisdem prouidere, potuissent fortasse ipsi Maffredi z Coreni nō solum recipere sonalhias pro pignore datas,sed etiam illas vel aliqua ex animalibus detinere:vel etiā pastores,z eos ducere ad magistratum, ne propter recessum iure suo priuarentur.

3 ¶ † Accedat insuper quod dictis testibus,z presertim illis duobus pastoribus,nō est fides adhibenda:cum possint ex sua hmōi pretēsa depositione reportare cōmodū quoad dictas sonalhias, quas se tradidisse pretendunt:nō ergo sunt ydonei testes. argu.l. omnibus.C.de testi.z quod ponit Bart.in.l.deferre.§.idem decreuerunt.ff.de iure fis.

Consilium. CXIX.

☞ De legitima vbi sunt quatuor liberi detrahenda,z de pena virorum binuborum.

Summarium.

1 ☞ Legitima vbi sunt quatuor liberi quanta sit,et qualiter diuidenda inter eos.
2 Mulier pupillariter substituere non potest,z cur.
3 Vir binubus est vsufructuarius tantum illius partis pro qua pleno iure successisset,si secundo non nupsisset.
4 Pene contra binubas a iure introducte,an habeant locū etiam in viro bigamo.

Viso casu mihi exhibito parte honeste mulieris Alaysie tornatoris z dubijs ex casu hmōi elicitis. Dico z respondeo breuiter z succincte ad dubia hmōi prout infra.† Et primo ad vltimuz, ꝙ cū honeste quondā mulieri Joāne vxori predicti Tornatoris superfuerint quatuor liberi,scz tres filij,z dicta Alaysia eī filia legitima: horū omniū fuit tertia pars bonoꝝ eiusdē quondā Joanne,deducto ere alieno z funeris impēsa.auc.de triē.z semis. §.j.colla.iij.z trāsumptiue in auc.nouissima.C.de inoffi.testa.iuncta.l.papinianus.§.quarta autem.ff.de inoffi.testa.Et hec tertia pars debuit equis portionibus diuidi inter eosdem filios z filiaz, vt probatur in.d.§.j.Si ergo ponimus ꝙ deducto ere alieno z funeris impensa, bona prefate quondā Joāne matris huius Alaysie valerent tēpore eius mortis z decessus quingētis florenis monete currentis,legitima ꝑfate Alaysie,que est quarta pars tertie partis,z sic duodecima pars bonorū eiusdē quondā Joanne,ascēderet ad florenos quadragita vnū,z octo grossos, saluo errore calculi,in quibus ipsa Joanna grauare nō potuit ꝑfatā Alaysiā eī filiam,nec facere quominus tota ista summa vel illius valor peti posset statim post mortē eiusdem Joanne.l.omnimodo.z.l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.testa.

Ad primū vero dico z respondeo ꝙ cū Jacobus z Menginus inibi nominati sine liberis decesserint,substitutio eisdē facta sibi locū vindicauit in personā Joānis eorū fratris.† Uerū qr substitutio hmōi vtpote facta ꝑ matrē z sic ꝑ mulierē,que cū in potestate liberos nō habeat,nō potest pupillariter substituere.§.femine.institu.de adop.z.l.ij.in prin.ff.de vulga.z pupil.z institu.de pupil.substitu. in prin. Ualere non potuit nisi iure obliquo,hoc ē iure fideicōmissi. Dicti Jacobꝰ z Mēginus,z eorū quilibet potuerūt detrahere duas quartas,scilicet legitimā z quartā trebellianicā,iuxta ea que not.glos.Barto.z doc.to.in.d.l.papinianus.§.meminisse.ff.de inoffi.testa.gl.z Bar.in l.ꝙ ꝙ.C.ad leg.falci.Bar.in.l.filium quem.ff.famil.ercis.pro quo sunt boni tex.in.c.raynutius.z.c.raynaldus.de testa.z iste quarte diuidi debent equis portionibus inter Joannē z dictā Alaysiaz. Residuū vero debet restitui prefato Joāni in vim substitutionis de qua supra. † Est tamen verū ꝙ cū Stephanus ymberti quondam maritus dicte Joāne z pater ꝑdictorū Alaysie, Jacobi, Mēgini z Joannis,adhuc supersit,z qui dicitur cōuolasse ad secūdas nuptias post mortem dicte Joanne,ipse habere debet vsumfructū tertie partis predictarū quartarū.Pro qua tertia parte ipse pleno iure successisset dictis Jacobo z Mengino,si secūdo nō nupsisset.Sed quia secundo nupsit,ipe successit in solo vsufructu huius tertie partis, vt probātur hec in auc.defuncto.C. ad tertul.et auc.in testamento.C.de secun.nup.Et ꝙuis dicta auc.ex testamēto,videatur loqui dūtaxat in muliere binuba, hoc est in ea que cōuolauit ad secundas nuptias.† Idē tamen est in viro binubo:qr pene introducte contra mulieres binubas sibi locum regulariter vendicant in viro binubo.auc.de nō eligen.secūdo nuben.§.quia vero cōtra binubos.collac.j.quod etiam voluit Azo in summa. C.titu.de secun.nup.§.itē quecunq;.Hostiē. in summa.eo.tit.§. penulti.versi.quēcunq;.Joan.and.in addi.Specu.titu.de secun. nup.super rubri.Oldra.consi.mihi.lxxv.exordiente,Quidam habuit vxorē ex qua duos habuit filios zc.in secūdo quesito. z Mathe.de matha.in suo tracta.de successio.ab intesta.in secūdo membro principali.versi.secundo casu.Cum igitur mulier binuba habens liberos ex primo matrimonio puniatur in bonisque fuerūt mariti patris liberorū,iuxta formā dicte auc.ex testamento,eodē modo etiam punitur vir binubus habēs liberos ex prima vxore: videlicet in ea parte quam pleno iure habuisset si ad secundas nuptias nō conuolasset:nō habeat nisi vsumfructū illius partis seu quote, quemadmodum nec mater binuba haberet.

Ad secūdū quesitū dico z respondeo ꝙ.xx.floreni z vestes legati z iure istitutiōis relicti ꝑ dictū quōdā Joannem ipsi Alaysie sue filie:percipientur per ipsam Alaysiam tanꝙ de bonis dicte Joanne, vna cum eo quod deest de legitima,iuxta id quod dixi in respondendo ad vltimuz quesitum.

Et nihilominus ipsa Alaysia tanq̃ vna de proximioribus dictorum Jacobi & Mengini habebit quoad proprietatem dimidiã partem illarum duarum quartarum quas ipsi Jacobus & Menginus, & eorũ quilibet detrahere potuerunt de bonis prefate quõdam Joanne eorum matris, & in quibus fuerunt per eam instituti. Et ita mihi &c.

Consilium. CXX.

De approbatione scripture producte non obstante protestatione.

Summarium.

1 Scripturam vnico verborum contextu factam vel continentem vnum capitulum qualificatum vel plura connexa producẽs an censeatur confiteri et approbare omnia contenta in ea, etiam si contra se faciant vt possit ex illis condemnari. nu. 4.
2 Protestatio vt non stetur scripture facientis contra producẽtem an quicq̃ operetur. Et qualiter producẽs debeat dicere in producendo. nu. seq.
3 Protestatio post productionem facta an releuet producentem.
4 Scriptura priuata fidem an faciat.

1 PRoducens† scripturam censetur regulariter confiteri vel asserere esse vera ea que in scriptura hmõi continentur, etiã ea que contra ipsum producentem, & pro aduersario faciunt & ex illis condemnari potest, per id quod no. Inn. & doct. in. c. cũ venerabilis. de excep. Bar. in. l. post legatum. col. ij. ff. de his quib. vt indig. Bald. in. l. scripture. in princi. C. de fid. instru. & in. l. cum precũ. ad fi. C. de libe. cau. Lapus allegatione. cxix. exordiente, Quero pone &c. post principiũ. Pet. de ancha. consil. ccxxiij. exordiente, Subtiliter & ad plenum allegatum est &c. Inno. in. c. cuz olim. de censi. Roma. consil. cccxxix. exordiente, Presens cõsultatio in hanc incidit questionem. & Ange. are. in. l. appellanti. ff. de appel. Quo fit vt cum nobilis domina Catherina forbine vxor nobilis viri Honorati forbini, seu pro ea & eius nomine idẽ nobilis Honoratus produxerit quãdam apodexen per eum scriptã & subscriptam, & vt pretendit etiam subscriptam per nobilem & honorabilem virum Raynaldum altoniti cẽseatur & censeri debeat eadem nobilis Catherina fuisse confessa esse vera, etiam ea que pro eodẽ nobili Altoniti & cõtra ipsam dñam Catherinã faciunt, & sic etiã ea que continent in subscriptione quã fecisse pretenditur dictus
2 nobilis Raynaldus. † Quod procederet etiaz si tẽpore facte productionis dicta domina Catherina, vel pro ea & eius nomine idẽ nobilis Honoratus protestatus extitisset se producere predictaz apodexen in parte & partibus pro eadem domi. Catherina tantũ facientibus & non in aliis: quia protestatio huiusmodi nihil videtur operari quin stetur scripture etiam contra producẽtem, vt voluit glo. quam ibi sequitur Salice. in. l. j. §. editiones. ff. de eden. Bald. in. l. j. colũ. ij. C. vt que desunt aduoca. & idem videtur fuisse de mente. Pau. de cast. in. d. §. editiones. vbi reputat dictũ Bal. in. d. l. j. esse singulare, et refert se habuisse hũc casum de facto. Puto q̃ ille ponatur consi. lxxxj. exordiente, In causa siluestri contra Talozum considero &c. Bald. in. c. presentiũ. col. ij. de testib. Joã. de imol. in. c. S. perpetuus. colum. vlti. de fide instru. Roma. cõsi. cccxxxiij. exordiente, Quo ad primum &c. & do. Jason may. in dicta. l. j. §. editiones. colũ. iij. † Multo fortius ergo procedit eo ca-
3 su quo vel non fuit facta protestatio huiusmodi, vel si facta extiterit illa fuit facta post productionem: quia si facta est eo tempore quo scriptura producta fuerat facta communis inter partes. l. j. §. edenda. ff. de eden. regula mutare. de regu. iur. in. vj. quod etiam voluit Bald. in. d. l. j. C. vt que desunt aduoca. Ex quo infertur q̃ illa pretensa protestatio quam post productionem apodexis superius mentionate fecisse pretenditur dicta domina Catherina, seu pro ea idem nobilis Honoratus eandem do. Catherinã non releuat. Preterea etiã alia ratione huiuscemodi protestatio eandem dominam Catherinam non releuat, quia esto q̃ ipsa domi. Catherina vel idem nobilis Honoratus dicere potuisset & dixisset tempore facte productiõis predicte apodexis se producere solum, & duntaxat copiam dicte apodexis vel ipsam apodexem manu eiusdem Honorati scriptam, & non subscriptionem dicti nobilis Raynaldi, productio huiusmodi eidẽ domine Catherine nõ profuisset nec prodesse potuisset: quia sic fuisset producta priuata
4 scriptura ipsius nobilis Honorati, † que pro eo aut dicta do. Catherina fidem non faceret. §. de eo autem. xiiij. qõ. ij. l. exemplo. C. de proba. l. fina. C. de conuenien. fisci debito. lib. x. c. ij. et quod ibi per docto. de fid. instru. nec potest subscriptio facta per ipsum nobilez Altoniti scindi seu diuidi: & vna pars, illa videlicet que pro eadem domi. Catherina facere pretẽditur acceptari & alia refutari, vtpote facta vnico verborum constructu & continens vnum capitulũ qualificatũ: vel si plura sint illa sunt cõnexa. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Barto. in. l. aurelius. §. idem quesiit. ff. de libera. lega. Panor. in. c. bone. le. ij. col. penul. versi. extra gl. opponit. ibi, sed moderniores soluũt aliter & melius. extra de postulatione prelatorũ. Bald. in. l. ij. C. de dona. ante nup. Angel. are. in. §. idem si quis postulante. col. ij. vel circa. institu. de actio. & alij in aliis locis.

Consilium. CXXI.

De exceptione dominij male opposita contra agẽtem possessorio recuperande.

Summarium.

1 Remedium. c. reintegranda. iij. qõ. j. datur etiam cõtra titulo possidentem.
2 Exceptio dominij opponi non potest agenti conditione ex canone reintegrãda. iij. q. j. sed ante omnia debet fieri restitutio possessionis siue interuenerit violentia siue non, & in hoc possessorio recuperande reijcitur exceptio, sicuti quando interdictum vnde vi intentatur.
3 Admissio articulorum cum clausula saluo iure impertinentium et non admittendorum, an sit conditionalis, & quid operetur.
4 Solennitas in alienatione rerum ecclesiasticarũ, vel que talesesse pretenduntur seruanda est.
5 Dominus an teneatur probare canonem nõ fuisse solutũ vbi agitur de cõmisso rei emphitheotice, vel emphitheota pro victoria obtinenda probare se soluisse.

SI attẽdatur ad libellum parte honesti iuuenis Claudij marcellini clerici soluti, contra & aduersus venerabilem virum domi. Raymundum trucheti presbyterum in hac causa oblatuz & productum, & tam ad narrationem quam con-
1 clusionem illatã ex narratis. † Ille fuit cõceptus & formatus in & super remedio. c. reintegranda. iij. q. j. quod datur & conceditur etiam contra tit. possidentem, vt voluit Anto. de butri. in. c. sepe. de restitu. spolia. Joan. calde. in. c. cum ad sedem. eod. titu. Panor. in. c. si diligenti. de prescrip. Roma. in. l. rem que nobis. ff. de acquir. possess. Alexã. de imol. in. l. naturaliter. §. nihil commune. colum. xv. eo. titu. Et ita videtur ipse sensisse consil. lj. exordiente, Viso & discusso processu. colũ. j. in primo volu. consi. cxvij. exordiente, Viso processu in causa & lite &c. colum. ij. ver. plus dicit Anto. de bu. in. ij. volu. & gsi. vj. in. iij. volu. & Ang. are. in. §. quadrupli. ver. sed qñ sine vitio &c. ibi, sed reuerendissimus in Christo pater & domi. &c. institu. de actio.
2 † Dicit etiam Alexan. de imol. in dicto cõsi. vj. exordiente, Circa processum &c. colum. vj. versi. non obstat etiam &c. q̃ secundum veras conclusiones agenti conditione ex canone reintegranda, opponi non potest exceptio dominij vel similis, sed debet ante omnia fieri restitutio possessionis. allegat Anto. de butr. in. d. c. sepe. colum. vlti. quem etiam dicit affirmare q̃ ita est de mente Inn. et Joan. and. in. c. post electionem. de concessio. preben. dicit etiam idem Alexan. hoc fuisse de mente Barto. in. l. si coloni. C. de agrico. & censi. lib. xj. allegat preterea Panor. in. d. c. sepe. & c. si diligenti. etiam supra allegato. & Roma. in. d. l. rem que nobis. et per hec respondet ad ea que not. Barto. in. d. l. rem que nobis. & in. l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. C. de furt. & ad. l. siue autem. §. si duobus. ff. de publi. Respondet q̃ ibi agebatur petitorio nõ possessorio. Pro hac parte etiam videtur scripsisse Alexan. in. d. l. naturaliter. §. nihil commune. colum. xv. dicit enim post Barto. in d. l. si coloni q̃ siue interuenerit violentia siue non quando agitur possessorio recuperãde reijcitur exceptio dominij. Pro quo allegat Innocen. in. d. post electionem. in finalibus verbis qui ita tenet, et ibi Joan. and. Refert etiam idem Alexan. Anto. de but. in. d. c. sepe. colum. vlti. dixisse q̃ si intentetur remedium canonis reintegranda, reijcitur exceptio dominij sicut & quãdo intẽtatur interdictum vnde vi. quod etiam fuit de mẽte Inno. in. d. c. sepe. vt refert

vt refert dixisse Anto. de butri. ⁊ probatur ſm Alex. in. d. l. ſi coloni. ⁊ ſubiungit ipſe Alexan. predictum remedium ſibi locum vendicare ſiue per vim ceciderit quis a poſſeſſione, ſiue ꝑ negligẽtiaꝫ, ſiue per quãcunqꝫ aliã cauſam. Quo fit vt exceptio parte dicti do. Raymundi oppoſita, ⁊ in quã pretendit quedam pretenſa cãpaſia ſeu terras, de quibus ibi ſibi fuiſſe in emphitheoſim ſeu ad nouum acapitum conceſſas per honorabilem virum Bartholomeũ melioris, aſſertum locũtenentẽ theſaurarij comitat⁹ Uenayſſini admitti nõ debuerit vtpote impertinens, ⁊ per quã impediri aut differri non debebat reſtitutio poſſeſſionis prediorũ in libello pre- 5 dicto latius expreſſorum. † Nec refragatur eideꝫ Claudio marcellini qꝺ illa ſeu articuli in quibus deducitur exceptio huiuſmodi admiſſi extiterint: quia reſpõdeo ꝙ hoc factum eſt cum grano ſalis, ſcꝫ ſaluo iure impertinentium ⁊c. propter quod cum appareat de eorũ impertinentia, perinde eſt acſi illi admiſſi nõ extitiſſent. Dicta enim admiſſio cũ facta fuerit vt predixi ſaluo iure impertinentium, fuit cõditionalis, ⁊ perinde fuit admittere dictos pretenſos articulos ſaluo iure impertinentium acſi dictuꝫ extitiſſet admitto eos ſi admittendi ſint. Et ideo ſi nõ erant admittendi, illi habentur ipſo iure pro non admiſſis quaſi defecerit cõditio. Et ſic non nocet nec nocere debet illorum pretenſa probatio ſi que facta extiterit, per id quod voluit Joã. de imol. in. l. ſi quando. ff. de lega. j. ⁊ Barto. in. l. ambitioſa. q. penult. ff. de decre. ab ordi. faciẽ. ⁊ quod voluit Bald. in. l. momentanea. circa finẽ. C. qui legi. perſo. et conſilio. viij. circa fi. in prima parte. Et per premiſſa apparet quod non obſtat. c. j. de reſtitu. ſpolia. quia illud loquitur eo caſu quo ille contra quem opponitur per ſpoliatorem ſeu violentum de dominio rei cuius poſſeſſio reſtitui poſtulatur paſſus eſt fieri probationem dominij huiuſmodi quod hic non fuit: ſed quantuꝫ potuit reſtitit idem Claudius marcellini ſeu eius legitimus ꝓcurator, qui vt apparet ex actis petijt ⁊ inſtetit vt repellerẽtur dicti articuli. Adijcio ꝙ dicta conceſſio in emphitheoſim ſeu ad nouũ acapitũ etiam ea rõne nõ obſtat: quia illa non valuit vtpote facta 4 per non habentem facultatẽ, et in caſu de iure nõ permiſſo. † Inſuper et non ſeruata ſolennitate que ſeruari debet in alienatione eccleſiaſticarũ aut que tales eſſe pretenduntur. Pro quo allegaſſe ſufficiat. c. ſine exceptione. xij. qꝺ. ij. c. nulli. et quod ibi docto. de re. eccle. non alie. Ex quibus omnibus infertur quartum, quintum et ſequẽtes articulos vſqꝫ ad articulum. xiij. incluſiue nõ nocuiſſe nec nocere prefato Marcellini vtpote impertinẽtes: preſertim vero pro maxima eorum parte, ⁊ ſi qui forte pertinentes videantur illius, puto probati nõ fuerunt.

¶ Preterea etiã non ſuffragantur propoſita ⁊ deducta parte dicti do. Tracheti in. xix. articulo dictorum articulorum niſi forſan probauerit, ⁊ quod illi de quibus ibi ſe obligauerint ⁊ cuꝫ iuramẽto de ſoluendo in termino vel terminis. Inſuper ⁊ quod in termi- 5 nis huiuſmodi non ſoluerint, † quia iſte eſt caſus in quo quis ad victoriam obtinendam probare tenetur negatiuã. Pro quo allegaſſe ſufficiat. not. per Inno. ⁊ doc. in. c. ſuper his. de accuſa. ⁊ poſt eũ per legiſtas in. l. ij. C. de iu. emphi. in illa q̃ſtione qua queri conſueuerũt, an vbi agit̃ de cõmiſſo rei emphitheotice ꝑpter canonẽ non ſolutuꝫ, debeat dominus probare canonem huiuſmodi non fuiſſe ſolutum. vel teneatur emphitheota pro victoria per eũ obtinenda probare ſe ſoluiſſe. Et ita dixerim ⁊c.

Consilium. CXXII.

☞ De legitima vbi non eſt niſi vnica filia. Et de ſucceſſione matris filie. Et de prohibitione iuris accreſcendi.

Summarium.

1 ☞ Legitima vnici filij eſt triens.
2 Liberis ſine ſobole decedentibus ſuccedunt parẽtes ſeruata gradus prerogatiua.
3 Teſtator an poſſit prohibere ius accreſcendi.

Chriſti nomine inuocato. Uiſo caſu mihi exhibito parte honeſte mulieris Brigide relicte probi quõdam viri Claudij morelli ⁊ dubijs ex caſu hmõi elicitis, dico ⁊ reſpondeo ad dubia hmõi breuiter ⁊ ſuccincte, ꝓut infra. † Et 1 primo ad primũ: ꝙ cũ eidẽ Morelli nõ ſuperfuerit niſi Clemẽtia, ei⁹ ⁊ dicte Brigide filia naturalis ⁊ legitima, eius legitima in qua grauari non potuit per dictũ Claudiũ eius patrẽ fuit triẽs ſeu tertia pars bonoꝝ eiuſdẽ Joãnis patris, vt ꝓbant̃ hec ꝑ ordinẽ. aut̃. de triẽ. ⁊ ſemiſ. §. j. colla. iij. ⁊ trãſumptiue in aut̃. nouiſſima. C. de inoffi. teſt. l. omnimodo. l. q̃m in prioribus. ⁊. l. ſcimus. in princi. C. de inoffi. teſta. Si igitur deducto ere alieno, ⁊ funeris impenſa, que prius deduci debent. l. papinianus. §. quarta autẽ. ff. de inoffic. teſta. bona dicti quondã Morelli valebãt ſexcentis florenis: legitima prefate Clementie erat ⁊ fuit valoris ducentorum florenorum.

2 † Ad ſecundum queſitum dico ⁊ reſpõdeo ꝙ cũ poſt factũ teſtamẽtũ per prefatũ Morelli nulli maſculi nati extiterint ex dicta Brigida eius vxore, ſubſtitutio de illis facta prefate Clemẽtie ſibi locũ nõ vendicauit. Et ſic eideꝫ Clementie vtpote ab inteſtato, ⁊ ſine liberis vita functe ſucceſſit ipſa Brigida eius mater. aut̃. de heredi. ab inteſtato. §. cõſequẽs. colla. ix. ⁊ aut̃. defuncto. C. ad tertu. Quibus nõ obſtat quedã pretenſa ſubſtitutio facta per dictũ Joãnẽ ipſius Clemẽtie patrẽ de Claudio morelli eius fratre. Q̃m reſpondeo ꝙ ſubſtitutio hmõi nõ fuit facta prefate Clemẽtie, ſed potius fuit ſubſtitutio vulgaris facta ſub cõditione ſi poſthumi maſculi, aut maſculus poſthumus poſt predictuꝫ teſtamẽtũ naſcerẽtur ex prefata Brigida. Et hoc clariſſime apparet inſpicienti formam ⁊ tenorem teſtamẽtarie diſpoſitionis prefati quondam Joãnis, in qua primo in eo qꝺ ad caſum occurrentem pertinet heredem particularẽ inſtituit prefatã Clementiaꝫ in ſexviginti florenis ſoluẽdis, vt ibi. Inſuper ⁊ in ſex groſſis noĩe benedictionis. Et deinde poſthumã ⁊ poſthumas procreãdã ſeu procreãdas a predicta Brigida ⁊ eorum quãlibet in ſexviginti florenis. Et nihilominus in ſex groſſis noĩe Benedictionis, quas Clemẽtiã ac poſthumã ⁊ poſthumas, ⁊ earum quãlibet voluit de ⁊ pro his eſſe tacitas ⁊ cõtentas. Et nihil aliud petere poſſe aut querelare ſeu cõſequi vlla ratione ſeu iure in ⁊ ſuper bonis ⁊ hereditate ſui ipſius teſtatoris, exceptis alimentis et veſtimentis inibi mentionatis. Et deinde ſubiunxit inſtitutionẽ vniuerſalis heredis ſeu vniuerſalium heredum quã fecit de poſthumo maſculo ſeu poſthumis maſculis ex dicta Brigida ꝓcreandis: quos etiã viciſſim ⁊ reciproce ſubſtituit, ⁊ deinde ipſuꝫ poſthumũ ſeu poſthumos huiuſmodi ſubſtituit prefate Clemẽtie ac poſthume ſeu poſthumis feminis ex prefata Brigida procreandis, ac deinde et poſtremo ſi nulli naſcerentur poſthumi ex dicta Brigida vxore, eo caſu inqꝫ contingente et adueniente, heredem vniuerſalem inſtituit Joannem morelli eius fratrem. Cum enim in hac inſtitutione ſeu ſubſtitutione dicat teſtator ſe inſtituere heredem vniuerſalem dictum Joannẽ eius fratrem: veriſimilius eſt quod hic ſubſtituere velit poſthumis maſculis ſi nõ naſcerentur, et quos heredes vniuerſales inſtituerat q̃ꝫ dicte Clemẽtie ⁊ poſthumis feminis, quas prohibuerat aliquid capere vltra et preter ſummas ſuperius mentionatas. Preterea ſi cenſeretur idẽ teſtaſtator ſubſtituiſſe immediate prefate Clementie, ⁊ nõ potius eundem Joannem heredem vniuerſalem inſtituiſſe, eo caſu quo non naſceretur poſthum⁹ maſculus aut poſthumi maſculi, videretur qꝺ quãdiu vixit Clemẽtia poſt mortem patris, idem Joães heres eſſe non potuit, nec etiam ipſa Clemẽtia adhuc viuens heres eſſe poterat propter prohibitionem iuris accreſcendi factam per 3 teſtatorem, † et que fieri potuit ⁊ per quã deducebatur via teſtati ad viam inteſtati, ſi tamẽ credimus Bar. ⁊ alijs multis ſcribẽtib⁹ in. l. quotiens. §. ſi duo. ff. de heredi. inſtitu. ⁊ Bal. in. l. j. in. ix. q. C. quan. nõ peten. par. Ex quorum dictis hoc colligitur quod in caſu de quo queritur, potuit Claudius pater prohibere ne reſiduuꝫ patrimonij accreſceret Clemẽtie filie quãdiu viueret: qꝺ intelligo vſqꝫ ad dictam eius legitimã. Si ergo dicimus ipſum Joannem fuiſſe immediate inſtitutum eidem Clemẽtie, cõſequenter erit dicendum vt predixi eum non potuiſſe heredem viuente Clemẽtia, ⁊ qꝺ cũ Clementia propter prohibitionem totũ habere nõ potuerit vitiata extiterit inſtitutio de ea facta. Et ſic delata hereditas veniẽtibus ab inteſtato, pro eo quia nõ potuit idẽ Claudius mori pro parte teſtatus ⁊ pro parte inteſtatus.

Consilium. CXXIII.

☞ De alienatione fundi dotalis inſcio et non cõſentiente marito.

Summarium.

1 ☞ Marito inſcio aut non cõſentiente, res dotalis an poſſit in alium transferri.
2 Maritus rei dotalis dominus eſt.
3 Uxor in mariti preiudiciũ an poſſit alienare rem dotalem.
4 Fundi dotalis alienatio eſt ꝓhibita ꝑpter publicam vtilitatem.

5 Venire contra proprium factum quando quis possit.
6 Emptor sciens rem esse dotalem cadit a iure suo.
7 Emptor fundi dotalis repetens expensas necessarias vel vtiles pro reparationibus, tenetur imputare i illis fructus perceptos.

1 Venditio † domus dotalis honorabilis viri Antonij marini alias varesij quam fecisse dicuntur honorabilis vir Petr⁹ ruffi mercator ville Albenach eiusdem Antonij socer, ⁊ honesta mulier Gabriela ruffe dicti Petri filia et prefati Antonij vxor, ⁊ tam suis ipsorum Petri ⁊ Gabriele proprijs nominibus, ꝙ etiam noie honeste mulieris Aygline de viues vxoris eiusdē Petri et matris prefate Gabriele magistro Robineto muclo de iure non valuit neq̄ valet, saltem quatenus illa cōcernebat ⁊ concernit preiudicium eiusdem Antonij cui fuerat in dotem, ⁊ pro dote prefate Gabriele constituta, assignata ⁊ tradita, nec ipsum Antonium impedijt aut impedit, quominus potuerit ⁊ possit dictam
2 domum repetere. † Est enim maritus dominus rei dotalis. l. doce ancillam. ⁊ quod ibi glo. ⁊ doc. C. de rei vendi. ⁊ l. in rebus. C. de iu. do. Ergo nō potuit domus huiusmodi in ipsius preiudicium sine eius consensu in alium transferri. l. id quod nostrum. ff. de reg. iu. l. rem alienam. in fi. ⁊ quod ibi glo. ff. de contrahen. emptio. et vendi. ⁊ facit. l. si filiofamilias. §. maritum. ibi, quia inuitis nobis res nostras alius retinere non debet. ff. solu. matri. Et ꝓcedit quod predixi non solum quo ad dictum Petrum socerū, de quo videtur minus dubium, sed etiā procedit quo ad prefatā Gabrielam vxorē de qua videbatur maius dubium: pro eo quia domus soluto matrimonio erat ad eam reuersura, ⁊ ita quo ad spem vide
3 batur posse dici domina. † Sed nihilominus dico vt iam dixi qđ nec ipsa Gabriela dictam domum vendere potuit in preiudicium prefati Antonij eius viri. l. si predium. vbi est casus de hoc. ⁊ quod ibi glo. ⁊ doc. C. de iu. do. quod etiam voluit Jo. de imol. in sua solenni repeti. c. cum contingat. charta. v. col. j. versi. nunc restat videre ⁊c. de iureiurando. ⁊ in. l. cum vir. charta mihi. iiij. colū. ij. versic. sed nūc restat videre quid ecōtra quando mulier alienat rem dotalē. ff. de vsuca. Adijcio ꝙ venditio huiusmodi fuisset et esset nulla etiam si in illa interuenisset consensus prefati Antonij, nec ꝑpter consensum huiusmodi impediretur prefatus Antonius a rei vē
4 dicatione seu repetitione eiusdē dom⁹, † quia alienatio fundi dotalis est prohibita. l. lex iulia. ff. de fun. dota. l. j. §. et cum lex. C. de rei vxo. actio. et institu. qui. aliena. licet vel non. in principio. et. §. j. et est prohibita alienatio huiusmodi propter publicam vtilitatem. l. j. ff. soluto matrimonio. Quo fit vt non obstante consensu eiusdem Antonij si interuenisset, prout non interuenit, potuisset nihilominus ⁊ posset idem Antonius domū predictā repetere,
5 † quia licet regulariter non possit quis venire contra eius factū. l. cum profitearis. C. de dona. ⁊ l. post mortem. ff. de adop. hoc tamē fallit quando tale factum est a iure prohibitum propter publicā vtilitatem: quia tunc potest ipse idem venire contra factum suū. l. quemadmodum. C. de agrico. ⁊ censi. lib. xj. quod etiam not. docto. in dicta. l. post mortē. ⁊ cano. in. c. nosti. de elec. ⁊ c. diuersis fal
6 lacijs. de cleri. coniuga. † Facit contra dictum emptorem etiā quo ad alia ꝙ vt apparet ex instrumento predicte venditionis ipse sciuit hanc domū esse dotalem. Pro quo remisisse sufficiat ad not. per Joan. de imol. in dicta. l. cum vir in multis locis. ⁊ in repeti. dicti. c. cum contingat. in ea parte in qua tractat de alienatione fundi dotalis.
7 ¶ † Preterea esto ꝙ idem emptor fortasse posset repetere expensas necessarias vel vtiles, forte per eū factas pro reparationibus dicte domus, ipse tamē teneretur in solutionem reparationū huiusmodi sibi imputare fructus eiusdē domus, hoc est id qđ haberi potuisset pro locatione a tpe quo illā tenuit seu occupauit, per id quod habetur in. l. sumptus. ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto. ff. de reivendi Facit quod habetur in simili in. l. emptor. eo. tit.

Consilium. CXXIIII.

De reiectione articulorum impertinentium ⁊ non releuatoriorum per exceptionem non admissibilem super debito in diem purificato adueniente die.

Summarium.

1 Curia quelibet potest habere sua statuta aut stilū, qui debent mordicus obseruari.
2 Dispositioni statutarie standum, ⁊ illius verbis quantūcunq̄ duris inherendum est.
3 Stilus curie antiquus tenaciter seruandus.
4 Judex de stilo curie pro sui informatione an possit cū iuramento interrogare ꝓcuratores ⁊ astātes eorūq̄ relatiōes i actis redigere.
5 Debitum conditionale vel in diem per euentum conditionis vel diei purificatur.
6 Etas legitima quot modis capi possit.
7 Lite contestata an constet de debito in nō opponēdo, ⁊ an possit oppositio admitti.
8 Pacisci ꝙ soluam primis calendis aliud est, ⁊ aliud pacisci ꝙ pro solutione conueniri nō possim, nam primo casu inest dies solutioni, secundo pactū statim appositum actionem informat.
9 Difficultas que est a principio obligationis an videatur vitiare stipulationem nec excusare a pena sic superueniens difficultas, et an dicatur ita inesse promissioni principalis sicut ⁊ pene.
10 Viro bono non licet ex vna re habere velle ouem ⁊ lanam, gallinā et oua.

Visis et rationibus alias allegatis ⁊ deductis parte honorabilium virorum Petri ⁊ Laurentij rosseti in quadā eorū schedula exordiēte, Proposita ⁊ deducta ⁊c. in hac causa oblata et producta, ⁊ alijs infra deducendis, nō veniebant nec veniunt admittendi quidā pretensi articuli exordientes, Excipiēdo vobis ⁊c. parte prouidorū virorū Joannis ⁊ Joanoni chaloys in hac causa oblati ⁊ producti. Et primo quidē nō veniebant nec ve
1 niunt admittēdi secūdus, tertius, ⁊ sequētes articuli vsq̄ ad duodecimū iclusiue. † Cū q̄ exceptio aut pretēse exceptiones, de quibus in eis opponere nituntur prefati Joannes ⁊ Joanonus non sunt de numero exceptionū admissibiliū scđm dispositionē statuti aut stili hui⁹ venerabilis curie maioris Viēnesij i sede scti Marcellini, scđm quā dispositionē solū, ⁊ dūtaxat admittunt tres exceptiones, scz falsi, solutionis, ⁊ nouationis: nō ergo sunt admittende. Et hoc siue dispositio predicta fuerit ⁊ sit statutaria siue fuerit
2 ex stilo. † Et primo quidē si fuerit statutaria, illi stādū est ⁊ inherēdum ⁊ verbis eius q̄uis duris. l. ꝓspexit. ff. qui ⁊ a qui. ⁊ l. j. §. si is qui nauē. ff. de exercito. actio. ⁊ qđ voluit Bar. ⁊ post eū moderni. in. l. j. §. j. ff. qđ vi aut clā. doc. in. l. fi. ff. qui ⁊ a quibus. in. l. ita nobis
3 pudor. C. de adulte. ⁊ in. c. ex parte. de offi. deleg. † Et idē dico si dispositio huiusmodi fuerit aut sit ex antiquo stilo curie: q̄ ille tenaciter seruādus est, per id qđ ponit Cy. ⁊ alij in. l. ij. C. que sit no. cōsue. Et pro obseruatiōe stili curie do. Cardi. flo. post Landul. et Senze. in cle. sepe. §. ⁊ quia. col. j. inducit. c. ex literis. de cōstitu. ⁊ c. in causis. de re iudi. c. ꝙ graue. de crimi. fal. ⁊ qđ habetᷣ in. c. ꝑ tuas. de sentē. excō. in. c. mos antiquus. dist. vj. et in. l. j. §. sed ⁊ si que. C. de vete. iu. enucle. ⁊ dicit Ang. are. i suo tracta. de malefi. necnō ad querelā paulopost mediū. versic. Et primo quero an in accusatio
4 ne sit necessaria conclusio. ibi, nā stilus curie antiquatus ⁊c. † Dicit ꝙ de stilo curie potest iudex pro sui informatione interrogare ꝓcuratores ⁊ alios astātes cū iuramēto, ⁊ in actis eorū relationes scribi facere. pro quo etiā allegat Bar. ⁊ Flo. in. l. iij. §. fi. ff. de testi.
5 Cū etiā nō erant nec sunt admittēdi hmōi articuli: † quia esto qđ debitū parte dictoꝶ Petri ⁊ Laurentij in hac causa petitū fuisset ab initio, hoc est tpe factarū cōuētionū, de quibus in eorū libello in hac causa producto vel cōditionale vel in diē: illud tū per euētū cōditionis vel diei fuisset purificatū vel dies solutionis de ille faciende venisset. l. cedere diē. ff. de verbo. signi. l. qui heredi. §. fi. ff. de condi. ⁊ demōstra. ⁊ l. pecuniā. ff. si cer. peta. ⁊ quā pretēsam conditionē fuisse purificatā aut diē venisse sufficiēter deduxerunt in dicto eorum libello, ⁊ vt puto sufficienter probauerūt dicti Petrus et Laurentius.

Quibus nō obstat qđ in dictis ꝓtēsis articulis opponitᷣ, scz ꝙ dicta Catherina adhuc sit minor. xxv. annis, ⁊ ꝙ nōdum excesserit annū decimūoctauū, ⁊ ꝙ ꝑpterea nōdū sit legitime etatis, ad quē vt pretēditur ex aduerso requiritᷣ. xxv. anni. Pro quo forte allegare intēdit. l. ij. et quod ibi
6 Bart. C. de his q veni. eta. īpetra. † Quibus rñdeo ꝙ lz legitima etas aliqñ accipiatᷣ ꝑ etate. xxv. anno. aliqñ tñ accipitᷣ etiā pro etate minore scđm subiectā materiā, vt videri potest in. c. j. ⁊ qđ ibi doct. de regula. ⁊ in. l. cū filiofamilias. ff. de lega. iij. ⁊ vt videtᷣ hic accipi debebat ꝑ etate. xij. annorū, per quā erat prefata Catherina futura pubes ⁊ apta ad matrimoniū cōtrahēdū, q̄ tpe dictarū cōuētionū adhuc erat impubes, ⁊ verisimile est cōtrahētes ⁊ tractatores dictaꝶ cōuētionū de hac etate sensisse, eo presertim q̄ ibi dicitᷣ dum

dicta

dicta Catherina fuerit legitime etatis, et matrimoniū per verba de presenti in facie sancte matris ecclesie cū dicto Joānono cōtraxerit vbi est prius sermo de legitima etate, et deinde de matrimonio. Si enim cōtrahētes τ tractatores intellexissent de etate .xxv. annorū, verisimiliter dictū fuisset, Cū matrimoniū ꝑ verba de presenti τc. τ cum fuerit legitime etatis. Etiā facit pro hoc quia non est verisimile qd isti Petrus τ Laurentius qui erant ebursaturi summam quadringentorū τ viginti florenorum voluerint posse cogi ad illā exbursandā τ manere in suspēso anni .xiij. τ consequenter posse cōueniri, cōpelli et molestari ad instātiā prefate Catherine vt etiā de facto molestantur. Et sic aut carere vtreqȝ bonis vcȝ eis remissis, τ dicta pecunia per eosdē soluta. 7 † Cum etiam nō videtur nec sunt admittendi predicti articuli: quia supposito citra preiudiciū veritatis ꝙ debitum predictum fuisset et esset debitū in diē, nō tñ nūc possent dicti Joānes τ Joānonus de hoc opponere presertiȝ ad fines euitande cōdemnationis: debebant enim ad fines hmōi de hoc opponere ante litē cōtestatā nō post eam: qꝛ cum lis fuerit iam diu est in hac causa cōtestata, τ vt puto iam cōstat de debito, debet egregius vir dñs Judex cause huius super eo pronūtiare et cōdēnare debitores. l. de qua re. ff. de iudi. per quaȝ τ alia iura hoc voluit Inno. Host. Joan. and. Panor. τ doc. cōmuniter in. c. j. de plus peti. Inno. in. c. pastoralis. de excep. Bal. in. l. exceptionē. C. de pba. Alex. de imol. in. l. eum qui ita. §. qui ita. col. penult. versi. inquantū tamē Bar. hic dicit. ff. de verbo. obligatio. et Ang. are. in. §. si quis agens. circa medi. ver. quero opposita dicta exceptione τc. institu. de actio.

Etiaȝ nec obstat ꝙ in dictis pretēsis articulis seu aliquibus eorūdē deducitur ꝙ ex cōuentionibus de quibus supra, τ in ea parte in qua dicti Joannes τ Joānonus promiserunt ꝙ oīa τ singula cōtēta in instrumēto cōuētionū hmōi facerēt laudari, approbari, emologari, ratificari, τ cōfirmari per dictam Catherinā dū esset etatis legitime eliciatur pactum per quod censetur facta conuentio ꝙ ante legitimaȝ etatē eiusdē Catherine dicti Joānes τ Joānonus cōueniri nō possent. 8 † Quī respondeo salua pace et honore spectabilis viri dñi sic articulātis istud de iure nō ꝓcedit: qꝛ aliud est pacisci ꝙ dicti rei faciant talia approbari et laudari per talem, cum fuerit talis etatis. Et aliud est pacisci ꝙ dicti rei cōpelli nō possint ad faciēdū ratificari per illum anteꝙ fuerit talis etatis, quēadmodū aliud est pacisci ꝙ ego soluā in calendis Augusti, τ aliud pacisci ꝙ pro solutione faciēda cōueniri nō possim ante calendas Augusti, prout apertissime colligit ex his que not. Alex. de imol. in. d. l. qui ita. §. q ita. col. si. ver. possent tñ τc. ff. de verbo. obli. primo enim casu dies inest solutioni, cum sit adiecta causa differēde solutionis. secūdo casu pactum incōtinēti appositū actionē informat ipso iure vt ibi per eum.

¶ Preterea nec suffragant dictis Joāni τ Joānono proposita τ deducta in. xiij. τ sequētibus articulis vsqȝ ad decimūsextū inclusiue: cum vt puto de contrario inibi contentorum clarissime appareat per acta cause huius.

9 † Insuper etiā nec suffragantur dicti Joāni τ Joānono aut etiā refragātur seu nocēt prefatis Petro τ Laurētio ꝑposita τ deducta i. xvij. τ sequētib⁹ articulis vsqȝ ad vicesimū articulū inclusiue: qꝛ difficultas q̄ est a principio obligatiōis dꝫ ita inesse ꝑmissioni pricipalis sicut et pene, nō ergo videt vitiare stipulationē nec excusare a pena sicut difficultas superueniens: vt pbat in tex. alias allegādo. Et ꝑ dictis Petro τ Laurētio τ otra pfatos Joānē τ Joānonū vt nō debeāt cēseri liberati ꝑpter illas pretēsas interpellationes et assertā recusationem prefate Catherine facit. l. qui autē. §. sed τ si quis. ff. de cōstitu. pecu. vbi ille qui promisit se daturū certū fideiussorē qui videtur promittere se facturum τ curaturum, vt ibi dicit glo. τ Bar. tenetur si ille nō vult fideiubere. Adijcio ꝙ nisi prefati Joannes et Joānonus tenerētur, eo casu quo dicta Catherina recusaret ratificare approbare τ cōfirmare per eos cōuēta, dicta eorū promissio esset modici effectus, vtpote que posset eludi per voluntatē eiusdē Catherine, τ propterea dareē materia fraudandi τ colludendi inter eam τ dictos Joānē et Joānonū qui promiserūt. Ut igit tollatur ista occasio fraudis committende, et quia etiam vt predixi si promissio possit hoc modo restitui, posset de facili esse modici effectus. quinimo vt verius dicā nullius dicendum est: qd etiam supposito quod dictus Joannes et Joānonus fecissent quicquid potuerūt pro obtinenda approbatione τ cōfirmatione antedictis vt nō crediturtur, teneantur ipsi nihilominus ad penam per eos promissaȝ si premissa laudari, approbari, τ confirmari per predictam Catherinam nō fecerūt. Eo maxime quia nec prefati Joannes et Joānonus facerēt predicta per eos promissa ratificari τ laudari, nec etiā pecuniam per eos habitam τ receptam a dictis Petro τ Laurentio obtulerunt, τ quam saltem realiter offerre debuissent ante initium cause huius. 10 † Sed vt videtur isti volūt habere ouem τ lanā, galinā et oua, hoc est τ bona q̄ ista Catherina ad se pertinere pretendit, τ florenos quadringentos τ viginti pro bonis huiusmodi in dotem τ pro dote eiusdem Catherine promissos cōstitutos, ac etiā datos τ solutos, quod vere nec licet nec decet apud bonos viros. Debēt igitur dicti pretensi articuli vtpote impertinentes et nō releuatorij reijci τ repelli. Uerū si pro abbreuiatione cause hui⁹ vel alias visū fuerit dicto do. Uicebaillino illos fore admittēdos, non tamen debet illos admittere quoquo pacto sine illa clausula, Saluo iure impertinentium τ nō admittendorum articulorum: τ salua disputatione in fine litis. ne si aliter faciat, occasionem, immo causaȝ prebeat ab admissione huiusmodi appellandi. Et ita mihi videtur sub correctione τc.

Consilium. CXXV.

¶ Soluto matrimonio. Et de lucratis per virum in bonis vxoris, Et de restituendis per maritum mortua cōiunge.

Summarium.

1. ¶ Uestes nuptiales cū mundo muliebri vxoris mortue ad quē pertineant.
2. Donatio iurata aut reciproca inter coniuges cōstante matrimonio facta an valida.
3. Mater in successione filie ab intestato prefertur sororib⁹ vterinis illius filie.
4. Maritus reparationes τ expensas quas fecit in bonis vxoris, an et quando τ quas repetere possit.
5. Ad expensas factas in infirmitate vxoris maritus quādo teneatur.
6. Funus vxoris τ exequie per quos curari debeant τ qualiter.
7. Fructus bonorum vxoris qualiter inter virū τ heredes diuidēdi.
8. Alimenta per vitricum priuigne facta, sunt per heredes resarcienda.
9. Fructus percepti etiam ante nuptias debent vxori vel eius heredi restitui.
10. Ornamenta muliebria τ iocalia mortua vxore qualiter veniant diuidenda inter maritū τ heredes mulieris, vbi ponitur diuersa doctoruȝ distinctio, τ super hoc articulo est maxima inter eos altercatio, vbi reprehenditur Bartolus.

Viso casu mihi exhibito parte honeste mulieris Basquete vxoris τ persone coniuncte prouidi viri. N. et dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico et respōdeo ad dubia huiusmodi breuiter et succincte, prout infra. 1 † Et primo ad primum, ꝙ vestes nuptiales τ iocalia de quibus queritur τ signanter annulus auri inibi mentionatus spectant τ pertinent probo viro Joanni cap viro seu marito honeste quondam mulieris Catherine mayere. Tum ratione pacti τ conuentionis inter eosdem Joānem τ Catherinā cum matrimoniū per verba de futuro contraherēt initarū. l. si cōstante. in principio. C. de dona. ante nupt. Tum et quia de iure talia pertinent ad virum. Pro quo allegasse sufficiat id quod habetur in. l. sed si vir ex lana. ff. de donatio. inter virum τ vxorem. τ. l. si vt certo. §. interdum. ff. commo. et quod voluit Bartol. in. l. penulti. §. j. τ quod ibi Joan. de imol. ff. soluto matrimonio. Flori. in l. pomponius philadelphus. ff. fami. erciscū. τ Ange. are. in. §. fuerat. charta penultima. versi. secus dicit Bartol. si darentur per virum tempore nuptiarum τc. institu. de dona.

2 † Ad secundum dico τ respōdeo ꝙ donatio de qua ibi facta, videlicet de quinquaginta florenis per prefatam Catherinam dicto Joanni eius tūc futuro spōso sub conditione si ipsa Catherina primo moreretur fuit τ est valida. dicta. l. si constāte. in principio. que valeret et efficax esset etiā si facta fuisset post contractum inter eosdem Joannem τ Catherinam matrimonium per verba de presenti: quia non solum facta est donatio per ipsam Catherinam dicto Joanni eius tunc futuro sponso, sed etiam econtra per ipsum, videlicet Joannem eideȝ Catherine, τ non solum de quinquaginta florenis, sed de centum τ sic de maiori summa. Et ita fuit donatio reciproca que propterea valuisset, etiam si tunc fuissent coniuges. l. si pater puelle. et qd ibi Cy. Paulus de castro, τ plenius Jason may. C. de inoffi. testa

Valuisset etiam et valeret ratione iuramenti secundū opinionē magis communem de qua per Bart. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. per Panormi. & doc. in. c. fi. de do. post diuor. restitu. et alios in multis locis.

3 †Ad tertium in quo queritur quis eidē Catherine succedere debeat, dico & respōdeo in primis q̄d si eadē Catherina decessisset in pupillari etate hoc est priusq̄ fuisset etatis duodecim annorū, eidem Catherine successisset dicta Basqueta eius mater in vim pupillaris substitutionis. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulga. et pupilla. Sed quia prefata Catherina tempore eius mortis erat vt puto maior duodecim annis dicta pupillaris substitutio expirauit. l. in pupillari. cum suis simili. ff. de vulga. et pupilla. Et sic dicere non possumus dictam Basquetam eidem Catherine successisse in vim pupillaris substitutionis, ipsa tamen Basqueta eidē vniuersaliter & insolidum successit tanq̄ proximior ab intestato repulsis prorsus et omnino illis duabus sororibus vterinis dicte quondam Catherine. aut. de heredi. ab intesta. §. consequens. colla. ix. et transumptiue in aut. defuncto. C. ad tertul.

4 †Ad quartum in quo est sermo de reparationibus, dico & respondeo q̄ si ille erant necessarie, dictus Joannes potest repetere expensam pro illis factam. l. vnica. §. sed nec ob impēsas. C. de rei vxo. actio. Et idem dico de reparationibus vtilibus, si tamen ille facte extiterint de voluntate dicte quondam Catherine vel ea ignorāte. dicto. §. sed nec ob impēsas. Si vero facte essent prout facte dicuntur contra eius voluntatem: tunc non viderentur posse repeti. dicto. §. sed nec ob impēsas a cōtrario sensu, nisi forte quatenus ille reparationes auferri possent sine lesione prioris status, prout dici solet de expensis voluntariis. dicto. §. sed nec ob impensas. ver. quid si voluntarie &c.

5 †Ad quintum dico et respondeo q̄ cum dicta quondam Catherina esset in seruitio dicti Joānis eius mariti, habuissetq; et haberet ipse Joannes dotem eiusdem Catherine, ipse tenetur satisfacere de medicaminibus & aliis expēsis in dicto quesito latius mentionatis, per id quod habetur in. l. quod in vxorem. et quod ibi Cy. et docto. C. de nego. gest. & q̄d not. doctores in. l. si cum dotem. §. si autem in seuissimo. ff. soluto matrimonio.

6 †Ad sextū dico et respondeo quod expensa funeris et exequiarum debet solui per prefatam Basquetam matrem et heredem, & etiam per Joannem maritū, pro quota partis dotis, hoc est dictorum quinquaginta florenorum, quos de dote eiusdē Catherine lucratus est idem Joānes. vt verbi gratia, si dicta quinquaginta floreni ascēdant ad dimidiā partem bonorum dicte Catherine, tenetur idē Joannes soluere dimidiam partem expensarū funeris. Si vero ascendāt ad quartam partem, ipse tenetur soluere quartam partē, & sic pro quota. l. in eum. l. celsus. & se. cum multis simili. ff. de religio. & sumpti. fune. et quod not. glos. & docto. in. d. l. quod in vxorem.

7 †Ad septimū dico et respondeo q̄ secūdū dispositionē iuris deducto blado seminato de quo ibi, & quod cum esset predicte Catherine, debet ei restitui residuū, hoc est fructus qui supererant deberent diuidi inter ipsum maritū & heredes mulieris, hoc modo: quia si matrimoniū durauerit vno mense, maritus debet habere duodecimam partem fructuū huiusmodi & heres mulieris vndecim partes, & sic si facta deductione seminis superessent duodecim saumate bladi, Joannes quondam maritus haberet vnam, & Basqueta vndecim: & si matrimoniū durauit medio mense, maritus habere deberet mediā saumatam, & Basqueta vndecim cum dimidia. l. de diuisione, & quod ibi per scribentes. ff. soluto matrimonio.

8 †Ad octauū dico et respondeo q̄ pro eo tempore quo dicta Catherina fuit alimētata per vitricum priusq̄ matrimoniū per verba de presenti celebraret inter eā & dictū Joānē superstitē, heres eiusdē Catherine tenetur ad expensam hm̄oi nisi interim bona eidem Joanni in dotem constituta fuissent apud eum & illorum fructus per eundem percepti.

Ad nonum dico et respōdeo q̄ cum vt puto matrimoniū de quo supra fuerit contractum per verba de presenti inter dictos Joannem & Catherinam de mense nouembris proxime lapsi, q̄uis per verba de futuro contractum extiterit de mense Maii, dicte due saumate bladi per vitricū re- 9 collecte solui debent dicte heredi non prefato Joanni, † quia fructus etiam percepti ante nuptias debent vxori vel eius heredi restitui. l. si ante nup. ff. solu. matrimo. Et eodem modo respondeo ad decimum quesitum in quo queritur de racemis in vineis eidē Catherine recollectis priusq̄ inter eam et dictum Joannem contraheretur matrimonium per verba de presenti, q̄uis antea contractum extitisset per verba de futuro.

10 †Ad vndecimum et vltimū quesitū dico & respondeo q̄ super hoc sunt diuerse opiniones Aliqui enī dicūt q̄ inter iocalia et res de quib⁹ ibi distingui debet, an donate extiterint per parentes aut cognatos dicte quondam Catherine, an per parentes aut cognatos prefati Joānis mariti. Et primo casu sunt heredis eiusdem Catherine, scd̄o casu dicti Joannis. Et hoc voluit Barto. in dicta. l. sed si plures. §. in arrogato. in fi. ff. de vulga. & pupilla. et idem tenēt ibi Joan. de imol. & Alexan. de imol. quos sequitur Ange. are. in dicto. §. fuerat. circa mediū. versi. quid erit. de dona. factis mulieri tempore nuptiarū. Idem fuit de mente Alexan. de imol. in. l. vt liberis. C. de colla. vbi post Angel. mouet hāc questionē. Et deinde se remittit ad not. per eū in. d. §. in arrogato. vbi vt predixi, sequutus est Bar. Ang. vero in d. §. in arrogato. aliter loquit & dicit debere distigui & ɔsiderari, an res donate cōueniāt sexui muliebri: vt verbigratia, si essent vestes vel zone muliebres aut ornamenta capitis muliebris vel alia huiusmodi, q̄ solent deputari ad vsum mulierū nō viror. Et quo ad hec dicit Ange q̄d illa pertinēt vxori vel heredibus vxoris. Si vero essent res q̄ cōueniant viris nō vxoribus, vt verbigratia si essent equi vel arma, tunc dicit Ange. q̄ talia donata a cōsanguineis viri pertinerēt viro. Si vero essent res tertii generis, et q̄ cōuenirent vtriq; sexui: vt verbigratia vasa stagnea, bassine, pecunia, vna petia veluti vel panni, vna petia serici aut veluti aut cameloti, vel alia similia que de se sunt indifferentia vt applicentur huius viri vel mulieris, & tūc dicit Ang. q̄ si sint donata a cōsanguineis pertinent viro vel heredibus eius, si sint donata a consanguineis vxoris, pertinent vxori vel heredibus eius. Idē vero Angel. in. d. l. vt liberis. dicit quod siue sint donata a cōsanguineis vxoris siue a consanguineis viri illa pertinent vxori aut heredibus eius. Pro quo allegat. l. si seruus communis. ff. de dona. inter vir. & vxo. Idē voluit Roma. in dicta. l. vt liberis. & consi. clxxii. exordiente, In proposito themate strictim ac breuiter &c. col. ii. versi. quo ad vltimū. Pro quo etiā allegat dictam. l. si seruus cōis. istam opinionē etiā tenuit Sali. in. l. nec inter. C. de dona. inter virū & vxo. Et hec videtur fuisse opinio Bal. cōsi. ciiii. exordiēte, Factū tale est, seigneur Joānes, seigneur Matthei &c. in quinta parte. Et ita isti oēs tenēt cōtra Bart. cōtra quē etiā tenuit Cuma. in dicto. §. in arrogato. Bald. in. l. cum te. col. i. versi. modo hic occurrit alia dubitatio. C. de dona. propter nup. refert opinionem Barto. in. d. §. in arrogato. et deinde vel limitando opinionem Bar. vel eam destruēdo vt verbis Alexan. de imol. vtar. dicit quod si de consuetudine consueuerint donari mulieri, tūc remaneāt res donate penes heredē mulieris. l. cū in plures. §. penul. ff. de administra. tuto. & l. i. §. i. ff. de tute. & rationi. distra. Propter has aūt diuersitates opinionū dicit Alexan. in. d. §. in arrogato. col. v. versi. ex predictis patet &c. Nūc articulū esse satis dubiū q̄uis finaliter vt iā dixi sequat opinionem Bart. dicit tamen idem Alex. in. d. §. in arrogato. col. iiii. ver. hec sua limitatio. q̄ si de consuetudine talia bona donata mulieri acquirerentur ipsi mulieri, tūc res plane procederet: q̄r iuxta consuetudinem illa essent mulieris, deberet ergo considerari in casu isto quid de consuetudine obseruari cōsueuerit, & si de illa appareat illa seruetur. Si vero de illa nō appareat, tunc manet dubiū de quo supra. Et super quo sunt vt predixi dicte opiniones habētes solennes defensores. Et ideo si emergeret questio super donatis a consanguineis viri quia de aliis non est dubium, consulerem compositionem seu concordiam. Que omnia dixerim &c.

Consilium. CXXVI.

De locatione facta per procuratores eleemosyne charitatis rescindenda.

Summarium.

1 Locatio perpetua vel ad longum tempus, an dicatur alienatio, & per eam constituatur ius in re et dominium vtile acquiratur conductori.

2 Locatio perpetua an videatur in effectu concessio in emphitheosim.

Procurator

3 Procurator an possit perpetuo rem locare.
4 Syndici ciuitatum aut communitatis an habeant mandatũ generale cum libera et qñ, et an dicantur habere officium publicuz.
5 Inuitus an cogi possit ad syndicatum suscipiendum per vniuersitatem territorium habentem.
6 Solennitas qualis seruanda in locatione perpetua.
7 Publice res ciuitatum et pagorum comparantur bonis ⁊ rebus impuberum. nume. 10.
8 Venditionis appellatione aliĳ contractus an videantur cõtineri.
9 Lex super contractu venditionis edita an extendi possit ad contractum locationis vel econtra.

1 Locatio † ppetua vel ad non modicum tempus dicitur esse alienatio, ⁊ per eam cõstituitur ius in re ⁊ vtile dominium acquiritur illi cui fit locatio huiusmodi. l. j. §. quod autem. et quod ibi Bar. ff. de superfi. et. l. j. ⁊ §. cum ibi not. ff. si ager vecti. facit clemẽ. j. ⁊ quod ibi glo. et docto. de re. eccle. non alie. et quod contra glo. not. Dy. Bar. ⁊ docto. communiter in. l. penul. §. instituto. ff. de lega. ĳ. ⁊ Joan. de imol. in. c. ad audientiam. col. j. de re. eccle. nõ 2 alie. † Ubi etiam dicit quod quando fit locatio perpetua, videtur in effectu fieri concessio in emphitheosim: quia siue cõcedatur res in emphitheosim p certa annua pẽsione, siue locetur in perpetuũ pro pensione huiusmodi est idem effectus, ⁊ sic vidẽtur scḋm eum tales cõtractus solũ differre quo ad nomẽ, ⁊ quo nõ ad affectũ. qḋ etiam vidẽtur velle secundũ eum docto. in. c. nulli. de re. eccle. non alie. Et idem voluit ibi Joan. de imol. in. iĳ. col. vbi etiam pro hoc dicit facere quod not. Bartol. in. l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publi. quo fit vt quedam perpetua locatio quam olim Anno vez domini. M. cccclxxxvj. et die secunda mensis Nouembris fecisse dicunt honorabiles viri magister Guillielmus peroneti Barbitonsor, Claudius bartholomei sabbaterius, Guillielmus girardi et Bertrãd⁹ genefier rectores eleemosyne charitatis loci Abolene prouido viro Joanni de fonte mercerio habitatori eiusdẽ loci de quadam Crota in instrumẽto locationis huiusmodi latius 3 mẽtionata ⁊ expressa non valuerit nec de iure valeat, † vtpote facta in perpetuum: quam dicti pretensi rectores cum procuratores essent nõ domini facere non potuerunt. l. mãdato generali. l. procurator totoꝝ. ff. de pcura. ⁊. l. pcuratorẽ. C. eo. titu. nisi forte quis opponat qḋ. ll. ille loquuntur in procuratore priuati, qui nisi administrationem habeat cum libera, hoc facere vel transigere non posset, hic autem non loquimur in procuratore priuati, sed in procuratorib⁹ collegĳ seu cõfratrie eleemosyne charitatis Abolene qui videntur habere administrationem eiusdem eleemosyne cum 4 libera, † prout dici solet de syndicis vniuersitatum seu ciuitatum aut villaꝝ, qui habent mandatum generale cum libera ƀm Bart. et docto. in. l. preses. C. de transac. Sed istud non obstat: quia doc. loquuntur ibi de syndicis seu administratoribus publicis electis a toto populo ciuitatis vel a consilio generali populi representãte totum populum iuxta glo. in. l. sed si ex dolo. §. j. ff. de dolo. et in rubrica. C. que sit lon. consue. secus autem est si non sint electi a toto populo vel a cõsilio generali representante populũ sed ab aliĳs: quia tunc isti censentur tanꝙ priuati procuratores, vt not. Bart. in. l. iusiurãdum ⁊ ad pecunias. §. defensor. vbi etiã clarius Paul. de cast. ff. de iureiurã. et idem Pau. in dicta. l. preses. Preterea dicta docto. in dicta. l. preses. procedũt in syndicis seu aliĳs administratoribus electis ab vniuersitate que constituit ciuitatem vel castrum vel villam, ⁊ sic ab vniuersitate habẽte territoriũ: tales enim 5 administratores sic electi dicuntur habere officium publicuz, † qꝛ ad illud suscipiẽdũ cogi possunt inuiti. l. munerum. §. defensores. ff. de muneri. ⁊ honori. et. l. inuit⁹. C. de procurato. Secus vero est si sint electi ab vniuersitate que non habet territorium cuiusmodi sint procuratores seu rectores eleemosyne charitatis antedicte, quos puto eligi annis singulis: non quidez a populo vel toto consilio populo representante, sed a rectoribus et consiliariĳs huius eleemosyne. Et sic censendi sunt isti rectores tanꝙ procuratores priuati, ⁊ propterea non videntur habere administrationem cum libera, per id quod not. Cy. ⁊ Bal. in. l. j. C. etiam per procuratorem. ⁊ Paul. de ca. in dicta. l. iusiurandum et ad pecunias. §. defensor. ⁊ Inno. in. c. suscitata. de in integ. restitu. Et hoc casu salua tur glo. in. l. item magistri. ff. de pac.

6 † Preterea esto ꝙ dicti rectores dici possent habere mandatum cum libera vel generalem administrationem cum libera, prout dixi de syndicis ciuitatum, castrorum ⁊ villarum, adhuc tamen non valeret de iure dicta pretensa locatio: quia in illa non est seruata solennitas que de iure seruari debuit, et de qua habetur in. l. fina. et quod ibi docto. C. de venden. re. ciuita. lib. xj. que inter alia requirit interpositionem decreti superioris quod hic factũ nõ est. Et nimirũ si in alienatione hu 7 iusmodi requiratur decretum, † quia res publice ciuitatum et villarum comparantur bonis ⁊ rebus impuberum. l. rem publicam. C. de iu. reipubli. In alienatione aũt bonoꝝ immobiliũ impuberum, ⁊ etiam adultorum minorum. xxv. annis requiritur decretũ iudicis. l. non solum. cum suis simili. C. de predi. mino. Ergo in dicta locatione que vt dixi est alienatio, ⁊ quo ad effectum censetur esse idem quod concessio in emphitheosim, requirebatur decretũ ad sui validitatẽ. Et si opponatur ꝙ. d. l. fi. C. de venden. re. ciuita. loquatur in vẽditione, ⁊ qḋ ppterea locũ habere nõ debeat, respõ 8 deo ꝙ istud nõ obstat. † Tũ qꝛ appellatione venditionis vidẽtur cõtineri etiã aliĳ cõtractus per quos fit alienatio. l. statu liberi a ceteris. ad fi. ff. de statu libe. Pro quo facit. l. j. in prin. ff. de re. eo. iuncta. l. nõ solum. C. de predi. mino. Tum ⁊ qꝛ eadẽ ratio prohibitionis videt̃ esse in vẽditione que fit de re ciuitatis vel ville que est in locatione perpetua vel ad non modicum tempus, cũ vtrobiꝗ fiat alienatio ⁊ transportus dominĳ tanꝙ vtilis. Ergo vtrobiꝗ vide 9 tur esse idem ius. l. illud. ff. ad legez aqui. † Nec est nouũ ꝙ lex edita super cõtractu vẽditionis extẽdatur ad cõtractũ locationis vel ecõtra. l. ĳ. ⁊ quod ibi Jaco. rebuf. iuncta dicta. l. fi. C. de vẽden. re. ciuita. quod maxime deberet procedere in hoc casu, vbi vt dixi per dictam pretẽsam locationem agebatur de alienatione vtilis dñĳ dicte Crote. Tũ ⁊ quia. d. l. fi. procedit permissiue, ⁊ statuẽdo certam formã obseruandã in vẽditione rei publice, que si extendi nõ debeat ad hunc casum, hoc est ad locationẽ factã ad longũ tẽpus 10 nõ potuit dicta Crota sic locari etiã cũ decreto, † quia vt pdixi cõparatur rei impuberis que regulariter alienari nõ potest. l. j. ff. de re. eo. Cõcludo igitur ex premissis dictam locationem nõ valuisse cum iuris effectu, ⁊ propterea dominos modernos rectores posse recuperare dictam Crotam per predicta, ⁊ per id quod not. glo. ⁊ Joã. de pla. in dicta. l. fi. C. de vẽden. re. ciuita. facit. l. quẽadmodũ. C. de agrico. ⁊ censi. lib. xj. Puto tamen qḋ dicti pretẽsi tunc rectores nõ eleemosyna charitatis tenebantur de euictione prefato cõductori, per id qḋ not. glo. ⁊ Joã. de pla. in. d. l. fi. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium. CXXVII.

De successione fratrum cum matre in quotis sororum.

Summarium.

1 Bona paterna per aditionem vel immissionem in hereditate desinunt esse paterna ⁊ fiunt fraterna vel sororia.
2 Hereditas paterna non accepta ante mortem vel adita an transmittatur, ⁊ ad quos.
3 Filia non aditam hereditatem an transmittat ad matrem.
4 Mater a successione liberorum impuberum repellitur si suscepta tutela ⁊ ratione non reddita renupserit.
5 Bona dotalia et paraphernalia et tertĳ generis an debeant restitui mulieri.

Ponitur i facto ꝙ honorabilis quodã vir Ludouicus gauterĳ loci Albance vita functus est ⁊ ab humanis decessit intestatus, superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus duobus filĳs masculis, Ysnardo ⁊ Oliuerio gauterĳ, ⁊ quatuor filiabus, scȝ Jãnona, Rixẽde, Antoneta ⁊ Laureta liberis naturalibus et legitimis ipsius quondam Ludouici, ac etiã Matheada eius vxore et matre eorũdẽ Ysnardi, Oliuerĳ ⁊ quatuor filiaꝝ, dicte vero Jannona et Rixendis matrimoniũ cõtraxerũt ⁊ cõtẽplatione dotiũ pro eis ⁊ eaꝝ noie. cõstitutaꝝ renũtiauerũt cũ iuramẽto, ⁊ in forma vt creditur bonis paternis ⁊ maternis. Alie vero due filie scȝ Antoneta ⁊ Laureta etatis quindecim annoꝝ ⁊ vltra vita functe sunt ⁊ ab humanis ⁊ intestate decesserũt superstitibus dictis Ysnardo, Oliuerio ⁊ Matheada fratribus ⁊ matre. Postea vero vita functa est ⁊ ab humanis decessit prefata Matheada prius condito eius vltimo ⁊ nũcupatiuo testamẽto, in quo heredẽ vniuersalẽ fecit ⁊ instituit dictũ Oliueriũ ei⁹ filiũ: ⁊ ei⁹ nepoti seu Felezeno ex dicto Ysnardo pdefuncto certũ quid iure institutionis reliqt. Est verũ ꝙ honorabilis vir Fulquet⁹ iordani i suo vltimo testamẽto dedit ⁊ legauit honeste mulieri. N. iordane vxori dicti Oliuerĳ decẽ oues

Est etiã verum qḋ mortuo dicto quõdã Ludouico patre eorũdez Oliuerij ⁊ Ysnardi, ipsi Ysnardus ⁊ Oliuerius eius filij ⁊ heredes simul remanserunt ⁊ vixerunt in cõione, ⁊ sibijnuicem et hincinde cõmunicauerũt sua lucra, ⁊ simul vixerunt promiscue vtentes tam fructibus bonorum cõmunium, ꝙ etiam vt puto lana ⁊ lacte predictarũ ouium ⁊ earũ incremẽti. Et idẽ etiã fecerũt prefati Oliuerius ⁊ Ludouicus post mortẽ dicti Ysnardi ipsius Oliuerij pr̃is.

¶ Ex quibus quesitum est quis succedere debuerit prefatis Antonete ⁊ Laurete ab intestato vita functis, an vcʒ dicta Mathea da earum mater, an fratres aut sorores superstites, que vt premissum est bona paterna ⁊ materna quittauerant, an vero oẽs equis portionibus, ⁊ si omnes pro quota parte.

¶ Secũdo quesitũ est si dicta quõdã Matheada eisdem in quota aliqua succedere potuerit, an sibi ⁊ eius heredi preiudicauerit, pro eo quia licet tutrix extiterit dictorum Oliuerij et Ysnardi, ac etiã Ludouici dicti Ysnardi filij, ipsa tamen de per eam administratis et gestis rationem non reddidit.

¶ Tertio an saltem sibi ⁊ eius heredi preiudicauerit, pro eo quia tempore eius vite hereditatem dictaruʒ Antonete ⁊ Laurete nõ petijt nec adijt.

¶ Quarto an prefatus Ludouicus habere debeat partem ⁊ portionem in ouibus ⁊ cremento superius mentionatis.

Christi nomie inuocato.

Uiso casu superius mentionato ⁊ dubijs ex eo elicitis, dico et respondeo ad dubia huiusmodi, put infra. Et primo ad primũ qḋ p̃fatis Antonete, et Laurete successerũt dicti Matheada mr̃, Ysnardus, Oliuerius, Jãnona ⁊ Rixendis eius fratres ⁊ sorores, quilibet vcʒ ꝑ quĩta parte. auꝫ. de heredi. ab intesta. §. si vero cũ ascẽdẽtib⁹. colla. ix. ⁊ transumptiue in auꝫ. defuncto. C. ad tertu. 1 † Nec dictis Jannone ⁊ Rixende refragatur seu obstat ꝙ etiã cũ iuramento renũtiauerint bonis paternis ⁊ maternis: qꝛ bona hmõi etiam si aliquando fuerint paterna, desierunt post mortẽ dicti quondaʒ Ludouici cõis patris esse bona paterna ⁊ ceperũt esse bona sororina. §. j. institu. qui. ex cau. manumitte. lʒ vel nõ. et in. §. j. institu. de heredũ quali. ⁊ diffe. not. glo. in. l. eius qui in prouincia. in vltima parte. ⁊ qḋ ibi Bar. ff. si cer. peta. qḋ etiã voluit Roma. cõsi. clxviij. exordiẽte, Circa primũ quo queriꝛ an renuntiatio ⁊c. Albe. in. l. si qñ. §. illud. col. iiij. C. de inoffi. testa. Alex. de imol. in. l. j. §. veteres. ff. de acqui. pos. Ange. cõsi. lj. Et istud nõ habet dubiũ, quo ad bona aliũde acquisita ꝙ ex successiõe dicti quõdã Ludouici patris. Etiã nec habet dubium quo ad bona paterna eisdem Antonete ⁊ Laurete delata cuilibet vcʒ pro sexta parte. auꝫ. de heredi. ab intesta. §. j. colla. ix. ⁊ trãsumptiue. auꝫ. in successione. C. de suis ⁊ legi. libe. ⁊ institu. de heredi. q̃ ab intest. defe. circa principiũ. Et hoc si supponamus easdẽ Antonetã ⁊ Lauretã acceptasse dicta bona hoc est quotas eisdẽ delatas vel bonis ⁊ hereditati paternis tanꝙ heredes patris cũ alijs suis coheredibus se immiscuisse. 2 † Si vero ante acceptationẽ vel immixtionẽ hmõi ab humanis decesserint esset maius dubiũ: qꝛ vcʒ eo casu trãsmiserunt de iure cõi paternã hereditatẽ ad prefatos matrẽ, fratres et sorores superstites ꝑ ea q̃ not. Bar. Bal. ⁊ doc. in. l. si fratris. C. de iu. delibe. ⁊ doc. in. l. vẽtre. ff. de acqui. heredi. illã tñ nõ trãsmiserũt vt sibi acquisitã vel aditã sed adeundã vel acquirẽdã seu aptius loquar delatã. l. si quis filiũ. in princi. ff. de acqui. heredi. et in. l. j. C. de his qui ante aper. tabu. Pro quo facit, qꝛ si cẽsereꝛ paterna hereditas acquisita ante aditionẽ seu immixtionẽ, iã nõ esset querẽdũ an suus heres cui quesita extitisset ad aliũ transmitteret vt paternã hereditatẽ cũ paterna hereditas esse desijsset ⁊ cepisset esse p̃rimoniũ filij heredis. l. sʒ si plures. §. filio. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊. l. paul⁹. alias incipit, ꝑ pcuratorẽ. ff. de acquir. heredi. Nec tũc esset dubiũ quin heres hui⁹ sui deberet succedere etiã in paterna hereditate, que huic suo acquisita extitisset, quinimo nõ posset succedere huic suo quin succederet patri, cuius tñ cõtrariũ cõtingere põt, prout colligiꝛ ex his q̃ not. Alex. de imol. in. l. qui se patris. C. vnde libe. Propter que dico ꝙ si dicte Antoneta ⁊ Laureta ab humanis decesserit ante acceptationẽ seu immixtionẽ paterne hereditatis, dicte Rixẽdis ⁊ Jãnona repelluntꝛ a bonis paternis ꝑpter renũtiationẽ quã de eis fecerũt cũ iuramẽto: supposito tñ ꝙ illa valuerit, super quo nihil dicere valeo: quia illas non vidi.

3 † Uenio ad sc̃dm quesitũ / sup

quo dico vt predixi in pcedẽti dubio, p̃fata Matheada succedere debuit p̃fatis Antonete ⁊ Laurete ꝑ quinta parte, ⁊ hoc non habet dubiũ, quo ad bona eisdẽ quõdã Antonete ⁊ Laurete acq̃sita. Sed si supponeremus ꝙ ipse Antoneta ⁊ Laureta nõ acceptauerint paternã hereditatẽ vel illi se immiscuerit, sed ante illius acceptationẽ seu immixtionẽ ab humanis decesserint, ille nihil de ea trãsmiserũt ad dictã Matheadã eaꝝ matrẽ, sed in eaꝝ portionib⁹ succedere debuerũt dicti Ysnardus ⁊ Oliuerius, ⁊ p̃fate Jãnona ⁊ Rixendis si nõ renũtiassent, per id qḋ post Bald. in. l. j. C. de his qui ante aper. tabu. Uoluit Joan. de imol. i. l. vẽtre. charta. vj. in quinta regula. ver. limita tñ hãc opinionẽ esse verã ⁊c. ff. de acqui. heredi. 4 † Et nũc reuertẽdo ad quesitũ ⁊ supposito ꝙ dicte Antoneta ⁊ Laureta acceptassent paternã hereditatẽ vel illi se immiscuissent, nõ ideo debuit mater ab eaꝝ successione repelli: qꝛ de administratis ⁊ rectis per eã rõnẽ nõ reddidit. Tũc enim a successiõe liberoꝝ impubeꝝ repelliꝛ, qñ illoꝝ tutelã suscipit, ⁊ postea rõne nõ reddita conuolat ad sc̃da vota. auꝫ. de nup. §. si aũt tutelã gerat. C. de nup. sed hic nõ supponiꝛ eandẽ Matheadã sc̃do nupsisse, sed potius mihi dr̃ qḋ sc̃do nõ nupserit, ⁊ sic etiã dici nõ põt ꝙ ipsa incurrerit alias penas cõtra binub as seu mulieres sc̃do nubẽtes introductas, de quibus in. l. j. et. ij. l. femine. ⁊ per totũ titulũ. C. de secũ. nup. ⁊ per cano. in. c. penulti. ⁊ fi. eo. titu.

¶ Ad tertiũ dico ⁊ respõdeo ꝙ nisi ipsa Matheada adiuerit vel acceptauerit hereditatem dictarũ suarũ filiarũ, ipsa sibi preiudicauit nec illam transmisit ad eius heredem.

Ad quartũ dico ⁊ respondeo

ꝙ cum presupponatur in facto predictas decẽ oues fuisse legatas ⁊ relictas nõ quidem dicto Oliuerio qui societatẽ cũ dicto quõdã Ysnardo primo, ⁊ post mortem illius cum dicto Ludouico tacite cõtraxisse per actus sociales, sed dicte eius vxori. nec ip̃e Ludouicus nec dictus Oliuerius partẽ habent aut habere debent in predictis ouibus aut eaꝝ incremẽto seu fetibus extãtibus. Et quidẽ de decẽ ouibus nõ est dubiũ: qꝛ ille fuerãt legate vxori. Cũ igiꝛ nõ p̃supponaꝛ ip̃a vxor societatẽ cũ dictis Oliuerio marito, Ysnardo et Ludouico aut aliquo eorũdeʒ nec alias oues hmõi in eos alienasse, ille remãserunt ⁊ remanent sue. l. id quod nostrũ. cum suis si mili. ff. de regu. in. Et idẽ dico de incremẽto seu fetibus extãtibus scʒ ꝙ sint eiusdem vxoris, nõ autẽ pertineant prefato Oliuerio ⁊ Ludouico. 5 † Et primo nõ Oliuerio: qꝛ siue ille decẽ oues dici debuerint ⁊ debeant res parafernales eiusdẽ mulieris seu cõprehendantur sub tertio genere bonorum mulieris, hoc est nec sint dotales, nec sint parafernales, dicti fetus extantes pertinent ad mulierẽ. De fructib⁹ parafernaliũ extãtib⁹ pbaꝛ in. l. penul. ⁊ quod ibi Bar. Ang. Pau. de ca. Alex. de imol. ⁊ doct. ff. ad legẽ fal. ⁊ quod not. glo. in. l. vbi. super verbo, ad sustẽtationẽ. C. de iu. do. ⁊ qḋ ibi Bal. col. penul. ⁊ doc. magis cõiter in. l. fi. C. de pac. conuen. Pau. de cast. consilio. clxxxvj. exordiẽte, Super primo reperio ⁊c. in primo quesito. vbi plene Alex. de imol. cõsi. xlij. exordiẽte, Super premisso themate ⁊c. in prin. in primo vol. ⁊ alij in alijs locis. De fructibus vero aliorum bonoꝛuʒ vxoris, hoc est que nec sunt dotalia nec etiam parafernalia qḋ illi non sint mariti si extent, sed debeãt restitui mulieri probatur in. l. si stipulata. §. j. ff. de dona. inter virũ ⁊ vxorem. quod etiã voluit Bald. in quodam suo cõsilio exordiente, Sciendum est qḋ mulier ⁊c. relato per Alexan. de imol. in. d. l. maritus. col. j. ff. ad legem fal. et in dicto consilio. xlij. col. j. et consilio. lxiij. exordiente, Super primo dubio ⁊c. in secundo volumi. in quibus locis etiam idẽ voluit ipse Alexã. ⁊ alij in alijs locis quos non refero. Ex quibus consequenter infertur ꝙ in dicto incremẽto partem habere non debet prefatus Ludouicus, etiam si et ip̃e et dictus quondaʒ Ysnardus eius pater societatem contraxerint cum ipso Oliuerio: quia nõ potuit plus iuris idem Oliuerius in eosdem transferre ꝙ haberet in dicto incremento. l. traditio. ff. de acqui. re. domi. c. gratia. j. q. j. et. c. daybertum. q. vij. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis.

Consilium. CXXVIII.

☞ De substitutionibus fideicommissarijs factis in codicillis, Et de grauamine in legitima.

Summarium.

1. ☞ Substitutioni fideicommissarie non est locus cõditionibus omnibus non purificatis.
2. Portio verbis coniuncti quamuis re disiuncti relicta cui accrescat.
3. Codicilli sunt capaces substitutionis fideicommissarie.
4. Filio pupillo an possit substitui i legitima, ⁊ heres filij in illa grauari. nume. 6.
5. Impertinentia non admittenda.

Christi

Christi nomine inuocato. Viso pcessu cause cepte et pendētis indecise p et inter honestam mulierē Stāquam martine vxorem pdicti viri Jacobi martini actricem ex vna parte, et honorabilem virū Carolum baiulli reum ex alia. Videt respondendū sub correctione cuiuslibet dñi melius sentiētis, q prefatus Carolus debuerit & debeat absolui ab impetitis et cōclusis parte eiusdē Stanque, nisi quo ad quartam trebellianicā, quā ex psona Bertrādi garcie, als de hyspania eius pretensi filij, videt potuisse et posse petere in & de bonis que quōdam fuerunt pbi viri Petri garcie. Pro cuius dicti faciliori declaratiōe pmitto, q hic agitur de bonis q̄ dudum fuerūt dicti Petri garcie, et postea ex dispositione testamentaria Bertrandi eius filij. Premitto insup q licet idē Petrus garcie nullā substitutionē fecerit in dicto eius testamento, ipse tamē substituit et substitutiones fecit in codicillis p eū confectis post dictū eius testamētum, quarū prima fuit facta de Symoneta baiulle si inter eam & pfatū Bertrandū matrimonium cōtraheret & fieret, et idē Bertrandus eadē Symoneta superstite ab humanis sine ple decederet. † Et hec sibi locū nō vendicauit, quia licet idē Bertrandus ab humanis & sine liberis ante eandem Symonetā decesserit, nō tamē fuit matrimoniū inter eosdē Bertrandū & Symonetā cōtractum. Et ita nō fuerunt oēs conditiones purificate: nō ergo fuit nec est locus huic substitutioni. l. si heredi plures. et qd ibi glos. ff. de cōdi. institu. Scda vero substitutio facta est de eodē Carolo & Antonio garcie, de quolibet vcz pro semisse: et hec facta est quo ad psonam eiusdem Caroli sub duab⁹ cōditionibus, vna vcz si matrimoniū de quo supra, non cōtraheretur aut fieret: alia vero si idē Bertrādus ab humanis sine ple aut liberis decederet, et iste due sibi locū vendicarunt & vendicāt, p eo quia dictū matrimoniū cōtractū nō est: et q̄ idē Bertrandus sine liberis decessit. Quo vero ad dictū Antoniū videt facta substitutio de eo sub tribus cōditionibus, quarū vna fuit si matrimoniū de quo supra, nō fieret: alia si idē Bertrādus sine liberis ab humanis decederet: alia et tertia si pfatus Antonius infra certū tēpus reuerteret apud Massiliam. Et q̄uis due prime sibi locū vēdicauerint, non tamē tertia. Et sic substitutio facta de eodē Antonio videt defecisse. dicta. l. si heredi plures. cū suis simili. † Verū quia in substitutione facta de eisdē Antonio & Carolo, ipsi fuerunt verbis cōiuncti, q̄uis re disiūcti, portio relicta pfato Antonio accreuit dicto Carolo. l. vnica. §. vbi. et quod ibi, et in. §. finautē disiunctim. no. doc. C. de cadu. tol. † Premitto insup q licet hereditas regulariter iure directo non possit vel instituendo vel substituēdo relinqui in codicillis, pōt tamē substituēdo iure fideicōmissi relinqui. l. hereditatē. & qd ibi glo. & doc. C. de codicillis. Cū igit substitutio de quo supra facta extiterit, nō quidem in testamento pfati quondā Petri, sed in eius codicillis: illa nō minus valuit.

Quibus presuppositis infero q bona pfati quondā Petri pertinēt dicto Carolo iure fideicōmissi. Potuit tamen ipsa Stanqua tanq̄ mater, et sic proximior dicti quondā Bertrandi petere quartā trebellianicā. † Non autē videt potuisse aut posse petere legitimā, quia q̄uis idem Bertrādus tunc impubes in legitima hmōi grauari nō potuerit per Petrum eius patrē. l. omnimodo. l. qm̄ in prioribus. C. de inoffi. testa. et. l. coheredi. §. cum filie. cū suis simili. ff. de vulga. & pupilla. In ea tñ grauari potuit dicta Stāqua mr, et alij ab intestato eidē Bertrādo successuri, si qui erant. l. si fundū p fideicōmissū. §. fi. cū. l. se. ff. de lega. j. no. docto. in dicta. l. coheredi. §. cum filie. et multi in. l. ex tribus. C. de inoffi. testa. Et q̄uis Barto. in dicta. l. coheredi. §. cū filie. versi. quod si heredē, videat voluisse q licet fideicōmissum relinquat post mortē filij, tamen in dubio censeatur relictū a filio hoc est onus iniūctum ipsi filio. Et idē voluit ipse Bart. in. l. codicillis. in princi. p illum tex. ff. de vsufruc. legat. Pau. de ca. consilio cxcix. exordiente, In casu pñti &c. et Fran. de are. consilio. clv. exordiente, Periculosum est, vt Hieronymus ait. col. xj. ver. sed relinquitur pulchra dubitatio &c. fm quorum opinionē potuisset ipsa Stanqua petere etiā legitimā, et sic duas quartas que ascendunt ad semissem seu dimidiā partem bonor dicti Petri garcie. Bart. tamen alibi voluit et tenuit cōtrarium, scz q quādo fideicōmissū iniungitur post mortē filij, intelligatur testator in dubio illud iniunxisse heredi filij vel ab ipso herede filij fideicōmissum huiusmodi reliquisse, put no. ipse Barto. in. l. qui duos. in fi. et qd ibi Joā. de Jmol. et Pau. de castr. ff. de vulga. et pupilla. Joan. de Jmol. Pau. de cast. Alexan. de Jmol. et alij communiter in dicta. l. coheredi. §. cum filie. Alexan. de Jmol. in. l. j. §. substituere. et in. l. cētum. colū. xxxvij. versi. sed hec responsio non est sufficiens. ff. de vulga. et pupilla. et consilio. lxvij. exordiente, Cōsideratis his que in themate &c. colū. iij. ibi, sed in casu nostro. in primo volu. & consilio xij. exordiente, Attentis verbis testamenti &c. colū. penulti. versi. fortius dico q etiam posito &c. in tertio volu. Joan. de Jmol. in. c. raynaldus. charta. xij. versi. an autem filio pupillo possit substitui in legitima &c. de testa. Fulgo. in. l. eam quam. C. de fideicommis. Cuma. in. l. j. §. fi. ff. de vulga. et pupilla. et dñs Jason may. in. l. precibus. colū. xiiij. C. de impube. et alijs substitu. fm quorum opinionem, que videt esse cōmunis, dicta Stāqua tanq̄ pretēsa primior dicti quondam Bertrandi censetur fuisse grauata de restituenda hereditate: non aūt ipse Bertrandus, cum dictus Garcie testator substituerit post mortem eiusdem Bertrandi sub conditionibus, vcz si matrimoniū de quo supra suum nō sortiretur effectum, et si ipsum Bertrandū sine ple ab humanis decedere contingeret, nec appareat ad quem referri voluerit illud verbum substituo, an vcz ad ipsum Bertrandū vel ad sibi successuros ab intestato. Petere igitur non potuit ipsa Stanqua legitimā, quia licet vt predixi dictus Bertrādus in ea grauari nō potuerit. dicta. l. omnimodo. et. l. quoniā in prioribus. In ea tamē grauari potuit dicta Stanqua, et durauit grauamen cū idem Bertrādus decesserit adhuc impubes. dicta. l. si fundū p fideicommissum. §. fi. cum. l. seq. ff. de legat. j. no. docto. in locis superius allegatis.

Et q̄uis multa fuerint pposita et deducta parte dicte Stanque in quibusdam suis pretensis articulis exordientibus, Domina Stanqua &c. insertis fol. lxxj. Hec tamen in nullo suffragantur ipsi Stanque, nec in aliquo elidunt intentionem dicti Caroli baiulli. † Tū quia illa vel omnia et pro maiori eorum parte impertinentia, et als talia que etiam probata non releuarent. Et ideo nec admitti debuerunt. l. neq̄ natales. et. l. ad probationem. C. de probatio. l. non hoc. C. vnde cogna. et. c. cum contingat. cum simili. de officio delegat. Tum et quia illa non fuerunt probata. Tum et quia quatenus in eisdem opponitur de pretensa ingratitudine seu pretensis malis tractatibus commissis per ipsum Carolum, vt ex aduerso pretenditur, et contra dictum Bertrandum, potius apparet de contrario per dicta et depositiones testium parte ipsius Caroli in causa productorum. Insuper etiam apparet eandem Stanquam et dictum eius virum vel causam vel occasionem prestitisse morti dicti Bertrandi. Propter quod et consultius et prudentius fecisset eadem Stanqua si abstinuisset a propositis & deductis in dictis eius pretensis articulis. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, vt supra, q dicta Stanqua petere non potuerit cum effectu de bonis dicti quondam Petri testatoris, nisi quartam trebellianicam. † Nisi forte quis dicere voluerit q huic responsioni refragetur et obstet doctrina glo. Bart. et docto. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamen. glo. et Barto. in. l. quāquam. C. ad legem falcidiam. Baldus in. l. filium quem. C. famil. erciscun. quatenus inibi voluit glo. et doctores q filius grauatus de restituendo sub cōditione vel in diem detrahit duas quartas, scilicet legitimam et trebellianicam. Sed hoc nō obstat, quia vt predixi, in casu de quo queritur non censetur dictus Bertrandus fuisse grauatus, sed Stanqua mater, et sic non sumus in terminis in quibus loquuntur glo. et doctores in locis predictis. Etiam nec obstat constitutio Dñicalis prouincie, ex cuius decisione colligitur, q cum eidem Bertrando superfuerit Stanqua mater, substitutio facta per verbum commune censeri debuerit et debeat fuisse omni tempore fideicommissaria. Quoniam respondeo q etiā ego non inficior, nec nego istud, sed dico q licet omni tempore obliqua extiterit, non tamen potuit nec potest detrahi nisi vna quarta, scilicet trebellianica. vbi vero substitutio fuisset pupillaris, nulla quarta detraheretur. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulga. et pupilla.

Cōsilium. CXXIX.

☞ De legitima computāda in bonis donatis per patrē ascendentibus vltra legitimam.

Summarium.

1 ☞ Qui ex bonis paternis vltra legitimam habuit, legitimam non habuisse male conqueritur, quam in illis imputare tenetur siue concessa fuerint in peculium siue donata donatione inter viuos.

Viso instrumēto retē tionis ꝛ diuisionis, quas dudū anno vcȝ dñi. M. ccccxcvij. et die. xj. mēsis Aprilis fecisse dicitur honorabilis vir Mononus Joannis de bonis suis in instrumēto retentionis et diuisionis huiusmodi latius mētionatis. † Dico ꝛ respondeo ad id de quo querit̃, ꝙ cum idē Mononus habeat tres filios masculos naturales ꝛ legitimos, scȝ Claudium / Jacobum / ꝛ Petrum ioannis, et quatuoꝛ filias naturales ꝛ legitimas, bonaꝗ; dicto Claudio expedita, et diuidenda ꝑ dictum Mononum patrem tradita latius in dicto in instrumēto mētionata, et expresse ascendant ad valorē decimequarte partis bonorum dicti Mononi, et sic ad valorē legitime eiusdem Claudij. auť. de trien. et semis. §. j. versi. si vero vltra quatuoꝛ ꝛc. colla. iij. et transumptiue in auť. nouissima. C. de inoffici. testa. quinimo vltra huiuscemodi decimāquartā partē: potest ꝛ poterit idem Mononus de bonis ꝑ eius parte per eum retētis disponere ꝓut voluerit, et ea relinq̄re ꝓut placebit. Et si velit prefatis Jacobo ꝛ Petro cum eo manentibus. dicto auť. de trien. ꝛ semis. §. j. versi. licebit em̄. vbi dicit text. Licebit em̄ ei reliquum octuncium forte aut sexuncium habere et largiri sicut voluerit filijs ipsis aut cuilibet extraneorum. Nō eniȝ poterit idem Claudius cōqueri ꝙ nō habuerit legitimā sibi debitam in bonis patris, cū vt predixi bona sibi tradita ascendant ad valorem ꝑdicte legitime, et longe vltra: nec dicere poterit se nō debere in eius legitimam imputare seu computare dicta bona, quia respondeo ꝙ immo tenetur, siue dicamus illa cōcessa in peculiū. l. filium quē. et quod ibi docto. C. famil. ercisc. Siue dicamus illa fuisse eidem Claudio donata, etiam donatione inter viuos. ꝑ id quod habetur in. l. cum quo. de peculio. §. fi. et qđ per illū text. not. ibi Joan. de Jmol. ff. ad legem fal. et Alexan. de Jmol. in. l. illud. colū. v. C. de collat. et do. Jason may. in. l. si quando. §. generaliter. col. j. C. de inoffi. testa.

¶ Cōsulo igitur dicto Mononо si ita facere proposuerit, ꝙ ipse testetur, et in testamēto heredes instituat dictum vcȝ Claudiū in bonis ꝑ eum sibi expeditis ꝛ traditis tempore facte retentionis ꝛ diuisionis ꝑdictarum latius expressis in dicto instrumēto, et ꝑfatos Jacobum et Petrum in bonis per eundē Mononū eisdem Jacobo ꝛ Petro expeditis seu ꝓ eorum portione assignatis, insuper ꝛ in bonis ꝑ eundem Mononū sibi retentis.

¶ Insuper etiam expedit ꝙ aliquid relinquat dictis eius filiabꝰ et earum cuilibet iure institutionis in quo vna cū dotibus ꝛc. eas instituat.

Consilium. CXXX.

De secundo priuilegio derogante primo super declinatoria fori, et euocatione causarum coram suo iudice. Et habet cōsilium simile, et super eadem causa in prima parte, consilio. 149. sed non est ita amplum.

Summarium.

1. Jus commune generaliter cauit actorem forum rei sequi nō econtra.
2. Priuilegium ius positiuum an videat̃ firmius firmare, vel quicꝗ superflui continere. nu. 5.
3. Priuilegijs concessionis ad quem se refert concessio, an gaudere debeat.
4. Dictio quibus, que dictio sit, et qualiter ponatur.
6. Operari debet vnūquodꝗ; verbum a contrahentibus prolatum, vel in dispositione positum.
7. Notoria a ꝓponendo nō releuant, secus a ꝓbando.
8. Priuilegium secundū quando deroget primo. nu. 12.
9. Princeps per suum priuilegium secundo concessum an intendat derogare iuri alteri quesito.
   Possessio sola alterius quando impediat vires priuilegij.
10. Regula, generi per speciem derogatur, an habeat locum in priuilegijs.
11. Uerba narratiua vel enuntiatiua instrumēti ratificationeȝ pape cōtinentis in priuilegio ab altero cōcesso, an probent.
13. Clausula generalis non obstantiarum ad que non possit sese extendere.
14. Priuilegium pendente lite super immunitatibus impetratum, an valeat.
15. Priuilegium in quibus cognoscatur esse surreptitium et obreptitium.
    Litere priuilegiorum et beneficiorum principū si sint surreptitie an valide.
16. Litere gratiose ꝑpter surreptionem an sint nulle.
17. Surreptio ipso iure an vitiet indulgentiā et cōfirmationem.

Viso processu cepto et aliquandiu agitato ꝑ et inter honorabiles viros dños cōsules ꝛ habitātes oppidi seu castri Mōtilij ademarij, ꝛ nobilē Guilliel mum chambre supplicātes ex vna parte, ꝛ egregium viruȝ dñm Christoforum de salhiente ꝑtensum subcōseruatorem assertorum priuilegioꝝ venerabilis vniuersitatis ciuitatis Ualentie, et suppositorum illius, et Fortunatuȝ de sala supplicatos ex alia. † Dico et respōdeo eosdem supplicantes debuisse ꝛ debere in hac causa obtinere: qđ vt facilius demonstretur premitto in primis ꝙ ꝑfati consules et manentes habent ꝓ se ius cōmune, quo gñaliter cauetur vt actoꝛ forum rei sequi debeat, nō econtra. c. experientie. et. c. seq. xj. q. j. c. si clericus. et quod ibi glo. ꝛ c. cuȝ sit generale. de fo. cōpe. l. fi. C. vbi in rem actio. l. iuris ordinē. et quod ibi glo. et. l. in criminali. C. de iurisdi. omniū iudi. Quo fit vt ꝑm horum iuriū ꝛ similiū dispositionē teneantur ꝛ debeant reuerendus pater et viri egregij dñi rector / doctores / licētiati et alij suppositi eiusdē vniuersitatis in cōueniendo vel in causam trahēdo manētes et habitantes dicti loci Mōtilij ademarij sequi iudicium seu forū manētium et habitātium hmōi, et sic eos conuenire corā dñis officiarijs et magistratibus eiusdem loci, nō eos ab hoc loco extrahere ꝛ conuenire corā ꝑtensis dñis cōseruatoribꝰ dictorū assertorum priuilegioꝝ eisdem, vt ꝑtenditur cōcessoꝝ. Eo signanter, † qꝛ vt apparet ꝑ literas recolēde memorie serenissimi do. Ludouici tunc Dalphini, et postea Francoꝝ regis dictis manentibꝰ cōcessas Anno dñi. M. ccccxlvij. et die penulti. mēsis Maij, et insertas fo. cxv. Jdē serenissimus princeps voluit et eisdē concessit, ꝙ baillivus / iudex / et alij officiarij sui ordinarij dicti loci ab antiquo ꝑ eius ꝑdecessores et ipsum in dicta villa ordinati seu imposteruȝ ordinādi haberent plenā ex integro primā cognitionē quarūcunꝗ; causarū ciuiliū et criminaliū, sic et taliter, ꝙ nulli alij officiarij siue commissarij extraordinarij sub noīe reformationis, aut al's quouismodo ꝑ ipsum vel eius successores in futurū ordinandi vllam in dicto castro Mōtilij, vel habitatores eiusdem cognitionem haberēt, vel de causis hmōi se intromittere possent.

Viso pcessu cause inquisitionalis cepto et formato contra et aduersus honorabilem virum magistrum Antonium farelli notariuz ciuitatis Vapincensis, et depositionibus testium parte venerabilis viri domini procuratoris fiscalis, et partis priuate in ipsa causa pductorū, examinatorum et auditorum, dico et respondeo nihil fuisse vel esse probatum contra eundem magistrum antonium propter quod debuerit aut debeat condemnari tanq̄ homicida vel etiā tanq̄ vulnerator defuncte mulieris Joānete relicte Petri de sancto Amato, et non solum non est aliquid probatum propter quod debuerit aut debeat condemnari vt homicida aut percussor seu vulnerator, quinimo nec propter quod subijci debuerit aut debeat questioni seu torture. Et primo quidē 1 non est vt dixi idem magister Antonius condemnandus, † quia in causis criminalibus probationes debēt esse luce meridiana clariores. l. sciant cuncti. C. de probationi. l. singuli. C. de accusatio. et 2 l. qui sententiam. C. de pe. † Hic autem nullus reperitur testis qui vel viderit vel deposuerit se vidisse dictum magistrum Antoniū verberantem dictam Joannetam, aut qui dixerit seu viderit eundem magistrum Antonium aufugientem cum gladio aut baculo sanguinolento in manibus. Et ita dici non potest esse probatum homicidium fuisse ab eo commissum, etiā si alius preter hūc magistrum Antonium in dicto loco non fuisset. Et ita contra eūdem magistrum Antonium adaptari non potest quod not. Joānes andr. in addi. Specula. titulo de probationibus. §. fina. super versicu. decimotertio. Bartolus et Angelus in. l. ij. ff. de fur. Baldus in. l. neq̄ natales. C. de probationibus. et in. l. fina. ff. de heredi. institu. Angelus in. l. fina. in principio. ff. quod metus causa. et doctores in. c. tertio loco. de probationibus. Baldus et doctores in dicta. l. sciant cuncti. Quoniam vt apparet ex verbis predictorum doctorum ipsi loquuntur in eo qui visus est cum baculo aut gladio sanguinolento, quod non est probatum, quinimo nec deductum contra dictum magistrum Antonium, et sic dici non potest quod ex pretensis probatis condemnari debeat de occiso, seu etiam de vulnerato.

Dixi preterea nihil esse probatuz propter quod debuerit aut debeat subijci questioni aut torture. Et primo quidem non per quasdam Alaysiam relictā Joannis balbi et Sarinam vxorem Joannis arnaudi, quatenus videntur deponere aut dicere se audiuisse a prefata Joanneta dicente et asserente quod eandem verberauerat idez magister Antonius. 3 † Tum quia cum ista sit causa criminalis et grauis preiudicij, et dicte Alaysia et Sarina sint mulieres, nō potuerunt nec possunt in testes in eadem produci. c. mulierem. xxxiij. questione. v. et. c. forus. ad finem. et quod ibi glossa et doctores. de verborum significationibus. Cui non obstat quod habetur. xv. questione. iij. §. ex eo. Quoniam respondeo quod licet secundum. ll. mulier produci possit in causa criminali. dicto. §. ex eo. aliud tamen est secundum ca- 4 nones. † Et quia causa hec tractatur in foro ecclesiastico non seculari, in eo seruandi sunt canones non. ll. illis cōtrarie, per id quod 5 not. doctores in. l. priuilegia. C. de sacrosanctis ecclesijs. † Quod signanter videtur procedere in hoc casu in quo criminaliter inquiritur, non quidem contra laycum sed contra clericum, et sic contra eum qui per secularem potestatem puniri non potest de crimine etiam si sit coniugatus: quia cum vnica et virgine. c. j. de cleri. cōiuga. in. vj. Tum etiam nō probatur per easdem Alaysiam et Sarinam quod ipse dici audiuerint a dicta quondam Joanneta, ea de quibus deponunt: quia si attendatur ad earum depositionez, ille non sunt contestes. Alaysia enim deponit dici audiuisse a dicta Joanneta tunc iacente in combali vinearum inibi mentionatarum, prefata vero Sarina dicit hoc audiuisse ab eadem Joanneta tunc existente ante domum suijpsius Joannete, et prope domum eiusdez Sarine deponentes, non sunt ergo cōtestes quo ad 6 locum, et sic non probant. † Tum et quia si probarent hoc esse eisdem Alaysie et Sarine dictum per dictam Joannetaz, hoc tamē non faceret sufficiens indicium ad torturam: quia ad hoc vt dictū vnus testis indicium faciat sufficiens ad torturam requiritur qđ talis testis sit integer. vt not. Bartolus in. l. j. §. item cornelie. ff. de 7 questio. † Hinc videmus quod testis inimicus nō facit sufficiens indicium ad torturam, saltem quando inimicitia est magna. l. j. §. preterea. et quod ibi glossa et Bartolus. ff. de questioni. Barto. 8 in. l. maritus. eodem titulo. † Quo fit vt cum dicte Alaysia et Sarina non deponant nisi de nuda assertione dicte quondam Joannete dici non possit huiusmodi pretensum indicium esse sufficiēs ad torturam: quia etiam si cum iuramento dicta Joanna hoc dixisset non esset standum dicto eius cum sic se fecisset eidem Antonio capitalem inimicum et de propria suijpsius persona vt pretēderet offensa deposuisset, et sic esset repellenda, et a iudicando et a testificādo in tali causa. l. lex cornelia. in principio. et quod ibi Bartolus. ff. de iniu. l. j. cum ibi not. per Baldum. C. de raptoribus vir- 9 ginum. l. nullus. ff. de testibus. et. l. omnibus. C. eodem titulo. † et testi inimico seu odioso, non creditur etiam si sit in mortis articulo constitutus, vt not. Baldus de pa. constan. in verbo, vassalli. le j. quāto minus fidem vllā facere debet simplex assertio dicte quondam Joannete nullo eius interueniente iuramento. l. solam. et qđ ibi glo. et. l. iurisiurandi. C. de testi. Pro hoc bene facit. l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad silleya. vbi dicit text. nō esse credēdū domino vulnerato si moriēs dicit se a seruis suis fuisse vulneratū, 10 † Et vt dicit glos. in. l. mater. C. de calumnia. si que presumptio resultet ex dicta assertione morientis vulnerati, illa est vilis presumptio solum sufficiens ad excusandum a calumnia et temeritate heredis vulnerati qui propter talem assertionem motus est ad accusandum illum qui fuit diffamatus a vulnerato moriēte. Et illam glo. ibi sequunť cōiter docto. et precise dicit Ange. in. d. l. mater. in fi. q̄ illa assertio moriētis nō erat sufficiēs indicium ad torturam, quod etiam patet: quia si faciat vilem vel leuem presumptionem clarum est: quia leuis presumptio nō sufficit ad torturam. dicta. l. maritus. et dicta. l. j. §. idem cornelio. et quod ibi Bartolus de questio. et idē Bar. in. l. fi. col. vl. ff. de q̄stio. et alij docto. in. l. fi. C. eo. 11 titu. † Nō ergo pcedit dictū Ang. in. d. l. si qs in graui. §. si qs moriens. vbi visus est dicere talem assertionem sufficere ad torturaz: quia hoc dictum correxit idem Ange. in. d. l. mater. vbi melius et grauius loquutus est q̄ in. d. §. si quis moriēs. vbi etiam nihil allegauit. Adijcio qđ dictum dicte Joannete etiam iuratum, et vbi deposuisset non quidez de offensione sue persone, sed alterius, nō faceret indicium: quia vt dixi in foro ecclesiastico non admittitur

mulier in testem in causa criminali.

Etiam nec indicium faciunt depositiones seu dicta quorūdā Jasoni de la verace, Berardi giraudenti, Jacobi manuelis, Antonij acarie, et Jacobi alfantis, quatenus visi sunt ipsi aut eoꝝ aliqui deponere vel dicere quod die percussionis seu vulnerationis dicte quondam Joannete viderunt eandem Joannetam in loco seu locis per eos non expressis, et dictum magistrum Antonium in quadam vinea honorabilis viri Francisci farelli eius patris, non enim testificantur aut deponunt quod eundem magistrum Antonium viderint cum baculo aut lapidibus seu etiam verba habentem mala vel alia cum prefata Joanneta, nec etiam testificantur aut deponunt qđ ipse esset cum ea aut prope eam, nec quod tunc esset vulnerata. Non ergo faciunt dicta seu depositiones testiuꝫ sufficiens indiciū, quinimo nec indiciuꝫ. Potuit enim postea alius superuenire qui eam vulnerauerit, vel etiam alium tunc esse cum ea vel prope eam in vinea per quam incedebat qui hoc fecerit, q̄uis enim isti testes aut eorum aliqui dicāt se vidisse prefatos Farelli ⁊ Joannetam, non tamen deponunt qđ alij ibi tunc non existerent.

12 **† Etiā nec fuit vel est sufficiēs** indicium ad torturam id de quo deponere videntur Stephanus pataui, Petrus de anenes, ⁊ Saucherius de veterib⁹, quatenus loquuntur de quibusdam pretensis comminationibus factis vt asseritur per dictū Farelli. Tū quia ille comminationes seu mine si et quatenus de illis appareat, et quod ille facte fuerint non contra animalia bruta, sed contra homines, non fuerunt speciales cōtra videlicet dictam quondam Joannetam aut aliquem specialē seu singularem hominem, sed fuerunt generales nec fuerunt pure sed conditionales, scilicet si ipsos reperiret in vineis suis, qđ non apparet esse facta de prefata Joāneta, nec eam fuisse percussam in vineis dicti Farelli. Tum et quia non est probatum qđ dictus Farelli consueuerit eius pretensas minas demandare exequutioni, quod tamen videtur fuisse necessarium, 13 † quia lubricuꝫ lingue non est de facili trahendum ad penam. l. famosi. ff. ad legem iuliā maie. Item vulgaris fertur versus.

☞ Sepe minus faciunt homines qui magna minantur.

14 † Et q̄uis Cy. per Bald. relatus in. l. fina. ff. de heredi institu. dixerit quod contra eum qui minas intulit presumi debeat si erat male fame, istud dictum Cy. non procedit indistincte, sed solum eo casu quo erat male fame in eodeꝫ genere delicti, quod non reperio hic probatum contra dictum Farelli. Et sic dictum Cyni sibi non obstat.

Preterea nec etiam obstat depositio seu dictum cuiusdam Petri grossetti, quatenus videtur deponere quod die vulnerationis dicte quondam Joannete viderit dictum Farelli exeuntem ciuitatem, circa vnam horam noctis totum perterritum seu alteratum et scopomatū id est ore coopertum. Tum quia idem Grossetti non reperitur hoc dixisse coram ecclesiastico nec per eum vel per alium ab eo deputatum fuisse examinatus, sed hoc deposuit coram iudice layco, ⁊ sic coram incompetenti, et propterea dicto Farelli non nocet. 15 † Tum et quia ideꝫ Grossetti videtur deponere de eo quod cognoscere non potuit. Si eniꝫ idem Farelli incedebat scopomatus hoc est facie coopertus quomodo per ipsum Grossetti cognosci potuit qđ esset perterrit⁹ aut totus alteratus, cuꝫ hec cognoscātur ex inspectione faciei seu vultus qui inspici non potuit si coopertus erat, ⁊ signanter de nocte, ⁊ per horam post factum tractum cāpane pro salutatione angelica. Tum et quia vt audio eo tempore notorie vigebat pestis in ciuitate Uapinci. Propter quam homines presertim qui propter eam aufugiunt, solēt per loca pestifera incedere scopomati. Tum ⁊ quia istud non videtur esse indicium faciens ad materiā. Et si quod esset, illud esset multū remotum ⁊ non probatum: quia 16 de eo soluꝫ deponit dictus Grossetti, † et tamen certum est quodlibet indicium probari oportere, saltem per duos testes, vt voluit glo. reputata singularis in. l. si. et quod ibi Bartol. et alij. C. famil. ercíscun. not. Inno. in. c. sicut. de symo. Ange. in. l. si. in principio. ff. quod met. cau. et in aut. de testa. imperfec. in pricipio. colla. viij. Bald. in. l. cum citra. C. de iu. do. ⁊ in. l. ij. in principio. ff. de excusa. 17 tuto. † Non ergo probatur dictum pretensum indiciuꝫ, nec debet aut de iure potest coniungi cum alio pretenso indicio ad integrandum aliquam pretensam probationem, per id quod ponit Bald. in. l. si quis ex argentarijs. post principium. ff. de edē. vbi voluit qđ nunq̄ iunguntur plures species probationum adinuicem nisi q̄n vnaqueq̄ species per se est in suo esse perfecta. quod est etiam voluit Alexan. de imol. consilio. xj. exordiente, Sentio in dubium reuocari. col. ij. et consilio. xix. exordiente, In his que in themate ⁊c. col. viij. in quarto volumi. et do. Jas. may. in repeti. l. admonēdi. charta. xxxv. colum. iij. ff. de iureiur. Et eodem modo impugnantur depositiones Joannis artaudi alias grandet, ⁊ magistri Cherubini laudrieu, vt videlicet non probent illa pretensa indicia de quibus deponere nituntur: quia illi et eorum quilibet sunt singulares, ⁊ sic nihil probant nec debent ad probationem integrādam 18 eorum pretense depositiones cum alijs coniungi vt predixi. † Nō enim hoc casu habet locum quod dicitur, que singula non iuuant multa prosunt. c. cum causam. cum concordātijs allegatis in glo. ff. de proba. ⁊ quod not. in. l. ij. in principio. ff. de excusa. tuto. Sed solum procedit quando vnumquodq̄ indicium est per se sufficiēter probatum iuxta doctrinam Bald. in dicta. l. si quis ex argentarijs. in principio. quam sequuntur doc. Non est igitur dictus magister Farelli condēnandus aut torquendus. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consiliū. CXXXVIII.

☞ De penitentia que ante traditionem vel stipulationem cadit in contractu innominato.

Summarium.

1 ☞ Contractus diuisionis est contractus innominatus ex quo sine traditione vel stipulatione non oritur actio. nu. 3.

2 Contrahens a contractu innominato recedere quando possit.

4 Penitere licitum est parti ⁊ rem non accipere obligatione interuētu rei perficienda.

Licet puidi viri Bertrandus Joannis patruus, ac Claudius ⁊ Joannes ioānis eius nepotes ex Dionysio ⁊ Ysnardo, Joannis fratrib⁹ predefunctis decreuerint ⁊ statuerit diuidere ⁊ partiri eorum res ⁊ bona, ⁊ q̄uis etiam res et bona huiusmodi diuiserint, ⁊ in diuidēdo seu partiendo dixerint qđ bona existentia in loco ⁊ territorio Montisbruni perueniant et peruenire debeāt ad prefatos Claudium et Joannem, et quod bona existentia in loco ⁊ territorio de Aurelo perueniant ⁊ peruenire debeāt ad partem dicti Bertrādi, si tū nō est vlterius processum, hoc est si nō est facta inter eos traditio bonorum diuisorum vel si non interuenit hincinde stipulatio de obseruabda diuisione huiusmodi, idem Bertrandus potuit et potest penitere et dicere se nolle stare diui1 sioni huiusmodi, ⁊ sic illi contrauenire: † q: contractus diuisionis est cōtractus innoiatus, ⁊ ideo ex solo pacto diuisionis nō oritur actio, sed opus est quod interueneritt traditio facta per illum qui agere vult, vel stipulatio. l. diuisionis placitum. et quod ibi Bartolus, Angelus, et doctores. ff. de pac. quod etiam voluit Specu. titu. de iudi. §. sequitur. versi. porro, ibi, ego titius confiteor in partem tantum. P. ⁊c. et Bald. C. de re. permuta. super rubrica. Nisi igitur prefati Claudius et Joānes expediuerint ⁊ tradiderint dicto Bertrando, et ipse Bertrandus iam ab eis habuerit et receperit eam partem quam habebant idem Claudius et Joānes in bonis existentibus in loco et territorio de Aurelo, vel nisi idem Bertrandus conuenerit et promiserit ipsis Claudio ⁊ Joāni presentibus ⁊ stipulātib⁹ expedire ⁊ tradere eam partem quam habebat ⁊ habet in bonis ⁊ rebus existētibus in loco ⁊ territorio Mōtisbruni, nō possunt ipsi agere nec petere quod illa pars eis expediatur. dicta. l. diuisionis placitum. ⁊ quod ibi not. doct. ⁊ Specula. in loco superius allegato. Nec cogendus est idem Bertrandus adim2 plere pactum diuisionis postq̄ eum penitet, † quia in contractu innominato potest contrahens venire cōtra ante illius perfectionem, hoc est anteq̄ aduersari⁹ adimpleuerit, nisi vt predixi inter3 uenerit stipulatio. † Pro premissis facit quia contractus innominati, cuiusmodi est diuisio vt pdixi, pficiunt rei interuētu. l. ex placi4 to. ⁊ qđ ibi glo. et doc. C. de re. permuta. † et q̄n obligatio dꝫ perfici rei interuentu, licitū est parti penitere, ⁊ rē si velit meā accipere. l. qui pecuniā. ff. si cer. peta. ⁊ l. penultima. ff. que res pigno. obliga. pos. Esto igitur qđ dicti Claudius et Joānes pacti essent tradere et expedire dictam eorum partem quam habent in bonis ⁊ rebus

existentibus

existentibus in loco et territorio de Aurelo nō teneretur idē Bertrandus illas recipere nec perficere contractum diuisionis postq̄ eum penituit et penitet. Et ita mihi videtur &c.

Cōsilium. CXXXIX.

De prescriptione longissimi tēporis in qua nō succurrit per remedium restitutionis in integrum ex capite ignorantie.

Summarium.

1 Ignorans an differat in prescriptionibus a sciente vt aduersus prescriptionem succurri possit per remedium restitutionis in integrum ex capite ignorantie.
2 Restitutio in integrum aduersus quam prescriptionez detur. nu. sequen. et. 5.
3 Securitas plenissima in prescriptionibus que sit.
4 Molestia infertur illi qui iudicialiter conuenitur aut vexatur.
6 Ignorantia an cadat aduersus detentorem instrumētorum quorum notitiaz habere presumitur si maior vigintiquinq̄ annis sit. nume. sequen.
7 Maior. xxv. annis discretionis perfecte presumitur.

Cum supponatur i facto q̄ nec hoīes loci de Lazaro soluerunt taychiam que nunc ab aliquibus petitur parte reuerendi in xp̄o patris et do. domi. Vapincēsis episcopi, nec bone memorie reuerendi domini epi eius predecessores qui fuerūt pro tempore taychiā hmōi petierunt a predictis hominib⁹. Existimo quod dicto do. epo seu eius procuratori nunc agenti cōtra probū virū Claudiū hugonis dicti loci de Lazaro et certā taychiam in libello parte ipsius oblato latius mentionatam petēti refragetur et obstet prescriptionis exceptio per ea que habētur in. l. sicut. et. l. oēs. C. de prescrip. xxx. vel. xl. anno. c. de quarta. et. c. vigilāti. de prescrip. 1 † Et supposito citra preiudicium veritatis qd aduersus prescriptionē succurri posset per remediū restitutionis in integrū ex capite ignorātie ex illa clausula, si aliqua alia iusta mihi causa esse videbitur. posita in. l. j. §. fi. ff. ex qui. cau. maio. Cuius contrariuz voluit Bal. in. l. j. i. xxiiij. oppo. C. q admitti ad bono. posses. pos. per. l. j. ad fi. C. de prescrip. lōgi tēpo. vbi nō differt ignorās a sciente. Pet. de ancha. consi. clxix. exordiēte, Principaliter cōtra istos legatarios. Rapha. in. l. cū filius. §. in hac. ff. de verbo. obli. et Angel. in. l. si infanti. C. de iu. delibe. saltem videtur q̄ restitutio huiusmodi dari nō deberet in prescriptionez lōgissimi tēporis, et qd in hoc casu procedere deberet opinio Bald. et sequaciū, per id qd 2 voluit glo. in. c. auditis. de restitu. in integ. † Vbi cōcludit q̄ cōtra prescriptionē. xxx. annorū nō datur restitutio, ne alias lex videat esse imposita verbis et nō rebus cōtra id quod habetur in. l. ij. ad fi. C. cōmuni. de leg. et dictā glo. sequitur ibi Jo. and. et in cle. j. de restitu. in integ. in glo. ordina. Pro hoc videtur bene facere. d. l. sicut. ibi, viuendi vlterius nō habeant facultatē. Et per hāc. l. et multas subtiles rationes hoc voluit Pet. de ancha. in dicto cōsi. clxix. idē etiā voluit Alexā. de imol. cōsi. clij. exordiēte, Viso themate infra scripto &c. et cōsi. clxiij. exordiente, Viso pcessu cause. col. iij. in secūdo volu. Pro quo allegat dictā. l. sicut. q̄uis vt puto allegare voluerit dictā. l. oēs. ad fi. vbi dicitur, sit liber, et ex presentis saluberri3 me legis plenissima munitione securus. † Si ergo prescriptio longissimi tpis prebeat plenissimā securitatē, et plenissima securitas dicatur esse qn̄ nō potest peti restitutio in integrū, vt not. glos. in l. ait pretor. §. permittitur. in verbo, imputandum. Palā infertur qd aduersus prescriptionē lōgissimi tēporis peti non potest restitui in integrū. Et idē probari videt in. l. fi. versi. nullā molestiā vel inquietudinē. C. de fun. patri. lib. xj. vbi habet q̄ post possessionē xl. annor, tenēda nō est molestia aut queuis inquietudo formidāda. Nō poterit ergo ille qui prescripsit post annos. xl. iudicialiter 4 cōueniri, † quia molestia dicit inferri etiā qn̄ quis iudicialiter conuenitur aut vexatur. auf. de fideiusso. in princ. in verbo, molestus. colla. j. et in. l. j. cū ibi not. per Bald. C. de nundi. si ergo post prescriptionē quadraginta annor posset iudicialiter cōueniri, ipse molestaretur, qd tamen. d. l. fi. de fun. patrimo. et. l. oēs. de prescrip. xxx. aut. xl. annorum fieri vetuit. ad quod facit dicta. l. sicut. ibi, viuendi vlterius nō habeāt facultatē. Hāc opinionē etiā videt tenuisse 5 Alex. de imol. in. l. possideri. §. labeo. ad fi. ff. de acqui. posses. † Et quod aduersus talē prescriptionē non detur restitutio in integrū tenuit Ang. in. d. l. sicut. ad fi. vt reperitur in quibusdam lecturis.

Pro hac parte faciunt multe et subtiles rationes inducte per Franciscum de are. consil. ciiij. exordiente, Breuitas in consulendo bene necessaria est &c. et q̄uis dicat ibi se non recedere ab opinione Bart. in. l. j. §. si quis autez. ff. de itine. actuq; priua. que vt dicit videtur esse communis in prescriptione decem, viginti, aut triginta annorum: tamen in prescriptione quadraginta annorum nō loquitur Bar. et vt subiungit posset probabiliter dici per dictam. l. omnes. quod aduersus prescriptionem quadraginta annorum non detur restitutio ignoranti, q̄uis daret aduersus prescriptionem decem. xx. vel. xxx. annor, et sic secundum eum possent concordari opiniones. Fateor tamē quod ipse hoc plene non firmat. Si tamen hec procedāt in prescriptione. xl. annorum, multo fortius procedere deberent in prescri6 ptione centum annorum vt est in casu. † Et saltem pro eo quia vt audio instrumentum illius pretense transactionis in vim cuius agere nititur idem reuerendus dominus episcopus fuit continue penes eum et predecessores suos hoc est in archiuis publicis ecclesie Vapincensis. Propter quod non est verisimile eosdem do. episcopos ignorasse hanc pretensam transactionem, quinimo insurgit fortis presumptio q̄ illius notitiam habuerint, per id qd habetur in auf. atqui semel, et in corpore vnde sumitur. C. de pba. vbi probatur qd ille qui furatur dicta testium nō publicata, et illa habet penes se, ex hoc solo presumit ea didicisse et legisse: q2 nō subest alia causa verisimilis cur ea subtraxerit. Idem ergo si appareat instrumentum dicte pretense transactionis fuisse degrossatum ad instātiam dictorum dominorum episcoporum aut alicuius eorūdem, et nunc repertum est in dictis archiuis, et penes dictum reuerendum do. modernum episcopum. Voluit etiam Bald. in dicta auf. at qui. qd hoc ipo quod scriptura reperitur penes aliquē, presumatur cognita et lecta per euz. allegat. l. nō est ferēdus. ff. de trāsac. Et q̄uis Fran. de are. in. l. qui rome. §. duo fratres. col. ix. dicat dictā. l. non est ferendus, non probare dictum Bald. Ipse tamen 7 sequitur dictum huiusmodi in eo qui esset maior. xxv. annis, † qui presumitur esse discretionis perfecte, dummodo scriptura fuisset apud eum tempore competēti, quod vt dicit determinaret ad arbitriū iudicis inspecto preiudicio cause, qualitate persone, et aliis coniecturis. Pro premissis etiam facit quod dicit Petrus de ancha. in dicto consilio. clxix. vbi voluit quod ille penes quem reponitur instrumentum presumitur habere notitiam omniū contentorum in eo. arg. c. constitutus. de testi. Et hec videntur multum facere pro intentione predictorum hominum, et contra dictū do. episcopum, verum quia in ista materia reperio aliquos, et quidez magnos viros aliter sensisse, ego pro nunc plene non firmo donec plenius materiam reuoluerim, ac etiam viderim instrumentū seu copiam dicte pretense transactionis, et plenius intellexerim facti veritatē. Premissa autem dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium. CXL.

De locatione beneficiorum facta in ecclesie preiudiciuz, vbi de religione Hierosolymitanorum militum apud Rhodum.

Summarium.

1 Scriptura priuata an faciat fidem et cōtra quem probet, et testibus super ea deponentibus quatenus credatur.
2 Testes de facili propter literarum similitudinem decipi possunt.
3 Literarum effigiatio faciliter a vafro imitari potest.
4 Hierosolymitani preceptores quibus comparentur, et quod officium sit. nu. 8. 16. et. 20.
5 Institores qui dominicis negotiis preponunt, an possint obligare dominos.
6 Limites concesse licentie non pretergrediendi.
7 Argumentum a contrario sensu in quibus habeat verū et pcedat.
9 Canonicus vel administrationē habens an possint successori preiudicare in locando, et quando. nu. seq.
10 Canonicus cui comparetur.
11 Obligatio personalis in locatione beneficij quos obliget. et numero sequen.
12 Personalis obligatio morte terminatur.
13 Successor vt teneatur ad predecessoris locationem in beneficio factam que prius debeant interuenire.
14 Contractus arrēdamenti beneficialis anteq̄ dicatur realis, quid requiratur.
15 Obligatione principali sublata tollitur hypothecaria.

16 Ecclesie rectores seu administratores comparantur procuratoribus tutoribus & vsufructuarijs.
17 In prelatis ecclesiarũ an idem sit quod in alijs legitimis administratoribus.
Ecclesia minori equiparatur.
18 Cõfessio legitimi administratoris que emanauit per modum cõtentiose iurisditionis, cur potius preiudicet q̃ que per modũ voluntarie.nume.seq.
Administrator donare non potest.
19 Confessio per modũ cõtẽtiose iurisditionis reddit̃ in inuitum.
Donare an videat̃ qui bonam fidem agnoscere non prohibetur.
20 Mutuum factum per prelatum prins q̃ ecclesie vel successori preiudicet quid probasse sufficiat.
21 Cõtractus p prelatũ cruce signatũ fact⁹ super locatione fructuũ ecclesie per certũ tẽpus, lz post obligationem moriat̃ nec pecunia inueniatur, an quando & cur ratus sit & ecclesie preiudicet.
22 Necessitas est exlex.

Locatio seu arrendamentũ qđ fecisse pretẽditur nobilis & religiosus vir dñs Jacobus de pinhano miles sancti Joãnis Hierosolymitani quõdam nobili Antonio de pinhano eius nepoti, de quibusdã preceptorijs quas pro tpe obtinebat, nõ probat̃ nec posse pbari videtur per quasdã pretẽsas literas subscriptas vt
1 pretẽdit̃ per ipsos dñm Jacobũ & nobilẽm Antoniũ, † qr ille fuerunt & sunt litere priuate que lz probent cõtra scribentẽ seu subscribentẽ & illas se scripsisse aut subscripsisse cõfitentẽ.l.publia meuia.§.fi.ff.de po.nõ tñ probãt cõtra aliũ, etiã si pretenderetur illas scripsisse aut subscripsisse nisi coadiuuẽtur testibus deponẽtib⁹, vcz & dicentibus se vidisse illas scribi aut subscribi per eum qui eas scripsisse aut subscripsisse ptẽdit̃.auf.de istru.caute.& fi.§.fi qs igit̃.qđ etiã voluit Jaco butri.auf.& si cõtract⁹.col.fi.C.de fi.instru.Bart. in.l.scripturas.C.qui potio.in pigno.habe.& in.l.nuda.colũ.ij.ff. de dona.Bal.in auf.sed nouo iure.col.j.vel.ij.C.si cer.pet.Anto. de butri.in.c.ij.col.ij.vel.iij.& ibi Panor.col.ij.de fide instru.& docto.maxime moder.in.l.ex hac scriptura.ff.de dona.in.l.admonẽdi.ff.de iureiur.Alexã.de imol.cõsil.lxxx.exordiẽte, Viso processu cause vertẽtis &c.in quarto volu.Et nimirũ si talibus testibus nõ credat̃ etiã si dicant se habere notã scripturã illius qui literas scri-
2 psisse aut subscripsisse ptẽdit̃.† Quia vt dicit Bar.in dicta auf.et si cõtractus.col.ij.ver.opponi.dicitur hic q̃ cum fiunt &c.et doct. in.d.ij.de fi.instru.testes possent de facili decipi pter similitudi-
3 nem literaꝝ.† Et qr etiã põt quis literas alicuius de facili cõtrafacere.Dicte igit̃ pretẽse litere nõ pbãt nec pbare possunt dictũ pretẽsum arrẽdamentũ, nisi supersint testes quivt predixi dicãt & deponãt se fuisse presentes, qñ ille fuerũt scripte vel subscripte p dictũ quodã do.Jacobũ, & se vidisse illas per eũ scribi aut subscribi.

Preterea supposito citra preiudiciũ veritatis q̃ dictũ pretẽsum arrẽdamẽtũ per literas predictas, & testes deponẽtes vt predixi sufficiẽter pbaret̃, illud tñ non videret̃ obesse reuerẽdissimo dño Cardinali, magno Rhodi magistro, & venerabili cõuentui sancti Joãnis Hierosolymitani seu cõmuni thesauro religionis, vel etiã successori in dictis pretensis
4 preceptorijs ne tenerent̃ isti stare dicte pretẽse locationi.† Et hoc siue cõparemus dños preceptores religionis sancti Joãnis Hierosolymitani institoribus qui negocijs dñicis preponũtur, quod posse fieri not.Inno.Hosti.& Jo.an.in nouel.in.c.cũ deputati.de iudi.eo casu quo domus que habet superiorẽ preceptorez est dña, nõ tantũ domus inferioris in qua preceptor superioris pceptorez instituit, sed etiã est dña domus inferioris, siue eos cõparemus custodibus vel cõmendatarijs, vel visitatoribus aut vicarijs, quod etiã videt̃ fieri posse per ea q̃ not.Inno.Host.& Jo.an.in.c.cũ deputati.Siue qđ forte pcedit, siue qđ forte veri⁹ est eosdẽ cõparem⁹ prioribus manualibus deputatis per superiorẽ vel alijs habẽtib⁹ dignitatẽ perpetuã/ cũ iura suaꝝ pceptoriaꝝ separata existãt a domo superiori, & vt existimo tñ eidẽ rñdeant de certa annua pẽsione, p id qđ ponit do.And.barba.loquẽs tñ de pceptorib⁹ sctĩ Antonij in.d.c.cũ deputati.col.vj.Et primo quidẽ nõ noceret predictis dictũ pretẽsum arrẽdamẽtũ, nec ipsi tenerent illi stare si psup-
5 ponam⁹ dictos dños preceptores cõparari institorib⁹, † qui dñicis negocijs pponunt̃: qr lz institores videant̃ alias posse obligare dños qui illos eoꝝ negotijs preposuerũt, hoc tñ nõ videt̃ potuisse facere dictus quodã do.Jacob⁹ arrendãdo dictas ei⁹ preceptorias.Et hoc pro eo qr solũ, & dũtaxat sibi concessa fuerat licẽtia illas arrẽdãdi ad trienniũ & pecuniã recipiẽdi pro subsidio mandati ac necessitate & vtilitate dicte religionis, qđ fecisse non videt̃ dictus quondaz do.Jacobus, quinimo potius vt donare posset illi nobili Antonio de pinhano & alijs suis nepotib⁹ q̃titates, & sum-
6 mas de quibus in literis dicti pretẽsi arrẽdamẽti.† Et ita nõ sunt seruati limites mãdati seu cõcesse licẽtie qui tñ seruari debuerunt. l.diligẽter.ff.mãda.& c.cũ dilecta.de rescrip.Pro quo facit qr si et data est, & dari solũ & dũtaxat cõsueuerit licẽtia hmõi pro subsidio ac necessitate & vtilitate dicte religionis, illa intelligat̃ et intelligi
7 debeat al's phibita.† Arguẽdo a cõtrario sensu qđ pcediti rescriptis.vt not.glo.in.l.si pcuratorẽ.§.si ignorãtes.ff.mãda.Roma. in.l.si cũ dotẽ.circa fi.principij.ff.solu.matri.& do.And.barba.i repeti.rubrice.de rescrip.in cle.pcedit etiã & est validũ in pactis & stipulationibus.l.inter socerũ.§.cum inter.ff.de pac.dota.qđ etiam voluit Bal.in.l.cõuenticulã.C.de episco.& cle.Procedit etiam in singulis.l.põponius.§.sed si is qui.ff.de pcura.Insuper etiã et in testamẽtis & statutis.l.lucius.la.ij.ff.de heredi.institu.& qđ voluit in.l.nõ impossibile.ff.de pac.& in.l.oẽs populi.ff.de iusti.& iu.

8 † Dico insuper qđ si dicti do. preceptores cõparẽtur custodib⁹, cõmẽdatarijs, visitatorib⁹, vel etiã vicarijs adhuc nõ deberet dictũ pretẽsum arrẽdamẽtũ, etiã si sufficiẽter pbaret̃ officere vel nocere prefatis reuerendissimo dño magno magistro cõuẽtui aut cõi thesauro seu etiã successori in di-
9 ctis preceptorijs.† Cuius dicti illã assigno rõnem: qr nõ plus potuisset ipse quõdã do.Jacobus in piudiciũ pdictoꝝ q̃ possit canonicus in preiudiciũ successoris in prebẽda, vel saltẽ plus q̃ possit habẽs administrationẽ qui in locãdo nõ preiudicant successori, et
10 quidẽ nõ canonicus, † qr cũ ipse cõparetur vel vsuario vel vsufructuario, ipse nõ põt locare vel arrẽdare prebẽdã seu bona prebẽde vltra tps eius vite, per id qđ habet̃ in.l.si quis domũ.§.j.ff.loca.et qđ not.Inno.& doc.cõiter in.c.fi.ne prela.vi.su.Nisi forte arrendamentũ hmõi fieret de licẽtia epi vel alterius superioris, qđ tñ in casu de quo querit̃ nõ noceret, cũ nõ fuerint seruati limites mãdati seu cõcesse licentie vt predixi.Nõ etiam preiudicauit idem quondam do.Jacobus prefatis do.magno magistro cõuẽtui cõmuni thesauro vel successori, etiã si presupponerem⁹ eũ habuisse administrationẽ vel debuisse censeri tanq̃ prelatũ dictaꝝ preceptoria-
11 rum, † pro eo qr si attẽdat̃ ad formã & tenorẽ dicti pretẽsi arrendamenti seu locationis, illa non fuit realis sed personalis q̃ ppterea dictos do.magnũ magistrũ & alios nõ obligauit, sed dũtaxat ipm do.preceptorẽ cõtrahentẽ, per id quod plene ponit do.Rote decisione.ccxxxij.exordiente, Si prelatus locat ad certum & modicũ
12 tempus &c.† Personalis enim obligatio finitur morte.c.ij.de preca.c.nuper.de dona.inter vi.& vxo.& qđ eo casu arrendamentũ seu locatio non obliget successorem videntur tenere doct.magis cõiter.in.d.c.fi.ne prela.vi.su.vbi Host.Joã.an.in nouel.Panormi.
13 et Joan.de ana.vbi etiam.colum.iij.dicit idem de Ana.† q̃ ad hoc vt successor teneatur stare cõtractui, plura debẽt interuenire. Primo q̃ cõtractus sit celebratus nomine ecclesie.Secũdo q̃ pro
14 vtilitate ecclesie.Tertio q̃ interueniat autoritas superioris, † qr alias nõ dicit̃ cõtractus realis, vt etiam voluit ibi Anto.de butri. per id quod habetur in.c.de cetero.& in.c.veniens.de transac.Putat etiam Anto de butri.in dicto.c.fi.quod ad inducendam realitatem contractus requiritur etiam cõtractus capituli, al's posset reuocari.Pro quo facit quod habetur i.c.clericos.de offi.vicarij. Predicta vero omnia vel quasi omnia defuerunt in dicto pretenso arrendamento.Et ita nõ fuit reale: quod si ita est, ergo nõ obligat &c.per predicta.Nõ obstat q̃ pro obseruatione huiuscemodi asserti arrendamenti pretendatur ipse do.Jacobus hypothecas-
15 se & obligasse bona dictarũ preceptoriarum, † qr respondeo q̃ sublata principali obligatione tollitur hypothecaria, vt not.in.l.si tibi.§.de pignore.ff.de pac.

Preterea esto quod dictum ptẽsum arrẽdamẽtũ dici posset reale & valere in piudiciũ pdictorũ do.magni magistri & alioꝝ quo ad hoc vt teneant̃ illud obseruare, nõ tñ eis nocerẽt ille pretẽse assignationes seu solutiones quas in diminutionẽ sũme & ptij cõnẽti fieri voluit fratri Andree de pinhano nobilib⁹ Petro & Alysie de pinhano ei⁹ nepotib⁹, & Girardo vitalis mercatori.Tũ qr nõ apparet de illis ptẽsis mutuis.pro quoꝝ restõne fecit idẽ do.Jacob⁹ dictas assignationes.Nõ em̃ in preiudiciũ pdictorũ do.magni magistri, & aliorũ credẽdũ est asser-
16 tioni eiusdez do.Jacobi.† Et hoc siue parificem⁹ eũ pcuratori.c. fi.xij.qõ.j.& c.fraternitati.de do.siue tutori.et auf.de ecclesiasti.titu.§.fi.collatione.ix.siue vsuario vel vsufructuario.iuxta not.i.c. presenti.de offi.ordi.in.vj.qr dicta pretensa assertio seu cõfessio nõ emanauit per modũ ꝯtẽtiose iurisditionis, sed volũtarie facta est
17 ergo nõ nocet.l.certũ.§.sed an ipsos.& qđ ibi glo.ff.de cõfes.† Ubi

dicit glo. idē esse in prelatis ecclesiarum qđ est in alijs legitimis administratoribus, cū ecclesia equipareтur minori. c. j. de in integ. restitu. † Quare autē potius preiudicet cōfessio legitimi administratoris que emanauit per modū cōtētiose iurisditiōis. l. iiij. §. tutor. ff. de re iudi. c. j. vt lit. non contest. c. suborta. de re iudi. et quod voluit Cy. in. l. j. C. de cōfes. q̄ illa que volūtarie emanauit. Dicūt docto. qđ hoc ideo est: q2 administrator donare nō potest. l. cōtra iuris ciuilis regulas. §. si filius. ff. de pac. sed cōfitendo per modū volūtarie iurisditionis videtur donare. l. donari. ff. de dona. † sed quī cōfitetur per modū cōtentiose iurisditionis que redditur in inuitum. l. inter stipulātē. §. sticbum. ff. de verbo. obli. nō videtur donare: q2 non prohibetur agnoscere bonā fidem. l. quotiens. §. sicut. ff. de administra. tuto. Tum et quia si appareret de dictis pretensis mutuis, non tamen apparet q̄ illa fuerint conuersa in vtilitatem dictarū preceptoriarum vel religionis seu etiā in illas pretensas causas quas ibi asseruit idē do. Jacobus, ergo nō nocent, † quia ad hoc vt mutuū factū a prelato preiudicet ecclesie vel successori opus est q̄ illud probetur fuisse cōuersum in vtilitatem ecclesie. Pro quo allegasse sufficiat no. per scribentes in. c. qđ quibusdā. de fideiusso. que omnia predicta si procedant in vero prelato ecclesie, multo fortius aut saltem nō minus procedere debēt in dñis preceptoribus qui videntur habere minorem facultatem vel saltem non habere maiorem in suis preceptorijs et bonis illarū q̄ habeant veri prelati in suis ecclesijs, per id quod voluit Inno. in dicto. c. cū deputati. versi. plus placet quod not. et c. et qđ ibi Hostiē. et Jo. and. in nouel. iunctis his que not. Inno. in. c. cum venerabilis. super verbo, adiudicauimus. et quod ibi Inno. et Jo. and. de religio. domi. Ex quibus colligitur eos sensisse in simili, hoc est in preceptoribus templi et alijs de quibus ibi: qđ superiores magis dicuntur prelati harum preceptoriarum vel aliarū ecclesiarū, de quibus ibi q̄ ille preceptor, prelatus, custos aut vicarius, qui ibi moratur.

† Et per predicta patet q̄ intētioni dictorū do. magni magistri, et aliorū nō obstat qđ habetur in. c. ad liberandam in parte decisa. et quod ibi Hostien. Joā. and. et alij de iude. Hosti. Jo. and. et alij in. d. c. si. ne prela. vi. su. qui loquētes de prelato cruce signato, locante seu arrendante vel obligāte fructus ecclesie ad quinquennium vel triennium, prout cōtinetur in priuilegio cruce signatis concesso, dicunt qđ si ille forte post mensem moriatur in itinere nec pecunia inueniatur, manet nihilominus ratus contractus per eum celebratus, si hoc expresse in priuilegio contineatur. arg. c. fina. de vo. et hoc ne is qui contraxit decipiatur ex rescripto principis. l. j. C. de his qui veni. eta. impetra. et ne suis contractibus ecclesia fraudem adhibeat. c. per tuas. in fi. de dona. Quoniam vt apparet ex tenore illius partis decise, et ex eo quod ibi not. Hostien. et Jo. and. super verbo, et si necesse. illa loquitur de illo cruce signato, cui necesse est hoc facere. et exēplificāt Host. et Jo. and. in eo qui aliter se parare non potest. Intēdit enim princeps prouidere non vtilitati (semper enim esset prelato vtile, q̄ hoc facere posset) sed necessitati, † que legem non habet. c. consilium. ante fi. de obserua. ieiunio et presupponunt doct. prefati pecuniā fuisse cruce signato expeditam et solutam: quod vt predixi hic non apparet fuisse factum, sed potius de contrario propter illas pretensas assignationes quas fecisse pretenditur idē do. Jacobus pro faciendis solutionibus illis suis nepotibus et nepti, et cuidam alteri, quibus se teneri asserebat ex mutuis, de quibus tamē non apparet. Et sic consequenter nec apparet qđ illa conuersa extiterint in vtilitatē religionis, aut q̄ soluta fuerint reuerēdissimo dño et c. quinimo nec apparet de predictis assignationibus: quia vt predixi ille litere nullam fidem faciunt. Et ita videtur dictū pretēsum arrēdamentum fuisse sufficiēter impugnatū. Cui etiā obstat quoddā aliud pretēsum arrēdamētū factū per eūdē domi. Jaco. Anno domini. M. cccc xc vij. et die penultima mensis Martij. Et sic per quindecim dies post dictū assertū arrēdamētū de quo in dictis assertis literis, qđ in eis factū asseritur Anno incarnationis dñice. M. cccc xc vj. et die. xiiij. mēsis Martij. Nō enim est verisimile stāte veritate primi arrēdamēti q̄ idē do. Jacobus miles et religiosus postea arrēdaret pceptoriā de q̄ in dicto scđo arrēdamēto.

Preterea nec dictū secūdum arrēdamētū preiudicat dictis do. magno magistro et alijs, saltem quatenus in eo legitur dictū do. Jacobū fuisse cōfessum se habuisse et recepisse summā de qua in eo: q2 nō est stādū assertioni eiusdem do. Jacobi in preiudiciū dictorum do. magni magistri et aliorum, et hoc cau sis et rōnibus superius allegatis quas nō repeto. Et q2 non apparet de numeratione, cōsequēter infertur nō apparere q̄ pecunia huiusmodi soluta extiterit pro viagio pro quo solo permittebatur fieri arrēdamētum: non ergo nocet. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium. CXLI.

De substitutione breuiloqua adiuncta compendiose que in vim fideicommissarie valet. Et de presentia in diuisione nō preiudicabili in casu donationis. Et de viduis relictis administratricibus in bonis defuncti. Et de iuramento minori ad restitutionē in integrum non nociuo.

Summarium.

1. Substitutio reciproca compendiose adiūcta facta per patrē filijs heredibus institutis, et adinuicē substitutis quorum vnus factus pubes post hereditatem aditam decessit: valet in vim fideicōmissarie substitutionis.
2. Grauamen conditionale an possit ambas quartas detrahere et filius grauatus de illis disponere.
3. Legitima triū liberorū in bonis patris quāta et qualiter deducenda.
4. Trebellianica que portio hereditatis sit.
5. Sciētia, presentia, et patiētia an preiudicet maxime mulieri vt cēseatur donasse partem suam in diuisione bonorum, et quando et in qua quantitate. nu. 8. et. 10.
6. Mulieres de nimia auaritia taxantur adeo vt habeatur pro miraculo, si quando mulier donet liberaliter.
7. Presumptio non fit pro muliere iuri suo renuntiante nisi per aliquam fraudem.
8. Perdit qui donat.
9. Consensus in ignorantem non cadit. Ignorans non donat.
10. Ignorantia iuris mulieri in euitando damno minime nocet.
11. Donationes inter viuos nō seruatis certis solēnitatibus sunt in Prouincia prohibite per statutum dominicale.
12. Vidue per testatorē relicte cōditionaliter administratrici omniū bonorū alimēta in domo cum preeminentia an cēseātur esse legata, et an illi aut eius heredi incumbat onus probandi illud.
13. Locutio pluralis vno numero contenta quando sit.
14. Indefinita equipollet vniuersali.
15. Legitima et trebellianica de quibus rebus debeantur.
16. Legitima post mortem testatoris an possit augi aut minui, et qđ tempus inspicitur in ea.
17. Juramentum quando nō noceat restitutioni in integrum postulate per minorem lesum.

Allegatio primi quesiti.

Christi nomine inuocato. Viso casu mihi exhibito parte nobilis et honorabilis viri Jacobi gasqui loci Manasce, et dubijs ex casu hmōi elicitis, dico et rñdeo ad dubia hmōi prout infra. Pro quorum faciliori declaratōe psupпono tenorē testamēti dudū cōditi p nobilē virum Bartholomeū gasq eiusdē nobilis Jacobi quōdā patrē. Et q̄ nobilis Dionysius gasqui dicti Jacobi frater ab humanis decesserit factus pubes sine liberis et itestatus, supstitibus dicto nobili Jacobo ac egregio viro dño Petro gasqui eius fratre. Insuper et nobilis Dalphina eorūdem do. Petri et Jacobi mře. † Ex quo sequitur q̄ substitutio reciproca cōpendiose adiuncta facta per dictū quōdā Bartholomeū patrē sibi locū vēdicauit in personā dictorum do. Petri et Jacobi, et valuit, nō quidem in vim vulgaris: q2 illa expirauit per immixtionē seu aditionē hereditatis factā p dictū Dionysiū. l. post aditā. C. de impu. et alijs substi. Nō etiā in vim pupillaris: q2 cū idem Dionysius ab humanis decesserit post pupillarē etatē illa expirauit. l. in pupillari. cū suis similī. ff. de vulg. et pupil. Valuit ergo i vim fideicōmissarie seu oblique substōnis prout habetur in. l. precibus. C. de impube. et alijs substitu. in. c. raynutius. et. c. raynaldus. de testa. † Et cū grauamē fuerit cōditionale potuit idē Dionysius detrahere duas quartas, scz legitimā et quartam trebellianicā. Et de illis disponere et testari, p id qđ voluit glo. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. glo. et Bar. in. l. q̄ q̄. C. ad leg. fal. Bal. in. l. filiū quē. C. fami. erciscū. multas remissiones ponit do. Jas. may. in aut. res q̄. C. cōi. de leg. pro quo dicto sunt boni text. in. c. raynutius. et. c. raynaldus. de testa. † Et cū dicto nobili Bartholomeo gasqui superfuerint tres liberi, horū oīm legitima fuit triēs, hoc est tertia pars bonorum eiusdem Bartholomei, deducto ere alieno et funeris impēsa. d. l. papinianus. §. qrta aūt. Qui triēs erāt equaliter iter eos diuidēdus. auт. de triē. et semis. §. j. colla. iij. et sic effectualiter legitima cuiuslibet ex dictis tribus filijs erat nona pars bonorum dicti Bartholomei, deducto ere alieno et funeris impensa. Quam nonam partem detrahere potuit idem Dionysius de illa tertia parte in qua fuit heres

4 institut⁹, †trebellianica vero est quarta pars residui, hoc est quarta pars illius quod remanebit, facta prius detractione predicte legitime iuxta practicam glos. in d.c. raynaldus. super verbo, licet totas. ⁊ Jo. de imol. in. l. coheredi. §. cū filie. ff. de vulga. et pupilla. Et in istis duabus quartis ⁊ aliis bonis eiusdē Dionysii aliunde acqsitis q̄ ex paterna successione, succedere debuerūt p̄fati Dalphina, do. Petrus et Jacobus, quilibet videlicet pro triēte. aut. de here. ab intestato. §. si vero cum ascēdētibus. colla. ix. ⁊ trāsumptiue in aut. defuncto. C. ad tertul.

Hanc autem partez pro et in qua succedere debuit dicta nobilis Dalphina habere debet dictus nobilis Jacobus vniuersalis heres eiusdez nobilis Dalphine. Cui non obstat id qd ex aduerso parte dicti do. Petri eius fratris opponitur in quadam eius schedula exordiente, Sibi preiu-
5 dicauit ac etiam Jacobo gasqui ⁊c. †Tum quia licet in schedula huiusmodi pretendatur eādem quondam nobilē Dalphinaz fuisse presentem in diuisione bonorum paternorum dudū facta per ⁊ inter dictos do. Petrū ⁊ Jacobū, et propterea cōsensisse diuisioni huiusmodi. l. si seruus. ff. de dona. inter virum ⁊ vxorem. de hoc tamen non apparet per instrumentum dicte diuisionis cuius copia est mihi exhibita. Et ita not. dicta. l. si seruus. Que etiam vt dixit And. Barba. cōsil. xxxvii. exordiente, Preclare scripsit psalmista. col. xiii. in secunda parte. debet intelligi circa modicum, nō in magna quantitate. Quod videtur maxime p̄cedere quo ad mu-
6 lieres, †quorū genus est auarissimū. l. sed si ego. in fi. ff. ad velleya. l. si stipulata. §. j. ff. de dona. inter virū ⁊ vxo. vt not. glo. in. l. si a spōso. C. de dona. ante nup. vbi etiā dicit Bal. esse quoddā miraculuz quando mulier donat. pro quo allegat not. in dicta. l. si stipulata.
7 †Nec vt dicit And. barba. cōsil. xvi. exordiente, Clemētissimi dei patris nostri ⁊c. circa consultationē p̄ntē ⁊c. col. fi. in prima parte. est presumptio qd mulier renuntiet iuri suo nisi p aliquaz fraudē. vbi subiūgit q licet presumatur donatio inter cōiunctos. dicta. l.
8 si seruus. tamē femina non presumitur liberalis, †quia donare est perdere. c. super hoc. de renuntia. l. cū de indebito. ff. de proba. Tū etiam non obstat quod opponitur ex aduerso, etiam si supponeremus dictam Dalphinam fuisse presentem. Quia nō apparet eā sciuisse se habere ius in bonis dicti quondā Dionysii. Esto enim qd tempore diuisionis eadē Dalphina sciuisset ipsuz Dionysiū antea ab humanis decessisse, ex hoc tamen nō infertur quod ipsa sciuerit se debere succedere cum dictis do. Petro et Jacobo in dictis duabus quartis. Et fortasse potuit credere aut estimare esse contrarium propter paternum testamentum. Nō ergo debuisset
9 presentia sibi nocere, †quia in ignorantem non cadit consensus. l. labeo. ff. de aqua pluuia. arcen. vt not. Bart. in. l. que dotis. col. penultima. versi. qro quid de presente sciēte ⁊ intelligēte. ff. solu. matri. Etiā ignorans nō donat. l. nec ignorās. C. de dona. not. Bart. in. l. aurelio. §. gayus. col. penult. ver. pro declaratiōe hui⁹ passus.
10 ff. de libera. lega. †Et hoc maxime debuit ⁊ debet p̄cedere in muliere, cui in dāno euitando non nocet iuris ignorantia. l. error. ad fi. ff. de iu. ⁊ facti ignorā. iūctis not. per glo. in. l. fi. C. eo. ti. Tū etiam
11 nō nocuit nec nocere potuit dicta presentia si de ea appareat, † qꝛ donatiōes inter viuos sunt prohibite per statutum dn̄icale in prouincia editū. Nisi in eis obseruetur solēnitas de qua in statuto huiusmodi. Quod si ita est, immo qꝛ ita est, palam est q presentia ex aduerso allegata eidem Dalphine nō nocuit: que etiam si dictis ei⁹ filiis expresse donare voluisset hoc facere nō potuisset: ⁊ si fecisset donatio fuisset nulla tanq̄ facta cōtra statutū annullans, et sic contra legem. l. non dubium. cum suis similibus. C. de legi. Et sibi cōtrauenire licuisset. l. quemadmodum. ⁊ quod ibi doc. C. de agricol. ⁊ censi. lib. xi. not. glo. ⁊ doc. in. l. post mortē. ff. de adop. Et per predicta apparet facilis respōsio ad allegata ex aduerso super isto articulo.

¶ Allegatio secundi quesiti.

Venio ad secundū dubiū in quo queritur de legatis dicte Dalphine relictis si cum dictis do. Petro ⁊ nobilibus Dionysio ⁊ Jacobo bene stare siue morari nō
12 posset. †Sup quo ⁊ p illi⁹ pleniori et faciliori declaratiōe p̄mitto q vt apparet ex testamento dicti nobilis Bartholomei, idē Bartholomeus voluit ⁊ ordinauit q dicta Dalphina esset et esse deberet, q̄diu honestatem vidualem seruaret seu q̄diu in viduitate permaneret, dn̄a, seignoressa, rectrix, gubernatrix et administratrix omnium ⁊ quorūcunq bonorum eiusdez Bartholomei, put tunc erat et alias, prout in testō. per que verba cēsetur idem testator dicte Dalphine reliquisse ⁊ legasse ad minus alimenta in domo cū p̄eminētia illa quaz habebat ⁊ habere cōsueuerat viuēte eodem testatore, ⁊ alias eidē Dalphine reliquisse censetur per dicta verba, id et ea quod ⁊ que sibi reliquisset, si eam reliquisset dn̄am ⁊ vsufructuariam bonorum suorū. pro quo allegasse sufficiat quod voluit Pau. de cast. cōsi. cccviii. exordiēte, Cōsiderandum est q filii huius testatoris ⁊c. colū. iii. ver. super scd̄o vero quo queritur ⁊c. et consil. cc. exordiente, Ad primū breuiter respōdeo q dicta vxor potius intelligit ⁊c. Premitto isuper ⁊ fateor q legata a quibus supra fuerunt conditionalia, ⁊ quod eidem nobili Dalphine iniūgebat, ⁊ nūc ipsi nobili Jacobo incūbit onus probādi qd dicta Dalphina bene stare aut morari non potuerit cū dictis heredib⁹ eius filiis, per id quod ponit Pet. de Ancha. cōsi. cclv. exordiēte, super primo quesito nō multum insistēdū videtur. Alex. de imol. cōsi. c. exordiente, Super primo casu cause vertētis ⁊c. ⁊ Jas. may. in. l. j. C. de lega. Verū cū vt ponit i facto dictus do. Petrus eādē Dalphinā a domo expulerit et passus nō fuerit eā manere cum eo. Ego dico cōditionē legato adiectā fuisse purificatam. Est eniz vex dicere q cū dictis heredibus manere non potuit, cū dūtaxat
13 cū vno manere potuerit. †Quia pluralis loquutio duo adminus requirit, nec est vno contenta. l. j. ff. de opti. lega. l. fi. ff. ad trebel. ⁊ l. vbi numerus. ff. de test. Nō obstat. l. j. cū suis similibus. C. de cōdi. inser. vbi probatur q hec conditio sine liberis deficit seu falsificat ex vno siue propter vnius solius superexistentiā. Quoniā respondeo q hoc cōtingit ex cōmuni vsu loquēdi ⁊ ex mente testatoris. l. nō est sine liberis. ibi, hec em̄ enūtiatio. ff. de verbo. signifi. ⁊ d. l. j. C. de condi. inser. Eadem enim ratio est in vno que et in pluribus, in casu dicte. l. j. Quia nō est verisimile nec credēdū testatorem voluisse preferre extraneuz sue posteritati, etiam si vnus solus de sua posteritate superesset. l. cuz acutissimi. de fideicommis. Ratione igitur idētitatis rationis presumitur vtrobiq eadem mēs, ⁊ ideo vtrobiq idē ius statuit. Pro quo facit. l. iii. §. j. ⁊ qd ibi doct. ff. de nego. gest. ⁊ qd voluit Joan. and. in addi. Specul. tit. de testa. §. in primis. in addi. exordiente, Huic questioni. in quarta questione. Sed in casu nostro nō erat eadem ratio posse bene stare ⁊ morari cuz omnibus dictis heredibus, ⁊ posse bene stare ⁊ morari cū vno, ⁊ nō posse stare cū alio, sed ab eo expelli. Primo enim casu erat gubernatura / rectura / administratura bona dicti Bartholomei ⁊ ex bonis huiusmodi alimēta sua pacifice sūptura. Quod fieri nō poterat nec fieri potuit post illam expulsionē factam per do. Petrū, et postquam nō fuit per eū alimētata etiā pro parte. Non faciunt ergo pro dicto do. Petro. dicta. l. nō est sine liberis. et. l. j. superius allegate. Adiicio predictis q cū vt superius dixi in presupposito idem Bartholomeus videatur legasse ⁊ reliquisse dicte Dalphine moranti cum dictis eius filiis alimenta in domo, ista conditio postea subiuncta, scz casu quo dicta nobilis Dalphina nō posset bn̄ stare siue morari ⁊c. debeat ab ea regulari ⁊ intelligi si nō posset stare cū ipsis omnibus heredibus collectiue. Regit enim talis cōditio a dispositione in cuius defectū apponit, etiaz dato qd de proprio significato aliter intelligeretur. l. si is qui ducēta. §. vtruz. versi. perinde. ⁊. §. fi. ⁊. §. cum ita. ⁊ quod ibi not. ff. de re. du. facit. l. ita stipulat⁹. §. sabin⁹. ff. de verb. obli. p̄terea falsum est asserere qd dicta Dalphina stāte cū vno ex dictis heredibus cēseri debeat q cum omnibus extiterit: quia vt predixi pluralis loquutio non est
14 vno contenta. d. l. fi. ff. ad trebel. et. l. vbi numerus. de testibus. †et indefinita equipollet vniuersali. l. si plurib⁹. et quod ibi not. ff. de leg. ii. Pro hac parte faciunt multe rationes allegate per Cuma. consil. xxxviii. exordiente, Maritus quatuor filiis suis institutis ita vxori alimenta legauit, ⁊c. et q̄uis idem Cuma. videatur finaliter ibi aliter concludere ⁊ sentire, Mihi tamen videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis qd dictū Cuma. nō cōtradicat his que predixi: quia legatum cui dixit idē Cuma. nō esse locū, fuerat relictū sub cōditione vel in casuz in quē stetisset mulier separatim a filiis, ideo non miruz si non debebatur in illo casu cū nō mansisset seperatim ab omnibus filiis, sed cū vno, et sic partim separatim, ⁊ partim non separatim, hic autem non fuerunt dicta legata relicta sub cōditione, si Catherina separatim maneret a dictis heredibus. Sed sub cōditione si cū illis bene manere aut morari nō posset que est ab illa prima multum diuersa. Idē etiā Cuma. in dicto consilio. versi. ex aduerso contra mulierem facit ⁊c. fatetur q illa que stetit cuz vno ex filiis, nō dicitur stetisse cū filiis vel ab eis separata. qd si ita est, cur nō pari ratione dicem⁹ hāc Dalphinā non potuisse stare cū dictis heredibus: postq̄ vex est eā manere non potuisse cū altero ex illis, sed ab eo expulsam. Et vt dicit qd honore saluo dixerim, dure, et cum seuitia tractatam. Et q̄uis iste articulus sit aliquātulū dubi⁹, ego tamen huic parti adhereo in casu in quo queritur.

¶ Allegatio tertii quesiti.

Ad tertiū in quo est sermo de legitima dicti quōdam Dionysii, respondeo ⁊ fateor vt iam superius dixi quod illa est nona pars bonorum dicti quōdam Bartholomei deducto ere alieno ⁊ funeris impēsa. dicta. l. papinianus. §. quarta

quarta aũt.z.§.qm̃ quarta.ff.de inof.test. Et hec detrahẽda est de illo triente in quo fuit heres istitut⁹ idẽ Dionysi⁹,z de residuo detrahẽda est trebellianica.† Et iste q̃rte debent̃ in seu de singulis rebus dicti triẽtis.l.plauti⁹.z.l.lineã margaritar.ff.ad leg.fal.de q̃ Bar.z doc.i.l.in q̃rta.ff.ad leg.falci.z alij in alijs locis,quãuis tpe diuisiõis nõ sint iste quarte deducẽde de singulis rebus. Sup quo nõ insisto:quia de hoc nõ queritur. Et fateor φ iste nõ debẽtur nisi in bonis z de bonis q̃ fuerũt dicti quondã Bartholomei tpe eius mortis. Fateor etiã φ si ista bõa eẽnt meliorata facto z expẽsa pfatorũ do. Petri z Jacobi,hoc debet ĩspici,sed si sine sumptu z expẽsa eorũdẽ essent ista bona facta cariora:vt verbigratia,tpe mortis dicti Bartholomei legitima Dionysij z trebellianica nõ valebãt vltra florenos quingẽtos,p eo forte q2 populus erat minor,nũc autẽ vẽderent̃ florenis mille,p eo q2 popul⁹ est auctus z bõa sunt vbiq3 nũc cariora,non puto φ ob hãc causam debeatur aliq̃d minus de z p legitima z quarta trebellianica,quarum vna est quota bonor,alia vero hereditatis q̃ non sunt diminuẽde.† Nec huic dicto obstat qd̃ habetur in.l.cũ q̃ritur.z auc.nouissima.C.de inoffi.testa.l.etiã.§.fin.z.l.si patronũ.§.fi.ff.de bo.liber. Et qd̃ not.doct.in.d.l.cũ queritur.z allegat auc.nouissima.Salice.in.l.scimus.§.repletione.C.de inoffi.testa. Pau.de ca.z Alexan.de imol.in.l.in ratione.la.ij.ff.ad leg.falci. Quoniã respõdeo φ iura z doct.in dictis locis procedũt z dicunt φ in legitima quãta esse debeat inspicitur tẽpus mortis patris,nec curatur an alijs tẽporib⁹ habuerit ampliores facultates,hoc est φ nõ attẽdit̃ que bona habuerit pater tpe mortis. Nõ aũt ad valorẽ z estimationẽ horũ bonorũ q̃ licet forte manserint z maneãt eiusdẽ valoris z estimatiõis intrinsecorũ,potuit tamẽ variari estimatio extrinseca ,ppter variationez tẽporũ z augmentũ vel diminutionẽ populi,vel etiã ,ppter alias multas causas.l.pretia rerũ.cũ suis simi.ff.ad leg.falci.que variatio attẽdi nõ debet,sed res ipse de quarũ substãtia deducẽda est legitima,z que est rerũ seu verius bonorũ patris quota,que quota diminueretur vel forte minueretur si attẽderetur ille valor extrinsecus seu extrinseca estimatio.

¶ Allegatio quarti quesiti.

†Ad quartuz quesitũ in quo q̃ritur de recisione dicte diuisionis. Dico z rñdeo φ si tpe facte diuisiõis idẽ Jacobus erat minor.xxv.annis. Et ipẽ in illa lesus extiterit vltra dimidiã iusti ptij,sibi cõpetit remediũ.l.ij. C. de resci.vẽdi.c.cũ causa.z.c.cũ dilecti.de empti.z vendi. Quod ,pcedit etiã si idẽ Dionysius iurasset nõ venire cõtra:q2 illud iuramẽtũ simpliciter interpositũ ipsum solũ representauit maiorẽ.xxv.annis. Et ipsum nõ exclusit a dicto remedio,per id quod not.glo.z doct.in d.l.ij.iura,z doct.in.d.c.cũ causa. Et multi in auc.sacramẽta puberũ.C.si aduersus vẽdi.z in.c.cũ contingat.de iureiuran. Cui dicto nõ obstat qd̃ ponit Alexand.de imo.cõsi.cxxvij.exordiente,Viso processu cause principali zc.ver.preterea dictũ remediuz zc. Quia respõdeo φ Alexã.loqt̃r eo casu quo minor iurauit nõ contrauenire ratione modici vel enormis dãni aut alia quauis ratione seu causa,quo casu nõ mirũ si excludatur a remedio dicte.l.ij. Sed hic nõ apparet sic fuisse iuratũ per dictũ Dionysiũ,solũ eñ dicitur in fine instrumẽti diuisionis,iurãte zc. Nec videtur a dicto remedio excludi ,ppter illa verba,si vero vna pars altera.q2 respõdeo φ p illa verba nõ apparet qd vel quãtũ partes sibi inuicẽ donauerint quo casu debet referri ad modicũ,per id qd̃ not.Bar.z doc.in.d.l.ij.z in.l.si quis cũ aliter.ff.de verb.obliga.z Archi.in.c.ego Ludouicus.dist.lxiij. Si vero idẽ Dionysius fuerit grauiter vel enormiter lesus citra tamẽ dimidiã iusti pretij,vel forte vsq3 ad dimidiaz sed nõ vltra. Respondeo φ tũc sunt opiniões. Dy.eñ quẽ multi sunt secuti,φ minor sit lesus nõ excluditur etiã per iuramẽtũ a beneficio restitutiõis in integrũ,nisi fuerit de illo certiorat⁹.sed Barto.z doct.magis cõiter tenẽt cõtrariũ in dicta auc.sacramẽta puberũ.z doc.in multis alijs locis. Et huic opinioni adhereo tanφ magis cõmuni,nisi tamẽ idẽ Jacob⁹ dolo,fallacijs aut mẽdacijs fuisset circũuentus z deceptus:quia sic posset venire contra,super quo non insisto.

¶ Allegatio quinti quesiti.

Ad quintuz in quo queritur de legitima debita dicto do. Petro in bõis p̃dicte Dalphine ei⁹ quõdam matris,dico z respõdeo φ si eidẽ Dalphine supfuerint dũtaxat dicti duo filij,scilicet do. Petr⁹ z Jacob⁹. Legitĩa eiusdẽ do. Petri in qua grauari nõ potuit per dictã Dalphinã.l.oĩmodo.l.quoniã in prioribus.z.d.l.scimus.C.de inoffi.testa. Est sexta pars bonorũ eiusdẽ nobilis Dalphine,deducto tñ ere alieno z funeris impẽsa.auc.de triẽte z semisse.§.j.colla.iij.z trãsumptiue ĩ dicta auc.nouissima.C.de inof.testa.iũcta.d.l.papinian⁹.§.quarta.z.§.quoniã quarta. Et dato φ idẽ do. Petrus simpliciter acceptasset legatũ sibi relictũ p dictã Dalphinã,non ,ppterea excluderet̃ a petẽdo supplemẽtũ legitime.auc.vt cũ de appellatiõe cognoscit̃.§.ceterũ.colla.viij. Quod etiã voluerũt Bal.Sali. Pau.de cast.z Moderni in.l.si quãdo.§.z generaliter.C.de inoff.testa. Bal.z Pau.de ca.in.d.l.oĩmodo.eo.ti. Bal.in.l.hac edictali.C.de secũ.nup. Ange.in.l.iubem⁹.C.ad trebel. Joã.de imol.in.l.qd̃ de bonis.§.cũ fideicõmissum.ff.ad leg.falci.z Alex.de imol.consi.lxix.exordiẽte,Sup primo dubio.in primo volu.z in alijs multis.qd̃ etiã colligit̃ z no.p Bart.in.d.l.papinian⁹.§.si cõditioni.ff.de inoffi.testa. Que oĩa dixerim sub correctiõe cuiuslibet domini zc.

Consilium.CXLIII.

¶ De vacatione primi beneficij per assecutionem secundi incõpatibilis primo.

Summarium.

1 ¶ Vacante primo beneficio per assecutionem secundi illi incõpatibilis possessio quando auferatur,z an ipso iure vacare possit primum. nu.3.

2 Recipere z habere qualiter intelligi debeant.

4 Decretũ irritans positum in literis apostolicis ligat z afficit etiã ignorantes,z an inficiat titulum z possessionem.

1 Adherendo † scriptis prefatorũ dñorum primo scribentiũ,dico hoc esse verũ,φ ita demũ per assecutionez scd̃i beneficij ecclesiastici primo incõpatibilis,si assequẽs illud cũ effectu assequat̃ vt q2 habet possessionẽ ipsius z fruct⁹ pcipit,al's secus,vt etiã voluit Jo.de imol.in c.de multa.col.j.de prebẽ.per id qd̃ habet̃ 2 in.c.si tibi cõcesso.de prebẽ.in.vj.† Recipere enim z habere debet intelligi cũ effectu.l.nomen filiarũ.§.habere.ff.de verb.signifi.l.j.§.hec verba.ff.quod quisq3 iur.de peni.distin.j.§.hec autẽ verba.versi.is quoq3.z.c.relatũ.de preben. Et idẽ etiã voluit Jo.de imo.in.d.c.de multa.col.viij.versi.in ea.gl.ibi,sed per acceptationẽ zc. vbi subiungit nõ vacare primũ per assecutionẽ secundi,etiã si haberet illi⁹ corporalẽ possessionẽ,z administrationẽ cure,nisi etiaz possit fruct⁹ percipere. Pro quo allegat dictũ.c.sibi cõcesso. Nec huic dicto obstat secundũ eũ quod habet̃ in.c.cõmissa.cũ ibi not.de elec.in.vj.vbi gl.videtur velle φ habere sufficiat potestatẽ exercendi curã ipsius secundi beneficij vel maiorẽ partẽ ipsius cure:q2 respõdet φ illa glo.,pcedit quoad necessitatẽ faciendi se ,pmoueri ad sacros ordines.allegat no.per Joan.and.in.c.cõstitutis.le.ij.de appella. Non autẽ habet locũ quoad vacationem primi beneficij,per ea que habẽtur in.d.c.si tibi cõcesso. Si ergo tẽpore facte collatiõis capellania de qua supra per reuerẽdum in Christo patrẽ dñm gubernatorẽ Auenionis dño Colino briẽsoni,venerabilis vir dñs Guillielmus henrici illius capellanus z rector nondũ percipiebat nec percipere poterat fructus canonie z p̃bende etiaz superius mentionatarũ,palã infertur φ capellania hmõi nondũ vacabat,z sic eidẽ Colino cõferri nõ potuit. Nõ habet igitur idez 3 Colinus titulũ efficacẽ,sed nullũ z reprobatũ.† Illud autẽ certũ est φ etiã vacante primo beneficio per assecutionẽ secũdi illi incõpatibilis,nõ debet nec de iure põt auferri assequẽti possessio primi bñficij eo nõ vocato z audito.c.licet eps.z qd̃ ibi glos.z doct.de p̃bẽ.in.vj.qd̃ etiã volũt doc.in.d.c.de multa. Possessio ergo dicti Colini,si z quaten⁹ illã apprehẽdere tẽtauerit ante resignationez factã in curia p dictũ do. Henricũ seu ei⁹ pcuratorẽ,fuit vitiosa,z ita sibi pdesse nõ debet. Post resignationẽ vero factã in curia,illã apprehẽdere nõ potuit ,ppter decretũ irritãs positum in l'ris apostolicis parte venerabilis viri domini Arnaudi leuesie,quod afficit etiam possessionem vt infra dicetur.

Preterea etiã nec valuit quedã p̃tẽsa collatio quã fecisse dicit̃ venerabile cap'l'm ecclesie Ebredunẽsis dño Stephano neuerie:q2 illa facta fuit post factam resignationẽ in curia de capellania p̃dicta,q̃ ,ppterea nec valuit nec fieri potuit. Tũ q2 facta de beneficio vacãti in curia,de quo solus 4 põtifex disponere potest per iura allegata per dictos dños.† Tũ z ,ppter decretũ irritans in dictis l'ris ap'l'icis parte dicti domini Arnaudi impetratis,qd̃ ligat z afficit etiã ignorantes.c.si eo tpe.de elec.eo.lib.c.dudũ.colũ.ij.ibi,z quidẽ.z.c.penul.de prebẽ.no.glo.in cle.j.super verbo,attentari.de conces.preben.z non solum afficit et inficit titulum decretum irritans,sed etiã possessionem,

per id quod plene ponit Rota deci.xvj.exordiente, Si cõtra agẽtem possessorio. Nec premissis obstat si forte opponatur ꝙ cũ pui sio parte dicti do. Arnaudi impetrata fuerit cõditiõalis, sub hac scilicet cõditione si circũspecta etate eiusdẽ do. Arnaudi per solertem indaginẽ per executorẽ sibi deputatũ super hoc habendã eundem do. Arnaudũ ad hoc al's idoneũ esse reperiret capellaniã predictam ⁊c. nõ ligauerit nec ligare debuerit decretũ hmõi ante extantẽ seu purificatã cõditionẽ hmõi, ⁊ sic anteꝙ repertus esset idẽ do. Arnaudus al's esse idoneus, per id quod habetur in dicta cle. j. in prin. de cõces. preben. Quoniã respõdeo ꝙ prout ibi dicit glo. ⁊ docto. papa voluit exnunc hoc est ex tẽpore prouisionis, vt decretum valeret ⁊ afficeret extunc scilicet tẽpore cõditionis extantis, quod hic nõ fuit: quia vt apparet ex forma decreti positi in dictis literis apostolicis, idẽ do. noster voluit ꝙ illud afficeret ⁊ ligaret nõ solũ ex tempore extãtis seu purificate cõditionis, scilicet ex eo tẽpore quo repertus esset idẽ do. Arnaudus al's esse idoneus, sed etiam ex tẽpore concessionis literarũ. Dicit' enim ex nũc perinde irritum decernimus ⁊ inane, si secus super his a quoquã quauis autoritate scienter vel ignoranter cõtigerit attentari acsi die date presentiũ eidẽ Arnaudo ad hoc reperto idoneo de dicta capellania cũ interpositiõe decreti mãdauissemus puideri, per que verba apparet de clara mente põtificis ꝙ voluerit decretũ irritans ligare ⁊ afficere, perinde acsi die cõcessionis literarũ fuisset idẽ do. Arnaudus repertus al's esse idoneus, ⁊ sic a tẽpore cõcessionis non a tẽpore extantis cõditionis quẽ certum est hoc facere potuisse, signanter vero ⁊ maxime in hoc casu in quo prouideri mãdabat de beneficio vacante in curia per liberam resignationẽ inibi factam. Pro quo facit quod no. glo. in. c. statutũ. super verbo, per seipsos. ad fin. ⁊ quod ibi doct. de preben. in. vj. ⁊ a verbis predictis, postꝙ illa habent significationem nõ est discedendũ. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ⁊. l. nõ aliter. ff. de lega. iij. Et ita mihi ⁊c.

Consilium. CXLIII.

De obseruatione stili curie, ⁊ de excutiendo prius debitore principali ⁊ eius fideiussore ante tertium possessorem, ⁊ de probationibus in hypothecaria fiendis.

Summarium.

1 Stilus curiarum seruandus etiam si sit rigidus.
2 Statuto cauente nullas exceptiones opponendas aduersus instrumentum publicũ exceptis aliquibus an possit opponi de solennitatibus de iure requisitis non seruatis.
3 Stili cessantibus verbis cessare debet ⁊ eius dispositio.
4 Debitor principalis et eius fideiussor prius excutiendi anteqñ perueniatur ad possessores extraneos pignorum ante litem cõtestatam. nu. 6.
5 Excutio principalis debitoris an valida sine declaratione et pronuntiatione iudicis.
6 Peruersio vnius cause ad aliam an vitiet processum.
7 Libellus per creditorem contra tertium possessorem oblatus anteꝙ procedat quid in illo narrandum ⁊ deducendum sit.
8 Exceptio ordinis an debeat opponi ante litis contestationem.
9 Litiscontestatio in executiuis, cur non fiat.
10 Doctor referens multas opiniones an videatur in dubio vltime adherere.
11 Cause executiue an habeant instantiam, ⁊ in eis expectetur sentẽtia diffinitiua.
12 Statutum de compulsorijs cõcedẽdis quid caueat ⁊ in quibus casibus procedat.
13 Dispositio ꝙ non possit opponi exceptio nullitatis contra tres sentẽtias conformes an habeat locum in tertio comparente pro suo interesse.
14 Statutum tribuens priuilegiũ instrumẽto garãtigie, an habeat locum cũ agitur hypothecaria aduersus tertium possessorem.
15 Executio instrumenti garantigiati an possit peti contra tenentẽ aliqua bona obligati.
16 Agens hypothecaria quid probare debeat maxime cũ aduersus tertios ⁊ extraneos possessores agit.
17 Fructus rei pignerate attenuant sortem creditore percipiente.

Viso processu cause cepte per ⁊ inter nobilẽ virum Guillielmuz tardiuonis actorem ex vna parte, Stephanũ giraudi, Joannem varendeli ⁊ alios ex alia parte. 1 † Dico breuiter ⁊ succincte prout infra. Et primo ꝙ cũ vt appa ret ex verbis stili venerabilis curie sancti Marcellini ibi, ꝙ instrumẽta que reperiẽtur sigillata sigillo dicte curie: stilus hmõi, ⁊ illi' rigor vel presupponat vel exigat ꝙ instrumenta obligatoria sint ⁊ reperiantur sigillata sigillo dicte curie. Potuerunt dicti Giraudi, Varẽdeli ⁊ alij opponere de nõ sigillatione cuiusdã pretensi instrumenti venditionis annue pensionis parte dicti nobilis Tardiuonis in causa exhibiti ⁊ producti, per id quod voluit Bart. in l. j. §. ⁊ parui. ff. quod vi aut clam. Salic. in. l. ita nobis pudor. C. de adulte. Panor. in. c. ex parte. le. ij. de offi. delega. Alexan. de imol. in. l. seruum. §. eum qui. ff. de lega. j. ⁊ consi. xxxiij. exordiente, Viso themate super quo ⁊c. colum. j. in primo volu. et Vita. de cãba. in suis clausu. in clausula exordiente, Clausula nulla exceptione ob2stante ⁊c. † qui omnes volũt ꝙ si caueatur statuto ꝙ aduersus publicũ instrumentũ nulle exceptiones opponi possint quibusdam exceptis, potest nihilominus non obstãte statuto huiusmodi opponi aduersus pretensum instrumentũ ꝙ illud non est instrumentum, vtpote quia in eo deficiunt anni domini vel similia, que de iure requiruntur ad perfectionẽ publici instrumenti de quibus glo. et docto. in. l. generali. C. de tabula. lib. x. et docto. in. c. j. de fide instrumen. Cum ergo stilus predictus et rigor eius disponat super instrumento sigillato, sigillo dicte curie, palaz infertur dictos Giraudi, Varẽdeli ⁊ alios oportune opposuisse de non sigillatione dicti pretensi instrumenti, ⁊ sic eos non potuisse nec posse conue3niri in vim dicti sigilli: † quia in hoc casu cessant verba illius, ergo et eius dispositio cessare debet. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusatio. l. quarta. §. totiens. ff. de dam. infec. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. et esti. l. ita autem. in princi. ff. de administratio. tuto. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquiren. heredi. c. ad nostram. in tertio. de iureiuran. c. indemnitatibus. §. penulti. de electio. in sexto. quod etiam voluit Pau. de cast. cõsi. iiij. cõsi. xj. et. xxij. Romañ. consilio. cxcix. exordiente, Presens statuti particula dicens ⁊c. in princip. consilio. ccccxlij. exordiente, Vt decisionem accipiat presens consultatio. circa principium. et consil. ccccl xij. exordiente, Quoad propositam consultationez. ad fin. Alexand. de imol. consilio. xvij. exordiente, Requisitus in causa. colum. j. et quod in casu nostro non sit locus stilo aut rigori illius, voluit al's in terminis magnificum Dalphinale parlamentum decisione. clxxxj. exordiẽte, In visitatione processus Celestinorũ ⁊c. Pro quo allegatur in decisione huiusmodi in argumentum. l. nõ aliter. in princip. ff. de legat. iij. et quia in re dubia ⁊c. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercito. actio. Quod si ita est: immo quia ita est, non potuerũt dicti Giraudi, Varẽdeli, et alij in dicta causa rei conuenire actione personali. l. fina. §. fin. ff. de contrahen. emptio. ⁊ venditio. et. l. j. §. 4 si heres. cum suis similibus. ff. ad trebellia. † nec etiam conueniri potuerunt aut de iure debuerũt actione hypothecaria, nisi prius discussis bonis debitoris immo debitorum principalium hoc est venditorum illius pensionis. autenti. de fideiussori. §. sed neq; ad res. collat. j. et transumptiue in autenti. sed hodie. C. de actio. et obligatio. et autenti. hoc si debitor. C. de pigno. ⁊ bene facit quod voluit Bartol. in. l. si constante. in tertia questione principali. in ij. qõ. ff. solu. matri. vbi loquens de muliere cui bona mariti sunt hypothecata dicit ꝙ venire nõ possit ad tertios possessores, nisi prius excutiatur maritus: quod si procedat in muliere creditrice plurimum priuilegiata, multo fortius procedit et procedere de5bet in creditore non priuilegiato. † Adijcio quod nõ solum opus est bona principalis debitoris excuti, anteꝙ perueniatur ad tertios possessores, sed etiam opus est ꝙ iudex pronuntiet factã esse excutionem, vt voluit Barto. quem ibi sequitur Ange. in. l. stipulatio. §. habet. ff. de ope. noui nuntia. et in dicta autenti. hoc si debitor. C. de pigno. in. l. exitus. ff. de acquiren. possessi. ⁊ in autenti. de fideiussori. §. neq; autem. Bal. in. l. licet. ff. si quis omis. cau. testamen. facit quod voluit idem Bald. in dicta autenti. sed hodie. C. de actio. et obligatio. vbi dicit ꝙ si debeat recurri contra tertiũ possessorem requiritur declaratio. Et hãc partem etiam sequitur Roma. in dicta. l. stipulatio. §. habet. et Salice. in dicta autenti. sed hodie. Et ꝙuis aliqui aliter dixerint, illi tamen vt plurimum fatentur opinionem Barto. esse tutiorem. Pro qua bene facit. l. tutores a patruo. ff. de confirma. tuto. ⁊. l. si eum. §. fina. ff. de fideicõmis. liberta.

6 † Forte autem opponetur ꝙ licet prefati rei põtuerint opponere exceptionem ordinis seu preposterationis ordinis huiusmodi ante litem contestatam, ⁊ ea sic opposita repellere dictum nobilem Tardiuonis ne cõtra eos cũ effectu experiretur et ageret, nisi prius excussis bonis dictorum principalium, hoc tamen non videretur potuisse facere post litem contestatam, per id quod not. Salice. et docto. in. l. exceptionem. C. de proba. et quod voluit Barto. in. l. si probatum. C. communi. dividun. vbi voluit Bartol. ꝙ si agatur contra bonorum possessorem

possessorem hypothecaria vel contra fideiussorem licet non esset facta discussio principalis procedit iudicium si non opponatur, 6 †quia hic non est peruersio ordinis eiusdem cause ad seipsam sed vnius cause ad aliam que processum non vitiat.l.j.ꝛ quod ibi docto.C.de appel.Sed istud nõ obstat.Tum qꝛ supposito citra preiudiciũ veritatis ꝙ vbi nõ esset peruersio ordinis ante litem cõtestatam vel als opposita per tertium possessorem procederet iudicium contra eum agitatum,esset tamen opus ad victoriam obtinendam contra ipsum tertium possessorem ꝙ pendente iudicio huiusmodi creditor agens faceret discussionẽ vel probaret de inopia principalis debitoris.arg.l.si rem.§.fin.ff.de pignorati.actio. per quem.§.hoc voluit Bald.in.d.l.si probatum.versi.ex hoc infert Barto.ibi,intellige ꝙ agẽs ꝛc.vbi etiam refert Alber.galeo. dictum.§.ita induxisse in margarita.titu.de pigno.ꝛ dicit Bald. ꝙ si non probaretur inopia nec fieret discussio succumberet agens ꝙuis probaretur obligatio:quia non est actori aperta via agendi de iure nisi his probatis.aut.de fideiussori.§.j.ꝛ.§.sed neqꝫ.quia licet ius sibi non desit,deest tamen exercitium.Certum est autem in casu de quo agitur non esse probatam inopiam dictorum debitorum aut heredum eorundem,nec etiam factam fuisse discussionẽ bonorum eorundem,sed ad solam assertionem Joannis leonis ꝛ Beatrise sororis filiorum ꝛ heredum Francisci alterius expẽditoribus dicentium se nulla bona habere in quibus fieri posset executio nec possidere aliquid de bonis que fuerunt dicti Francisci,fuerũt litere concesse contra predictos reos:quod ꝗ̃uis fortasse fieri potuisset vbi essemus in casu in quo stilus dicte curie ꝛ eius rigor sibi locũ vendicassent,pro eo quia tunc vt audio non est opus discussione,secus tamen est in casu nostro in quo non est locus stilo ꝛ rigori illius,vt predixi,sed debebat aliter procedi ꝛ saltem committi nuntio vt inquireret vtrum essent bona sufficientia,vt voluit Bald.in.l.decem.ff.de verbo.obligatio.Pro quo allegat.l. magis puto.§.ne passim.ff.de reb.eo.ꝛ.l.j.§.quies.ꝛ quod ibi per Barto.ff.de offic.prefect.vrb.Bartol.in dicta.l.stipulatio.§.habet.ff.de oper.noui nuntia.ꝛ Bald.in dicta autenti.sed hodie.et plenius in.l.ij.C.quan.fis.vel priua.Non ergo obstat no.per Barto.in.d.l.sed probatum.† 7 Preterea dicit ibi Salice.ꝙ ad hoc vt procedat libellus parte creditoris oblatus contra tertium possessorem opus est ꝙ in illo deducatur et narretur reum seu debitorem principalem esse inopem ꝛ nõ soluendo.Pro quo allegat autẽti. de fideiusso.§.j.ꝛ.§.sed neqꝫ.et quod not.Jaco.de aret.et Cyñ.in auf.presente.in.iij.q.C.de fideiussori.quod si ita sit, licet exceptio ordinis opposita non extiterit,tamẽ illius rei seu principalis debitoris inopia erit secundum Salice.probanda in processu,cũ sit causa intentãde actionis contra extraneum pignorum possessorẽ vel fideiussorem quod mandat notari ne quis erret.Adijcio ꝙ dictum Bartol.etiam alia ratione non obstat:quia Bart.loquitur eo casu quo opposita non extitit exceptio ordinis seu preposterationis illius,sed hic opposita reperitur in schedula exordiente, Pro ampliori ꝛc.inserta.fo.clxxvij.Et ita nõ sumus in terminis in quibus loquitur Barto.Nisi fortasse quis dicere voluerit Barto.esse locutum vel intellexisse,eo casu valere iudicium de quo supra,quando exceptio ordinis opposita non extitisset ante litem 8 cõtestatã,† pro eo quia exceptio huiusmodi est exceptio ordinis que propterea opponi debet ante litis contestationẽ,per id quod voluit idem Barto.in.l.ij.ff.de exceptio.ꝛ Salice.in dicta.l.exceptionem.colum.vij.versi.si in ordine ꝛ preposteratione.ibi,si inter diuersas personas.C.de exceptio.Sed istud non refragatur neqꝫ obstat prefatis Giraudi,Uarendeli ꝛ alijs.Tum quia vt predixi, hic nõ reperitur libellum fuisse oblatum parte dicti Tardiuonis sed solum ꝛ duntaxat quasdam pretensas literas cõpulsorias per modum executionis faciende concessas,et quosdam assertos ar- 9 ticulos huiusmodi pretensarum literarum declaratorios.† Respõdendo autẽ articulis huiusmodi non censentur ipsi rei fuisse litem contestati.c.vnico.ꝛ quod ibi per doct.de litis contest.ꝛ quod not.docto.in.l.j.C.eo.titu.Preterea in executiuis non fit litiscontestatio,quia cause executiue nõ videntur habere instantiam,per id quod voluit Barto.in.l.litibus.colũ.vlti.ꝛ quod ibi Ange.C. de agrico.ꝛ censi.lib.xj.Bald.in.l.tale pactũ.§.qui prouocauit.in x.qõ.in fi.ff.de pact.Pet.de ancha.in.l.j.C.de iuramen.calũ. qui dicit ita vidisse cõsultum per Bal.ꝛ ꝙ ita obtinuit de facto.Idẽ tenet Ange.are.in.l.ab executore.in princip.in.v.colum.ff.de ap- 10 pella.† Ubi referens opiniones istam recitat pro vltima,cui propterea censetur adherere,per id quod not.glos.in.l.qui filium.§. sabinus.ff.ad trebellia.et Bald.in.l.j.ad fin.ff.de constitutio.idẽ tenet Frãcis.de are.in.c.penulti.in fin.de iudi.Motus ea ratione 11 † quia in executiuis nõ expectatur sententia diffinitiua:ergo ibi non est instantia cum ibi proprie non sit iudicium.c.forus.de verbo.signifi.idem not.Bald.in.l.consentaneum.ad fin.C.quomo.ꝛ quan.iudex,vbi dicit ꝙ non putat ꝙ primum decretum pereat lapsu triennij,quia executio non habet instantiam triennalẽ.l.properandum.C.de iudi.requirat litem esse contestatam,sed cum in executiuis non cadit litis contestatio.Non censentur igitur dicti Giraudi,Uarendeli ꝛ alij fuisse litem contestati ꝛ sic dici non potest eos ideo non fuisse vel esse audiendos, quia non opposuerũt de discussione non facta ante litem contestatam sed postea,ꝛ sic sero seu tarde.Addo ꝙ processus cause huius fuit ꝛ est nullus defectu libelli qui non reperitur in hac causa oblatus ꝛ qui offerri debuit,postꝙ̃ vt predixi,hic non fuit nec est locus stilo dicte curie,ꝛ rigori illius,nisi forte quis dicere voluerit ꝙ licet in hoc casu sibi 12 locum non vendicet stilus dicte curie,† sibi tamen locum vendicat statutum de compulsorijs concedendis quo cauetur de nõ admittendis seu recipiendis aduersus publicum obligationis seu submissionis instrumẽtum,nisi certis ibi taxatis ꝛ expressis exceptionibus.Quoniam respondeo ꝙ statutum huiusmodi loquitur et procedit eo casu quo creditor agit contra debitorem obligatum, ꝛ cum quo factum est instrumentum,vel fortasse etiam cõtra eius heredem,secus vero eo casu quo agitur contra alias personas vt in casu,per id quod voluit Joan.de imol.in.l.fina.circa chartam antepenulti.versi.aduerte tamen quia inquantũ dixi ꝛc.ff.quis ꝛ a quo appel.Joan.de imol.in clemen.j.colum.iiij.et quod ibi do- 13 cto.de re iudi.† Ubi habetur ꝙ dispositio illius clem.volentis ꝙ non possit opponi exceptio nullitatis contra tres sententias conformes non habet locum quoad tertium comparentẽ pro suo interesse.Ad quod bene facit quod voluit Bald. in.l.j.C.cõmu.de 14 lega.† Ubi dicit ꝙ statutũ tribuens priuilegium instrumento garantegiato habet locum quando agitur personali vel hypothecaria cõtra ipsum principalem debitorem,secus si agatur hypothecaria contra tertium possessorem.argu.l.j.C.si cer.peta.ꝛ sequitur Petrus de ancha.in.c.canonum statuta.versi.circa istam extensionem.de constitu.Alexand.de imol.consi.xcj.exordiente,Uiso themate suprascripto ꝛc.colum.penulti.et consil.seq.exordiente, In causa ꝛc.colum.iij.in tertio volumi.Facit quod voluit Bald. 15 ꝛ Ang.in.l.ij.C.si aduer.credi.† Ubi dicunt ꝙ executio instrumẽti garantigiati vel sententie diffinitiue non potest peti contra tenentem aliqua bona obligati per glo.expressam in.l.ea.lege.C.de condi.ob cau.quod dicunt esse not.contra ignorantes procuratores et aduocatos.Cum igitur dicti Giraudi,Uarendeli et alij nõ sint filij nec heredes illorum,cum quibus dictus quondam nobilis Rigaudus tardiuonis huius nobilis Guillielmi pretẽsus predecessor cõtraxisse dicitur sibi locum nõ vendicat nec vẽdicare potest dispositio statuti loquentis de compulsorijs cõcedendis. Et ita non videtur processus cause huius posse defendi.

16 † Sunt et alia que videntur posse obstare dicto nobili Tardiuonis,scilicet ꝙ forte non fuerit nec sit sufficienter probatum ꝙ bona super quibus ꝛ in quibus nititur fieri facere executiones,fuerint in bonis dicti quõdam Francisci venditoris aut eius vxoris,quod tamen fieri oportuit cũ hic agatur nõ quidem cõtra venditores aut eorum heredes sed cõtra tertios ꝛ extraneos possessores ꝛ qui nõ pretendunt habuisse a dictis vẽditoribus aut eorũ heredibus causam lucratiuam sed onerosam.Pro quo remisisse sufficiat id quod not. Ange.areti.in.§. item seruiana.ver.tertio casu principali quãdo agitur ꝛc. institu. de actio.Cyñ.ꝛ alij in.l.cum res.C.si res alie.pigno.da.sit.et Alexan.de imol.in.l.rem alienã.ff.de pigno.actio.Etiam aliquid poterat dici de domo in actis latius mẽtionata,ꝛ in cuius possessionẽ cõfitetur ꝛ ꝓposuit ipse nobilis Guillielmus in hac causa actor dictũ nobilẽ Rigaudũ fuisse immissũ ꝓ arreragijs tũc incursis. Nec dixit domũ hmõi fuisse ꝓ arreragijs hmõi inquãtatã,ꝛ deinde sibi tanꝙ̃ plus ꝛ vltimo offerẽti sibi fuisse libratã,ꝛ sic nõ infer- 17 tur ex per eũ deductis ꝙ illa fuerit facta sua,† quo fit vt alio non apparẽte debuerit idẽ nobilis Rigaudus ꝛ hodie debeat ipse nobilis Guillielmus fructus perceptos imputare in diminutionem sortis seu vt verius loquar in diminutionem arreragiorum postea incursorum.l.j.ꝛ.ij.C.de pigno.actio.ꝛ.c.ij.cum suis similib.de vsu.Super quibus tamen nõ insisto vtpote plene tactis per dominos qui primo in hac causa scripserunt.

Consilium.CXLIIII.

De alienatione rerum ecclesiasticarum.

Summarium.

1 Alienatio immobilium ecclesie irreuocabiliter acquisitorum prohibita an extendatur ad acquirenda etiã sine iusta causa ꝛ sprẽta canonica solennitate.

2 Solennitas requisita in alienatione immobiliũ ecclesie an necessaria in repudiatione legati ecclesie relicti aut hereditate.
3 Conuentus remittens hereditatem sine superioris licentia, an vi deatur illam acquisiuisse.
4 Testator etiam sui heredis res legare potest.

Etiamsi alienatio rerum et bonorum immobiliũ ecclesie, ipsi videlicet ecclesie irreuocabiliter acquisitarũ sit regulariter prohibita nisi in ea duo interueniant, scilicet iusta causa et canonica solennitas, alienatio hmõi nõ valeat. c. sine exceptione. vbi dicitur, vt meliora prospiciat totius cleri interueniẽte consensu. xij. q. ij. c. tua. de his que fiunt a prela. sine cõsen. cap. c. nulli. de reb. eccle. nõ alie. et c. j. eo. tit. in. vj. et quod volunt doct. in multis locis a quorũ quotis et remissionibus vtpote nõ necessarijs supersedeo. Secus tamẽ videtur in rebus ipsi ecclesie nondum acquisitis sed acquirendis, et etiã in rebus ipsi ecclesie non irreuocabiliter sed reuocabiliter acquisitis: quia ille videntur posse alienari etiã si non subsit iusta causa vel nõ obseruetur canonica solẽnitas. Pro quo allegasse breuiter et succincte sufficiat id qđ voluit Fede. de señ. cõsil. ix. exordiẽte, Casus talis est, res aliqua ĩmobilis nõ parua et c. Flo. et Panor. in. d. c. tua. et consil. xxxj. exordiente, Ad clarã decisionẽ omniũ predictorũ et c. Ange. consi. cccxxxvj. exordiente, Papinus quondã Valentini et c. et Roma. consil. clxxxiij. exordiente,
2 Visis que narrãtur in facto et que superius cõsulta sunt. † qui omnes et per rationes per eos allegatas, videtur in hoc residere q in repudiatiõe legati ecclesie relicti, non sit opus interuenire solennitatem requisitã in alienatione rerũ immobiliũ ecclesie. Et idem voluit in repudiatione hereditatis. Bal. in. l. pupillorum. C. de repudi. heredi. Quod si ita est, videtur q transactio seu quittantia et remissio dudum facta per venerabiles et religiosos viros dominos priorem et conuentum Vallis bone honeste mulieri Antonie guimarde relicte prouidi viri Jacobi puelli, nõ ideo impugnari aut infringi debeat seu etiã infringi possit, pro eo quia in quittatione et remissione hmõi non interuenit autoritas, presentia aut
3 cõsensus reuerendi domini Maioris eorũ religionis, † nisi forte quis dixerit q per quittationẽ et remissionem hmõi videantur dicti do. prior et conuentus adiuisse et acceptasse et sic acquisiuisse hereditatẽ et bona dicti quondam Jacobi. Sed istud nõ videtur esse verũ, per id quod habetur in. l. fuit questionis. ff. de acqui. heredi. et qđ per illum text. voluit Joan. and. in addi. Specu. tit. de testa. §. j. versi. pone filius. in addi. exordiente, Vbertus de bobio super l. pactum et c. Cuius dictum commemorauit Alexand. de imol. in l. sicut. colum. j. C. de repu. heredi. Et quod voluit Bald. in. l. pactum. q. ij. C. de pac. et in. l. si defunctus. C. de suis et legi.

Preterea esto citra preiudiciũ veritatis q de mero iure aut rigore illius posset quittãtia seu remissio predicta impugnari: q tamẽ ipsa Antonia guimarda, postea in suo vltimo et nũcupatiuo testamento, heredẽ vniuersalẽ instituit dictũ conuentũ, et conuentus ipse seu do. prior et cõuẽtuales hereditatẽ hmõi pro et nomine dicti cõuẽtus acceptarunt, nõ possunt ipsi impugnare vel venire cõtra legatũ per ipsam Antoniã factũ et relictũ venerabili viro dño Egidio rustaraudi de quibusdã predijs ad sui ipsius do. Egidij vitã dũtaxat, eo maxime q idẽ cõuentus ex hereditate dicte quõdam Antonie cõsecutus est dotẽ per eandem Antoniã ipsi Jacobo solutam et sibi recognitã, et de qua poterat eadẽ Antonia disponere, et que ascendit ad ducẽtos et quinquaginta florenos. Etiam cõsecutus est idẽ conuẽtus vinum multum ac bladum et alios fructus quos eadem Antonia suos fecerat etiam si eos perceperit ex bonis et rebus dicti quon-
4 dam Jacobi, quarum fuit ad vitam relicta vsufructuaria. † Illud est enim indubitatum q testator potest nõ solum legare res suas, sed etiam sui heredis vel etiam legatarij legatum sibi relictum acceptantis. Cum igitur dictus conuentus acceptauerit dictam hereditatem, et ex ea consecutus sit emolumenta antedicta, non debet ipse nec potest impugnare voluntatem predicte Antonie, nec eam impugnãdo impedire quominus dictus domi. Egidius habeat bona predicta ad eius vitam. Et si forte posset hoc tamẽ nõ deceret, vel saltem nõ expediret viris tante religionis qui tenẽtur seruare vltimã voluntatem defuncte. auc. de nup. §. disponat. colla. iiij. et c. vltima voluntas. xiij. q. ij. et qui debent esse sunt cultores iustitie nõ solum in se sed et c. qui etiam aduertere debent se habuisse centum florenos sibi datos et solutos per dictam quondam Antoniam tempore facte remissionis. Et supposito citra preiudicium veritatis q isti idem qui nunc sunt prior et conuentuales dicti conuentus illos non habuerint, illos tamen habuerunt do. prior et cõuentus seu cõuentuales qui tunc erant, et sic ipsa ecclesia vel qui ecclesiam obligare potuerunt.

Consilium. CXLV.

De compendiosa substitutione facta impuberi per verbum commune.

Summarium.

1 Substitutus secundo loco sub cõditione an possit ius pupillaris substitutionis vel fideicõmissarie ad eius heredem per mortem ante primo substitutum transmittere.
2 Substitutio compendiosa facta filio impuberi per verbũ cõmune an valeat tẽpore pupillaritatis iure pupillaris, etiã si mater sit in medio: et tempore pubertatis iure fideicommissi.
3 Extincto primo gradu substitutionis admittitur sequens.
4 Suorum appellatione qui veniant.
5 Substitutio compendiosa facta per verbum commune an contineat vulgarẽ expressam verbis generalibus, et tacitam verbis specialibus.
6 Testamentum potest incipere a substitutione vulgari siue expressa siue tacita.
7 Heredi an succurri debeat per beneficiũ restitutionis in integrũ in non adita hereditate.

Ponitur ĩ facto q dudũ fuit in humanis Michael borbonoys alĩs pape, qui dudũ Anno dñi Millesimo cccclxxxvj. et de mẽse Maij, fecit et cõdidit eius vltimũ et nuncupatiuũ testamentum in quo legauit et iure institutiõis reliquit Raymunde eius filie naturali et legitime triginta florenos auri. Heredem vero vniuersalẽ instituit et suo proprio ore nominauit Gabrielẽ pape eius filiũ naturalẽ et legitimũ et sibi, si quandocũq sine liberis ex suo corpore legitime pcreatis decederet, substituit dictã Raymundã eius filiam et suos, et dicte Raymunde sue filie si qñcunq sine liberis ex suo corpore legitime procreatis decederet substituit in semisse seu medietate honestam mulierẽ Peyronam ipsius testatoris vxorẽ et suos: et in alio semisse seu alia medietate prouidum virum Girardum fabri ipsius testatoris fratrẽ vterinum et suos. Deinde vero permanẽs in voluntate hmõi ab humanis decessit superstitibus et sibi superuiuentibus prefatis Gabriele, Raymũda, Peyrona, et Girardo. Post hec vita functa est et ab humanis sine liberis et intestata decessit dicta Raymũda etatis decemocto annorum, superstitibus dicto Gabriele, Peyrona, et Girardo. Successu vero tẽporis vita functus est idẽ Girardus scđo loco substitut⁹, superstite. M. eius filia naturali et legitima, ac etiã superstitibus pfatis Gabriele et Peyrona. Cõsequenter vero decessit ab humanis idẽ Gabriel heres adhuc impubes et sic sine liberis, superstitibus et sibi superuiuẽtibus dictis Peyrona matre et filia dicti quondam Girardi ipsius Gabrielis auunculi.

Quesitum est quis eidem Gabrieli succedere debeat et quomodo.

Christi nomine iuocato. Viso casu de quo supra et pregnãti dubio ex eo elicito. Dico et respõdeo ad dubiũ hmõi put infra. Premittẽs p illius faciliori solutiõe q dubiũ huiusmodi videt posse oriri ex multis causis, et signãter ex tribus. Prima est q dictus quõdam Girard⁹ scđo loco sub-
1 stitut⁹ vita functus est et ab humanis decessit, prius et anteq morere dict⁹ quõdam Gabriel heres institutus. † Et sic certũ est q illi succedere nõ potuit, cũ substitutio de eo facta fuerit effecta caduca. l. vnica. §. sin autẽ sub cõditiõe. C. de cadu. tollẽ. Nec potuit ipse ius pupillaris substitutiõis vel etiam fideicõmissarie trãsmittere ad eius heredẽ. De pupillari pbat in. l. q habebat. et qđ ibi doct. ff. de vulga. et pupil. De fideicõmissaria pbat in. l. heredes mei. §. cũ ita. et qđ ibi Alex. de imol. super verbo, suscepisset. ff. ad trebell. qđ etiã voluit glos. et doct. in. l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. Jo. de imol. et Alexan. de imol. in. l. cum ex filio. in prin. ff. de vulg. et pupil. Roma. consi. xvij. et cõsil. cccclxxij. et alij in alijs locis. Scđa causa ex qua etiã videt posse oriri dictũ dubiũ est, pro eo q nec dictus Girard⁹ nec sui videnĩ fuisse substituti dicto quõdã Gabrieli

sed prefate

sed prefate Raymunde, quo fit vt non videatur idem Girardus potuisse succedere prefato Gabrieli, etiã si vixisset ipse Girardus tempore mortis eiusdẽ Gabrielis, igitur nec eidem Gabrieli videtur potuisse succedere filia eiusdem Girardi. Tertia causa ex qua etiam potest oriri dubiũ est, pro eo q2 fortasse non adita hereditate pro semisse delata filie dicti Girardi, ipsa filia adhuc infans ab humanis decessit. Et sic videtur esse perinde ac si hereditas hmõi eidem delata non fuisset. l. si infanti. vbi videtur casus. C. de iure deliberan.

Sed his non obstãtibus exi

stimo sub correctione cuiuslibet dñi melius sentiẽtis ꝙ filia dicti Girardi potuerit ꝓ semisse succedere dicto quõdam Gabrieli, ⁊ ꝑ mediũ ipsiꝰ ꝓfato Michaeli testatori, supposito tñ ꝙ pñs hereditas fuerit per Gabrielẽ adita. Cuius dicti illã assigno rationẽ:

2 q2 cum substitutio facta eidẽ quondã Gabrieli fuerit cõpendiosa ⁊ per verbũ substituo, qd̃ est commune, illa valere potuit et valuit iure pupillaris substitutionis. vt not. glo. magna. in fin. in. §. qua ratione. institu. de pupilla. substitu. Cyñ. in. l. precibus. colũ. xiiij. versi. dicamus ergo ꝙ vbi paganus ⁊c. ⁊ ibi Albe. col. mihi. xviij. versi. dicamus ergo ⁊c. C. de impube. ⁊ aliis substitu. Ange. Joan. de imol. Pau. de cast. Rapha. cuma. ⁊ Alexand. de imol. in. l. centurio. ff. de vulga. ⁊ pupil. vbi etiam dicit Paul. de cast. ꝙ ipse ita sepe cõsuluit. Idẽ etiam tenuit Salice. ⁊ omnes moderni communiter in. d. l. precibus. vbi etiam dicit Fulgo. ꝙ intrepide iudicãdo sequeretur istam partẽ, quã etiam tenẽt Cardi. Flo. ⁊ Jo. de imol. in capi. raynutius. de testamen. vbi etiam dicit Joan. de imol. se ita consuluisse. Et pro hac parte cõsuluit Cyñ. prout ipse refert in dicto versic. dicamus ergo. Etiam pro ea consuluit Alexan. de imol. consi. xij. exordiente, Attentis verbis testamẽti ⁊c. colũ. vij. vbi multa inducit. ⁊ consi. xvij. exordiẽte, Ponderatis verbis ⁊c. in tertio volu. ⁊ Franci. de are. consi. clv. exordiente, Periculosum esset ⁊c. Et hec est hodie cõmunis, scilicet ꝙ substitutio cõpendiosa facta filio impuberi per verbũ cõmune valet tẽpore pupillaris etatis: iure pupillaris etiã si mater est in medio ⁊ post tempus pupillaris etatis valet iure fideicõmissi. Cũ igitur vt ponitur in facto dictus Gabriel decesserit in pupillari etate delata est eius hereditas pro semisse seu medietate ad filiã dicti Girardi. l. ꝙdiu. la tierce. ⁊ qd̃ ibi Barto. Jo. de imol. ⁊ omnes docto. ff. de acquir. heredi. vbi casus. Cui non obstat id qd̃ superius dicebatur, scilicet ꝙ nec Girardus pater nec dicta eius filia fuerint eidem Gabrieli

3 substituti sed dicte Raymunde. † Qm̃ respõdeo scd̃m Bart. ⁊ docto. ꝙ perempto seu extincto primo gradu substitutionis admittitur sequens. Et sic mortua prefata Raymunda admitti debuerunt filia dicti Girardi ⁊ Peyrona, que dicto quondam Gabrieli superuixerũt. d. l. ꝙdiu. Pro quo etiam bene facit allegata. l. qui habebat a contrario sensu: prout etiam ibi voluit Joan. de imol. Etiam nec obstat id quod superius dicebatur, scilicet ꝙ cum dictus quondam Girardus ab humanis decesserit ante ipsum Gabrielem substitutio effecta est caduca, et quod ipse ius substitutionis de eo facte ad dictam eius filiam trãsmittere nõ potuit. Quoniam respondeo et confiteor quod substitutio huiusmodi effecta est caduca quoad personam dicti Girardi, et ꝙ ipse ius substitutionis huiusmodi ad dictam filiam non transmisit. Sed istud obstare non potuit dicte filie quam non dico potuisse succedere ex persona dicti Girardi eius patris sed ex propria persona suipsius, cum etiam ipsa fuerit inuitata per verbum, ⁊ suos. Pro quo allegasse sufficiat quod ponit Oldrad. consilio mihi xcix. exordiente, Quidam habens tres filias et duos filios ⁊c. et Paul. de cast. consilio. cccliij. exordiente, Uisis omnibus punctis mihi traditis ⁊c. col. ij. versic. dicet aliquis ⁊ qui sunt sibi substitu-

4 ti ⁊c. † Nec opponat aliquis ꝙ p verbũ ⁊ suos, de quo supra debeat intelligi nõ suipsiꝰ quondã Girardi, sed sui prefati Michaelis testatoris, per id qd̃ voluit glo. et qd̃ ibi Bart. ff. ad trebel. Quoniã respõdeo ꝙ hoc nõ obstat. Tum q2 inspecto tenore predicti testamẽti, idem Michael sensisse videtur nõ de suis suipsius sʒ de suis dicti Girardi. Tũ ⁊ quia vt audio post prefatos Gabrielẽ ⁊ Raymundã ⁊ dicti Girardus et filia erant sibi propinquiores ⁊ sic sine verbã ⁊ suos, intelligi debeat de suis ipsius testatoris vel de suis dicti Girardi, verum erit dicere filiam dicti Girardi esse de suis et tanꝙ suam inuitatam.

Ubi vero diceretur ꝙ dictus

quondam Gabriel ab humanis decesserit non adita paterna hereditate, adhuc esset dicendum filiam dicti Girardi potuisse eidẽ succedere pro semisse, ⁊ prefatam Peyronã matrem pro alio semisse. Et hoc vel pro eo quia idem quondam Gabriel propter existentiam suitatis illa transmisit ad suos heredes, per ea que habẽtur. in. l. si filius qui patri. et quod ibi docto. ff. de vulga. et pupil-

5 la. † vel pro eo quia in dicta substitutione compendiosa comprehẽdebatur vulgaris expressa verbis generalibus, ꝙuis tacita verbis specialibus. vt not. Bart. in dicta. l. centurio. versi. quero vtrũ substitutio compendiosa facta per verbum cõmune cõtineat vulgarem ⁊c. ff. de vulga. et pupilla. Alexan. de imol. in. d. l. precibus.

6 colum. iiij. vbi etiam alij. C. de impube. ⁊ aliis substitu. † A vulgari vero siue expressa siue tacita potest testamentũ incipere. De expressa probatur in. l. iij. §. fina. ff. de libe. ⁊ posthu. in. l. gallus. fere per totum. ⁊ in. l. thays. §. splendophorus. ff. de fideicom. liberta. not. glos. ⁊ docto. in. l. si pater filium. ff. de vulga. ⁊ pupil. De tacita etiã probatur, per id quod not. docto. in. d. l. si pater filiũ. Concludo ergo filia dicta Girardi pro semisse seu medietate succedere, ⁊ ꝙ si ipsa ministerio tutoris hereditatem adiuerit, illa nũc pertinet dicte Marite eius matri.

7 † Si vero illa nõ adiuerit tũc

superest dubium, an saltem per beneficiũ restitutionis in integrũ possit dicte Marite eius quõdam matri succurri vt illam medietatem habeat ⁊ in ea succedat. Ad quod respondeo ꝙ ꝙuis super hoc articulo sint opiniones, vt apparet ex his que scribunt doct. in. d. l. si infanti. C. de iure deliberan. in. l. non solum. ff. de in integrum restitutio. in. l. qui duo. ff. de reb. dubi. et in. l. pantonius. ff. de acquiren. heredi. ⁊ in multis aliis locis. Tamen opinio Barto. quam ipse ponit in dicta. l. si infanti. ⁊ per quam voluit ꝙ heredi succcurri debeat per beneficium restitutionis in integrũ est magis communis, et quam etiam tenuit ipse Bartol. in dicta. l. qui duos. in princip. per illum text. pro qua etiam consuluit in consi. exordiente, Perusinus. Hanc opinionem etiam tenuerũt multi et magne autoritatis et doctrine, quos refert ⁊ sequitur Alexan. de imol. in dicta. l. si infanti. colum. viij. versicu. extra glos. tractat Barto. hic ⁊c. ⁊ Joan. de imol. in dicta. l. pantonius. ⁊ vt predixi, ista opinio est communis vt etiam refert domi. Jason may. in dicta. l. si infanti. colum. fina. a qua propterea non videtur in consulendo vel iudicando discedendum. l. j. versicu. crebrior apud veteres opinio ⁊c. ff. de offic. questo. et in. l. j. ff. de senato. quod etiam volunt Canoñ. in. c. j. de constitu. vbi multas remissiones ponit domi. Felyñ. charta vlti. colum. ij. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium. CXLVI.

De appellatione a commissario ad committentem, etiam si commissarius fuerit iudex ordinarius.

Summarium.

1 Judex ordinarius etiã in his que sine cõmissione poterat cognoscere potest fieri delegatus a sententia cuius nõ appellatur ad iudicem appellationum sed ad committentem.

Quia causa ⁊ cause dudum cepte et aliquandiu ventilate coram egregio viro domino iudice maiore ordinario Carpeñ. per ⁊ inter nobilem virum Petrum romey actorem ex vna parte. Et honestã mulierẽ Peyronam relictã honorabilis quondã viri magistri Petri moricelli notarij, nunc vero vxorem honorabilis viri magistri Petri galãdomi. Et tam suo ꝙ tutorio nomine liberorum ⁊ heredum eiusdem quondam magistri Moricelli fuerunt per reuerendum in Christo patrem dominum Grassensem episcopum tunc Auenionis ⁊ Comitatus Uenayssini gubernatorem, ipsi domi. iudici commisse, audiende, cognoscende, ⁊ decidende ⁊c. summarie, simpliciter, et de plano sineq; ⁊c. prout apparet ex signatura supplicationis parte dicti Romey in causa producte ⁊ inserte. fo. lxxxiiij. Nõ debuit nec de iure potuit ipsa Peyrona tutrix ⁊ tutorio nomine predictorum liberorum ⁊ heredum condemnata appellare ad venerabilem et egregium virum dominum iudicem appellationum predicti comitatus, et eius tribunal: sed appellare debuit ad ipsum reuerendum domi. committẽtem seu eius successorem: † quia ꝙuis dictus domi. iudex potue-

1 rit iure ordinario de dicta causa cognoscere etiam nulla sibi facta commissione: quia tamen per commissionem factam aliquid eidem iudici concessit quod ex ordinaria iurisditione non habebat, scilicet ꝙ posset procedere summarie, simpliciter, sine strepitu ⁊c. fuit aliquid additum ordinarie iurisditioni, et ipse iudex antea ordinarius factus est delegatus, per ea que notat Bartol.

et docto. communiter in. l. ius autem ciuile. ff. de iusti. et iur. et in. l. §. §. si quis simpliciter. ff. de verbo. obliga. quod etiam in terminis voluerunt Bal. in addi. Specu. titu. de legato. colū. vlti. Ange. cō sil. cxxxvj. exordiente, Uisis omnibus statutis etc. ad fin. Alexand. de imol. in. l. more. colum. mihi. vj. versic. vbi etiam tangit quid, si iudici ordinario etc. ff. de iurisdi. om. iudi. Fran. de are. in. d. l. j. §. si quis simpliciter. col. iij. versi. ex his etiam infert idem Ange. etc. et Lanfran. de ori. in repeti. c. quoniā contra falsam. charta. ij. versi. in glos. ij. de proba. Paul. de cast. in. l. j. §. opus nouum. vbi etiam Alexand. de imol. ff. de no. oper. nuntia. et idem Pau. in. l. et si pretor. ff. de iurisdi. om. iudi. et do. Jason may. in. d. l. cum autem ius ciuile. colū. j. Debuit ergo ipsa Peyrona appellare ad committētem aut successorem nō ad iudicē appellationū quo erat idem iudex ordinarius maior ratione cōmissionis. Et quia hoc nō est factum, non valuit eius appellatio.

Consilium. CXLVII.

De rebus ecclesie non alienandis.

Summarium.

1 Ecclesiasticarum rerum alienatio quando prohibita.
2 Defectus forme semper inducit nullitatem actus.
Forme nihil addi vel detrahi potest.
3 Forme omissio in qualibet minima parte vitiat totum processum.
4 Solennitas in alienatione rerum ecclesie qualis existere debeat.
5 In alienatione rerum ecclesiasticarū debet apparere de tractatu per publicum instrumentum.
6 Speculator reprehensus q dixerit ter fieri debere tractatū super solennitate alienationis bonorum ecclesiasticorum.
7 Notario attestāti super alienatione rei immobilis minoris an credendum.
8 Casum concessum subesse dicenti quando non standum.
9 Tempus quale requisitum ad inducendam presumptionē requisite solennitatis in alienatione bonorum ecclesie.
10 Canonice solennitati rerum ecclesiasticarum, an et per quod tempus derogari possit.
11 Consuetudo. 100. annorum est consuetudo immemorialis.
12 Solennitates secundum locorum cōsuetudines approbatas, an et quando seruare sufficiat in alienationibus ecclesiasticis.
13 Autenticam hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. ecclesi. in alienatione immobilium ecclesie, an et quatenus seruari oporteat.
14 Prescriptio aduersus ecclesiam quanti temporis debeat esse.
15 Heres malefidei possessoris an prescribere possit ex persona sua in rebus ecclesiasticis.
16 Ecclesia cuius res est alienata minus legitime an teneatur ad pretij restitutionem, etiam si a prelato fuerit alienata cum pretij receptione.
17 Fructus rei ecclesiastice male alienate in sortem an compensandi.
18 Cadens a possessione culpa sua an possit implorare iudicis officium vt in possessionem restituatur.

1 Alienatio † ecclesiasticarum rerum est de iure regulariter prohibita, et nisi in ea duo interuenerint, scilicet causa iusta, et canonica solennitas, est omnino inualida. c. sine exceptione. xij. q. ij. c. tua. de his que fiunt a prela. si. con. ca. c. nulli. de reb. ecclesie non ali. c. j. et. ij. eodem titu. in sexto. Et q defectu solēnitatis canonice, et sic forme, illa sit nulla, clarissime patet: † nam forme defectus actus nullitatē semper inducit. Forma namq dat esse rei. d. c. sine exceptione. et. c. tua. nihil enim forme addi vel detrahi potest, vt voluit Bald. in. l. fina. C. de suis et legi. heredi. † Dicit etiā Anto. de butri. in. c. pisanus. in. vij. not. et per illum text. de restitutio. spoli. quod omissio forme in qualibet minima parte vitiat totum actum, totumq processum. De defectu autem liciti casus probatur in. d. c. nulli. prohibetur enim alienatio rei ecclesie a iure: ergo si fiat, nulla prorsus est si non fit iure permittente. l. non dubium. C. de legib. et in regula que contra ius. de regu. iur. in. vj. hoc etiam probatur. in clementi. j. de reb. eccle. non alie. et in. c. que in ecclesiarum. de constitu. de quo glos. et Panor. et docto. in. d. c. nulli. infinitas prope remissiones ponit domi. Fel. in. d. c. que in ecclesiarum. Que si ita se habeant: immo quia sic se habent, palā infertur q cōcessio in emphitheosim, quam fecisse legitur Anno dn̄i Millesimo. cccclxxxj. et die. xvj. mensis Junij venerabilis vir frater Joannes durini, tunc pretensus prior venerabilis conuentus Celestinorū sancti Martialis de Gentilino prope pontē Sorgie prouidis viris Hugueto et Guillielmo guiardi fratribus de quodam eiusdem conuentus prato in actis cause latius mentionato, fuit et est nulla, tam respectu defectus solēnitatis requisite, q pro eo q non apparet casum de iure cōcessum vel permissum subfuisse. † Et quidē de canonica solennitate q illa in ea interuenerit nō apparet, requirebatur enim tractatus et diligens cause inquisitio an videlicet subesset casus necessitatis vel vtilitatis dicti conuentus, ppter quā vel oporteret vel expediret aliqd alienare de bonis dicti cōuent⁹, et an essent bona mobilia vel alia bona imobilia minus vtilia eidē Cōuētui, et in quorū alienatione versaret min⁹ dānum aut minor incommoditas. Et finaliter an expediret vel non expediret alienatio dicti prati, insuper etiā requirebatur subscriptio religiosorum illius conuentus et superioris autoritas, per id quod not. Joan. de imol. in. c. j. colum. iiij. versicu. quid autem si tractetur. de his que fiunt a prela. sine consen. capi. Panor. in. c. cū apostolica. colum. j. eod. titu. et in dicto. c. nulli. docto. in allegato. c. j. de reb. eccle. non alie. in sexto. et probatur in. c. placuit. et. c. sine exceptione. xij. q. ij. et quod not. Archidia. in. c. abbatibus. xij. q. ij. et in. c. in venditionibus. xvij. quest. iiij. et Laurentius de Rodul. dicto. c. sine exceptione. fol. iiij. versicu. quero quarto. ad fin. et fol. vj. ver. sed quero. xvj. ad fin. Non enim apparet tractatum de quo supra precessisse. Nec puto q de illo deponant testes quos non vidi. Et quidem vt puto non extranei, vtpote qui non interfuerunt actibus capitularibus dicti conuentus. Non etiam cōuentuales vt existimo, et si deponerent non videretur eis credendum. † Debuit enim et deberet apparere de tractatu per publicum instrumētum de eo confectum, quod etiam videtur presupposuisse Specu. titu. de loca. §. sequitur videre. versicu. porro si ecclesia vel monasterium etc. vbi ponens formam conceptionis in emphitheosim vel ad affictum facte per ecclesiam aut monasterium, et commemorās tractatum solennē primo pluries habitum, super ipsa concessione vel alienatione: tandem subiungit de ipso tractatu cōstare pluribus instrumentis. Et expressius hoc dicit in dicto. §. sequitur. colum. iij. versicu. item scias q de ipso tractatu. ibi, et no. q iste tractatus etc. vbi etiam dicit hūc tractatum debere fieri pluries, saltem ter vt quidam dicunt, et de qualibet vice debet fieri publicum instrumentum. † Et q̄uis hoc quod ibi dicitur q ter fieri debeat tractatus reprehendatur communiter, tam a Joan. and. ibi. in addi. q in dicto. c. j. de reb. eccle. non alienan. in sexto. nō tamen reprehenditur quoad hoc quod dicitur fieri debere publicū instrumentum de tractatu. Et idem voluit in simili Paul. de castro. consil. xcj. exordiente, Super eo quod queritur † vbi loquens de alienatione rei immobilis minoris dicit non credi verbis notarij attestantis fuisse adhibitam cause cognitionem: quia diligens inquisitio et inuestigatio que fieri requirebatur, secundum ea que habentur in. l. magis puto. §. magis passim. ff. de reb. eo. fieri non potuit tempore quo instrumētum celebrabatur sed requirebatur temporis interuallum, ergo notario attestanti nō creditur: quia ille non fuit rogatus vt de tractatu instrumentū reciperet, iuxta not. per glos. Barto. et docto. in. l. j. C. de fide instrumen. et iu. haste fisca. lib. x. per Bartol. et docto. in. l. sciendum. ff. de verbo. obligatio.

Etiam nec apparet dictam concessionem fuisse factam in casu de iure concesso vel permisso, nisi forte quis dicat q immo de hoc appareat cum in instrumento dicte pretense concessionis dictum extiterit pro vtilitate et euidenti commodo etc. Sed istud non obstat: † quia non est credendum huic assertioni facte per dictum fratrem Durini alienantem. In regulariter enim prohibitis certo casu permissis nō statur verbo dicentis casum permissum subesse. l. qui testamentum. ff. de probatio. l. cum quis decedens. §. titia. ff. de legat. iij. et quod voluit Joan. and. in additio. Specu. titu. de reb. ecclesi. non alienan. super rubrica. versicu. absit enim quod in prohibitis etc. Oldrad. consilio mihi. clxxv. exordiente, Quidam episcopus cuius mense etc. colum. vij. domi. Jason mayn. in prelu. feudo. charta viij. colum. ij. et voluit Bartol. in terminis in. l. si forte. colum. ij. versicu. et per hoc dixi si in instrumenti venditionis etc. ff. de castrē. pecul. de quo etiam dicit se plenius dixisse et scripsisse in dicta. l. sciendum. ff. de verbo. obligatio. quod et verum est vt videri potest ibi. colum. ij. versicu. sed contra hoc facit. et autenti. si quis in aliquo documento. colum. iij. versicu. iuxta predicta quero ecclesia etc.

sia rc.C.de eden.vbi etiam colum.fina.versi.secundo intellige rc. Idem sentit domi.Jason may.et hoc etiam fuit de mente Alex. de imol.in dicta.l.si forte.quatenus remittit ad not.per Bartol. in dicta autenti.si quis.Et voluit Geminia.in dicto.c.j.colum.j. de reb.eccle.non alie.in sexto.r do.Fely.in.c.sicut.colum.xiiij. versi cu.non obstat dictum Angel.rc.et plenius colum.xiiij.de re iudica.vbi etiam allegat hoc voluisse Antoni.de butri.Joann.de imol.et Panormita.in dicto.c.cum causa.et Panormita.in.c. quoniam contra.colum.xxxj.de proba. Refert etiam Alexan.de imol.pro hac parte consuluisse consilio inibi allegato. Restat ergo non esse probatum,saltem per instrumentum dicte concessionis quia testes non vidi,ꝙ in ipsa cõcessione interuenerit canonica solennitas,nec ꝙ illa facta fuerit in casu de iure concesso aut permisso.

9 †Nec opponat aliquis ꝙ dicta solennitas presumatur interuenisse propter temporis diuturnitatem,per ea que not.docto.in dicta.l.sciendum. Tum quia a tempore dicte pretense concessionis,que facta est anno predicto Millesimo.cccclxxxj.et die.xvj.mensis Junij vsqꝫ ad tempus inchoate cause hui⁹ quod fuit Anno domini Millesimo.ccccxcvj. r die octaua mensis Octobris,non currerunt nisi quindecim anni cum paucis mensibus qui non possunt dici tempus sufficiẽs et requisitum in hoc casu ad inducendam presumptionem requisite solennitatis.Tum r quia illa non presumitur,postꝙ apparet de ipsa concessione non solenni per instrumentuꝫ in causa productũ per id quod voluit Paulus de cast.consilio.xlviij.exordiente,In causa que vertitur rc.qui allegat no.per Innocen.in.c.proposuisti.de probatio.r sequitur Alexand.de imol.consilio.x.exordiẽte, Circa primum dubium quo queritur rc.in tertio volumi.r faciũt not.per Barto.et docto.in.l.solent.§.non vero.ff.de offi.proconsul.per Bald.in.l.si certis annis.colum.iij.C.de pact.et quod voluit And.barba.cõsil.xliiij.exordiẽte, Scribitur apud prophetã. charta penulti.versicu.et si dicatur.in prima parte. et Francis.de are.in dicto.c.quoniam cõtra falsam.ad fin.versi.r quia superius. de probatio.

Nec etiam obstat ꝙ parte dictorum Guiardorum legitur oppositum scilicet quod dicte solennitati derogatum extiterit per contrariam consuetudinem dicti 10 conuentus.Tum quia vt puto de illa non apparet.†Tuꝫ r quia predicte canonice solennitati,de qua videlicet habetur in dicto.c. sine exceptione.xij.q.ij.et in.c.tua.de his que fiunt a prelato. non potuit derogari per consuetudinem contrariam,per id quod habetur in.c.j.de consue.et in dicto.c.j.de reb.eccles.non alie.in sexto.quod etiam voluit Hostien.Joan.and.Joan.de imol.Panormi.et docto.communiter in dicto.c.nulli.r Lauren.de Rodul.in dicto.c.sine exceptione.r versic.superius allegatis.Nisi forte tanti temporis esset consuetudo huiusmodi ꝙ de illius initio memo-
11 ria non extaret,†et sic esset centum annorum,per id quod voluit Cardina.flo.in clemen.ij.in principio.in.iiij.colum. versi.octauo quero.de reb.eccle.non alienan.r quod habetur in.c.j.de prescrip. in.vj.de qua consuetudine non puto hic apparere,nec puto ꝙ testes de illa deposuerint,iuxta practicam quam ponit glo.fina.in dicto.c.j.de prescriptio.in.vj.post Innocen.r Hostiẽ.in.c.veniẽs. r.c.quid per nouale.de verbo.signifi.r Alexan.de imol.consil.vij.
12 in primo volu.†Fateor prout refert Archidi.in.c. de reb.alie. in.vj.Gauffre.scripsit ꝙ sufficit seruare solennitatem secundũ locorum consuetudines approbatas,r hoc in summa.de reb.eccles. non alie.§.in rebus.r dicto.c.nulli.vbi etiam secundum eum hãc sententiam videtur approbare Inno.eo casu quo cõsuetudo huiusmodi nõ esset damnosa seu grauis ecclesie.Sed vt dicit Archi. vbi supra.Hosti.Joan.and.r alij in dicto.c.nulli.istorum sententia reprobatur in dicto.c.j.versicu.quia.de reb.eccle.non alienã.in vj.Facit dictum.c.j.de consue.r.c.cum causa.de re iudi.r idem voluit Lauren.de Rodul.in dicto.c.sine exceptiõe.r locis superius
13 allegatis.Et hec est opinio communis.†Et ꝗuis post docto.Cano.ita communiter opinantes.domi.Fely.in dicto.c.cum causa. colum.iij.de re iudi.dicat ꝙ in alienatione rerum immobilium ecclesiasticarum non sit opus seruare dispositionem. autenti.hoc ius porrectum.C.de sacrosanct.eccle.Pro eo quia non est verum ꝙ illa fuerit canonizata aut ꝑ ecclesiã recepta ꝗuis fuerit ꝑ Gratia.inter cano.inserta.x.questio.ij.idem tamen domi.Feliñ.dicit hoc debere intelligi quoad decretuꝫ, subhastationem r similia de quibus in ea.Sed quoad cause cognitionem solennem r diligentem adhibendam nõ est dicta autẽti.refutata ꝭm Lauren.de Rodul.in dicto.c.sine exceptione.in.x.questio.r dicit posse exemplificari quoad testium examinationes qui referunt super estimatione rei alienande quos dicit debere esse iuratos.autenti.de non alie.aut permu.re.eccle.§.quod autem.colla.ij.a quo extracta est dicta aut.hoc ius porrectum,vt super ea dicit glo.Et ita ratione iuramenti stabit solennitas illius aut.

14 †Etiam nec obstat predicto conuentui exceptio prescriptionis parte dictorum Guiardorum eidem opposita.Tum quia illa non est quadragenaria. autenti. quas actiones.C.de sacrosanc.eccle.r.c.de quarta.cum multis similib.de prescript.Tum et quia prefati Guiardi fuerunt malefidei,pro eo quia contra legem mercati sunt.l. quemadmodum. C. de agrico.r censi.lib.xj.r regula qui contra iura.de regu.iur.in.vj. non ergo prescribere potuerunt nec prescriptioneꝫ inchoare,etiã si possedissent per tempus al's sufficiens ad prescriptionem.c.fin. de prescript.et regula possessor malefidei.de regu.iuris.in sexto.
15 †Et non solum ipsi prescribere non potuerũt sed nec heredes ipsorum,etiã ex personis ipsorum heredum secundum opinionem magis communem, super qua tamen non insisto: quia nec est opus.

16 †Et licet summa que data fuisse pretenditur prefato fratri Durini oblata extiterit,illa tamen non debetur per conuentũ.l.iubemus.la seconde.§.plane.r quod ibi multi docto.r autẽti.qui res.C.de sacrosanct.eccle.r.§.potest. versicu.qui vniuersas.r quod ibi glos.xvj.qõ.iij.quod etiam videtur fuisse de mente Innocẽ.in.c.ad audientiam.de reb.eccle. non alie.r tenuerunt multi in.c.ad nostram.r.c.si quis presbyterorũ. Hoc etiam tenuit Panormita.in dicto.c. cum causa.ad fin.de re iudica.vbi domi.Felyñ.versicu.ad illud mirabile rc.Multos refert qui etiam hoc tenuerunt,scilicet quod ecclesia cuius res minus legitime est alienata non teneatur ad restitutionem pretij quicquid sit de prelato vel eis qui male alienauerunt et pretiũ receperunt.

17 †Preterea ipsi Guiardi possederunt dictum pratum r fenum in eo excretum multis annis collegerũt quod suum non fecerunt,sed debent illud compensare cũ dicta summa et reparationibus si quas fecerint.Pro quo breuiter r succincte remitto ad ea que refert et not.Joan.de imol.in.c. si quis presbyterorum.et.c.ad nostram.de reb.eccle.non alie.r Felyñ.in dicto.c.cum causa.colum.viij.prope fin.de re iudi.Adijcio ꝙ etiam non apparet hanc pretensam summaꝫ fuisse conuersam in vtilitatem cõuentus.

Postremo non est premittẽdum eidem conuẽtui opponi non potuisse seu posse ꝙ non probauerit dominium seu quasi dicti prati: quia respondeo r dico ꝙ idem conuentus nõ egit nec agit actione rei vendicationis aut publiciana:nec super illis aut earum altera formauit petitionem sed iuxta practicam quam ponit Specu.titu.de reb.eccles.non alie.in princip.et in titu.de his que fiunt a prela. Nec sibi potuit aut potest referri questio dominij ꝑ dictos Guiardos,postꝙ ipsi pratum predictum a dicto fratre Durini quamuis male et nulliter nomine dicti conuentus alienante receperunt, per id quod in simili voluit Paulus de castro.consilio.iij.exordiente,Super primo.colum.fina.Pro quo allegat.l.siue possidetis.C.de probatio.et no.in.l.cum res.eodem titu.dictam etiam practicam Specula.allegauit in simili Paulus de castro.consilio.ccxv.exordiente,Si non intercessisset iuramentum rc.colum.fina.versicu.super secundo vero dubio.vbi loquens de minore qui sine debita solennitate rem suam alienauit, consulit quo remedio illam petere debeat.Ex cuius dictis post Specula. vbi supra, apparet suffecisse et sufficere eidem conuentui probasse,quod prefati Guiardi pratum predictum receperint ab eodem Durini nomine dicti con-
18 uentus,quamuis nulliter et de facto alienante.†Potuit etiam pro recuperatione dicti prati implorari officium iudicis, per id quod voluit Hostien.et alij post eum in cap.accedens.le premier. vt lite non contesta. vbi voluit per illum text. secundum vnum intellectum quod quando quis cecidit a possessione sua per suam culpam vel negligentiam,possit implorare officium iudicis vt restituatur in pristinum statum ad suam possessionem vel quasi:et hoc saltẽ procedit in ecclesia.vt etiã voluit Anto.de but. in dicto.c.sepe.circa vltimã colum.de restitutio.spoliato.Panormi.in dicto capitu.accedens.et Alexand.de imol.consilio. xcij. exordiente,Perspectis his que in themate rc. colum.quarta.in primo volumine. Ex quibus omnibus patet prefatum dominum conuentum debuisse et debere in causa reportare victoriam non obstantibus quibuscunqꝫ in aduersum allegatis que non obstant. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium. CXLVIII.

De substitutione fideicōmissaria per verbum, ꝛ suos.

Summarium.

1 Substituto per fideicōmissum cōditionale moriente pendē te conditione, fideicommissum tam vniuersale ꝙ particulare an extinguatur.
2 Substituti copulatiue quando ordine successiuo videantur esse inuitati.
3 Suorum appellatione qui veniant, ꝛ an testator per dictionem, ꝛ suos: intellexerit de suis proprijs filijs.
4 Notariorum cōmunis stilus ꝛ loquendi vsus per multa tempora receptus est seruandus.
5 Vsus omni regule omniqꝫ consuetudini solus derogat.
6 Heredum appellatione qui veniant. nume. seq.
7 Dictio quoscunqꝫ est signum vniuersale, et in testamentis positum in fine clausule potest referri tam ad verbum heredes, ꝙ successores.

Onitur i facto ꝙ dudum fuit in humanis honorabilis quondam vir Antoni⁹ bonini loci Abolene, q pridē Anno vcꝫ dñi Millesimo. cccclvj. ꝛ die. xxv. mēsis Junij, fecit ꝛ cōdidit eius vltimū ꝛ nūcupatiuū testamentuꝫ in quo inter cetera legauit ꝛ iure institutionis reliquit Claudete eius filie naturali et legitime, ꝛ posthume, si quā nasci cōtingeret ꝛ earū cuilibet octuaginta florenos quibus eas voluit esse contētas ꝛ tacitas, ita ꝙ nihil aliud petere possent in ꝛ super bonis eiusdem testatoris: heredes vero suos vniuersales instituit Guillielmum ꝛ Gononum bonini fratres filios suos naturales ꝛ legitios, ac posthumū seu posthumos masculos ex vētre eius vxoris nascituros equis portionibus ꝛ suos heredes ꝛ successores quoscunqꝫ. Et primo decedenti vel decedentib⁹ sine libero vel liberis ex suo corpore, ꝛ de legitimo matrimonio procreatis substituit superuiuētes ꝛ superuiuentem eorundē. Et si omnes dicti filij ꝛ heredes sui quandocunqꝫ sine libero vel liberis ex suo corpore ꝛ de legitimo matrimonio procreatis decederēt, substituit eis sic decedētibus Maragdam fauchone eius vxorem ꝛ suos heredes et successores quoscunqꝫ. Deinde vero permanens in voluntate hmōi ab humanis decessit prefat⁹ Antonius superstitibus dictis eius filijs ꝛ filia, post cui⁹ mortē ꝛ decessum nata est posthuma nomine Margareta. Mortuo vero ꝛ vita functo prefato testatore, dicti Guillielmus ꝛ Gononus ei⁹ filij bonis ꝛ hereditati eiusdem se immiscuerunt ꝛ pro heredib⁹ se gesserunt. Successu tēporis vita functus est ꝛ ab humanis sine liberis decessit dictus Guillielmus bonini superstitibus Gonono, Claudeta, ꝛ Margareta fratre et sororibus et Maragda matre. Deinde autē vita functa ꝛ ab humanis decessit dicta Maragda prius cōdito eius vltimo ꝛ nūcupatiuo testamēto in quo heredes vniuersales instituit prefatos Gononū ꝛ Margaretaꝫ bonini, ac etiam Antonetā peyrolerie quā ex alio viro susceperat ipsos adinuicem si ab humanis sine liberis decederent substituēdo, q mortua ꝛ vita functa dicta Maragda adiuerunt ꝛ acceptarunt bona ꝛ hereditatē eiusdē. Cōsequēter aūt mortua est pdicta Margareta supstitibus ꝛ sibi superuiuētib⁹ Joāne ꝛ Claudio chambaudi eius filijs naturalib⁹ ꝛ legitimis ꝛ vniuersalib⁹ heredib⁹. Postremo vita funct⁹ est ꝛ ab humanis sine liberis decessit dict⁹ Gonon⁹ bonini prius cōdito per eū eius vltimo ꝛ nūcupatiuo testamento in quo heredes vniuersales instituit prefatos Antonetā peyrolerie, Joannem ꝛ Claudium chambaudi.

Questitum est an dictus Gononus testari potuerit, ꝛ de quo, et quis in bonis dicti quondam Antonij primi testatoris ad eum peruentis successerit.

Hristi nomine iuocato. Viso cōsultatiōis themate parte honeste mulieris Antonete peyrolerie mihi exhibito, vna cum dubijs ex themate hmōi elicitis. Dico et rñdeo put infra. Premittēs p illoꝝ faciliori solutiōe ꝙ licet dicta Maragda substituta extiterit dictis Guillielmo ꝛ Gonono, si ipsi sine liberis ꝛ de legitimo mfimonio pcreatis ab hūanis decederēt. Et ꝙuis etiā ipsi Guillielm⁹ ꝛ Gonon⁹ ab hūanis sine liberis decesserint, substitutio tamē facta de dicta Maragda sibi locū nō vēdicauit in psonā ipsi⁹, sed quoad eā q mortua est superstite ꝛ sibi supuiuēte dicto Guillielmo bonini ei⁹ filio effecta est caduca: † qꝛ cū substitut⁹ p fideicōmissum cōditionale morit pēdēte cōditione, fideicōmissum hmōi perit ꝛ extinguit quoad ipsum institutū. Et hoc siue loquamur in fideicōmisso vniuersali siue in particulari. l. si in psonā. ꝛ qō ibi gl. ꝛ doct. C. de fideicō. l. vnica. §. si aūt sub cōditiōe. C. de cadu. tollē. l. miles. §. j. l. vnū ex familia. §. rogo. l. cū pr̄. §. hereditatē. ff. de legat. ij. ꝛ. l. qro. ff. de alimē. ꝛ ciba. lega. no. gl. ꝛ doct. in. l. vnica. C. de his q ante aper. tabu. Verū qꝛ nō solū fuit dicta Maragda substituta pfatis Guillielmo ꝛ Gonono, sed etiā ipsi⁹ Maragde heredes, non fuit nec est extinctū fideicōmissuꝫ hmōi quoad psonas heredū dicte Maragde, ꝫ quo ad eoꝝ psonas sibi locū vēdicauit ꝛ vēdicat postꝙ vt ponit in facto, ipsi Guillielm⁹ ꝛ Gonon⁹ ab humanis sine liberis decesserūt.

2 † Quāuis eni dicti Maragda ꝛ eius heredes fuerint substituti copulatiue, ꝛ pptereavideant fuisse inuitati vt simul venirēt ad substitutionē, ipsi tñ Maragda ꝛ heredes fuerūt reuera inuitati ordine successiuo, dicta vcꝫ Maragda si supuiueret tpe mortis ꝛ decessus dictoꝝ quōdā Guillielmi ꝛ Gononi. l. heres me⁹. in prin. ff. de cōdi. ꝛ demō. ꝛ prefati ipsi⁹ Maragde heredes, si eadē Maragda tpe mortis pdictoꝝ Guillielmi ꝛ Gononi nō superuiueret. Et sic ordine successiuo. l. gall⁹. §. j. cū ibi plene no. p gl. ꝛ doct. ff. de lib. et posthu. viuēs eni nō habet heredē. l. ij. ff. de heredi. vel actio. vēdi. Et sic nō poterāt simul venire Maragda et ei⁹ heredes: quia ipsa Maragda ꝙdiu vixit heredes nō habuit. Sic igit primo inuitabatur ipsa Maragda. Et deinde si ipsa non superuiueret inuitati extiterunt dicti eius heredes.

3 † Premitto preterea ꝛ secundo ꝙ licet prima facie videat ꝙ p verbū, ꝛ suos heredes, idē quōdā Antoni⁹ substituerit ꝛ inuitauerit, non qdē suos heredes ipsi⁹ Maragde substitute sed suos heredes eiusdē Antonij disponentis, p id qō habet in. l. ex facto. in prin. in verbo, ꝛ suā. iūcta expositiōe glo. ꝛ qō ibi Bar. ꝛ doc. ff. ad trebel. ꝛ qō no. Bar. in. l. cū in testamēto. ff. de auro ꝛ argē. lega. Jo. de imol. in. c. iudicāte. colū. vj. de testa. ꝛ Pōti. Raynau. in suo tracta. de suita. ad fi. attamē viso ꝛ diligēter inspecto tenore toti⁹ testamenti dicti quōdā Antonij, videt ꝙ ipse intellexerit de heredib⁹ suis ipsi⁹ Maragde substitute, nō de heredib⁹ suis eiusdē Antonij testatoris et disponētis: qꝛ vt pdixi, ille primo heredes istituit ꝛ iuicē breuiloce seu reciproce substituit dictos Guillielmū ꝛ Gononū sub cōditiōe si sine liberis ex suo corpore ꝛ de legitimo mfimonio pcreatis ab hūanis decederent: ꝛ deinde his Guillielmo ꝛ Gonono suis heredib⁹ si ambo sine liberis ꝛ de legitimo mfimonio pcreatis decederēt substituit dictā Maragdā vxorē ꝛ heredes suos. Et ita non videtur potuisse sentire de heredib⁹ suis ipsi⁹ Antonij disponētis, ꝫ de heredib⁹ dicte Maragde substitute.

4 † Et huic itellectui etiā ꝯuenit cōis stil⁹ oīm notarioꝝ de testamētis instrumēta seu notas recipiētiū: q licet in descriptiōe notarū seu instrumētoꝝ hmōi vtant verbis tertie psone, ipsi tamē loquētes de suis nō ipsius testatoris seu disponētis sed alteri⁹: vt verbigra, instituti vel substituti aut legatarij, dicūt subscribūt ꝛ suos, ꝛ ita etiā de cōmuni vsu loquēdi q obseruat ꝛ obseruatus est ab annis plurimis ꝛ citra dicta verba ꝛ suos, ita intelligi cōsueuerūt per id qō voluit Bar. ꝛ doct. in. l. labeo. ff. de supel. lega. Et huic cōmuni vsui loquēdi standū est,

5 † qꝛ vt dicit Old. cōsi. mihi. cxviij. exordiente, Ad primā questionē ꝛc. in exaudiēdis sermonib⁹ vsus omni regule oiqꝫ constitutioni solus derogat. l. librorū. §. quid ergo. ꝛ qō ibi no. ff. de lega. iij. l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iu. ꝛ. c. ex literis. ad fi. de spōsa. idē voluit Panor. in. c. j. ver. adv nū tamē aduertas de iudi. Anto. de but. cōsil. xij. exordiente, Viso pūcto ꝛ quesitis suprascriptis ꝛc. Joan. de imol. in. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matri. ꝛ alij plurimi in alijs locis. Restat ergo ꝙ dictus quondam Antonius videatur substituisse heredes dicte Maragde. Non est ergo dubiū quin prefata Antoneta peyrolerie censeatur inuitata. Quo vero ad Margaretam que mortua est superuiuente ꝛ superstite dicto quondam Gonono, ꝛ sic pendente conditione fideicōmissi facta est substitutio caduca. d. l. si in personam. C. de fideicō. l. vnica. §. si autem sub conditione. C. de cadu. tollen. ꝛ alijs iuribus superius allegatis cū locutus sum de caducitate substitutionis facte de Maragda. Etiā nec habuit locum substitutio hmōi in personam dicti quondam Gononi: quia cum ipse esset ille per cuius mortē si sine liberis decederet prout et decessit erat futurus locus substitutioni, non potuit ipse sibijpsi in hoc casu efficaciter substitui: quia non potuit sibijpsi defuncto succedere ipse tanꝙ viuens et superstes al's poneremus eum fuisse eo tempore mortuum ꝛ viuum: mortuū quidem vt sic esset locus substitutioni, ꝛ viuū vt post mortē suijpsius succederet, quod est impossibile.

Sed cum

Sed cum tempore mortis dicti quondam dicti quõdam Hononi superessent prefati Joannes ꝛ Claudius chãbaudi filij ꝛ heredes dicte quondam Margarete prius vita functa superest difficultas, an etiam isti videantur inuitati, pro eo quia licet non fuerint heredes immediati dicte quondam Maragde eorum auie materne, sunt tamen ipsius heredes mediati, pro eo quia sunt heredes dicte quondam Margarete heredis pro triente eiusdem quondam Maragde, † quia heres heredis testatoris est heres. l. fina. cum suis similibus. C. de heredi. instituen. Est enim certum et regula generalis ꝙ appellatione heredum venit non solum heres primus, sed etiam vlteriores. l. heredis. et. l. sciendum. ff. de verbo. significatio. l. qui per successionem. ff. de regu. iur. et. l. in annalibus. C. de legat. Et pro hac parte faciunt multa argumenta inducta per Pet. de anchara. consi. cxxix. exordiente, Pro et contra subtiliter allegatum est ꝛc. Etiã pro hoc facit, quia dictus quondam Antonius, non solum substituit dictam Maragdam ꝛ suos heredes sed etiam adiecit et successores quoscunqꝫ. † Propter enim illud verbũ, quoscũqꝫ, quod est signum vniuersale, ꝛ quod vtpote positum in fine clausule potest referri, tam ad verbum heredes ꝙ ad verbum successores, per ea que not. docto. in. l. si idem. §. fina. ff. de iurisdi. omni. iudi. et in l. j. C. de libe. preteri. vel exhereda. in. c. secundo requiris. de appellatio. videtur inuitasse omnes heredes dicte Maragde, ꝛ sic non solum heredes primi gradus hoc est immediatos, sed etiam heredes heredum, nec videtur in hoc casu eundem quondam Antonium testatorem habuisse maiorem affectionem ad heredes primi gradus dicte Maragde ꝙ ad vlteriores, cum ei incognitum existeret qui postea forent heredes eiusdẽ Maragde. Et per hoc non videtur obstare determinatio Pet. de ancha. in dicto consil. cxxix. Ubi consuluit et voluit per multas rationes ꝙ in substitutione fideicommissaria de qua ibi, et per quam fuerant substituti heredes cuiusdam Helie, nõ venirent heredes heredis huius Helie: quia heredes Helie tempore facti testamenti erant noti testatori vtpote qui iam heredes existerent. Hic autem incognitum erat qui futuri essent heredes dicte quondam Maragde, adhuc viuentis tempore testamenti prefati Antonij, et qui propterea adhuc heredes non habebat. Et eodem modo respondetur ad id quod not. Bald. in dicta. l. fina. in. ij. opposi. C. de heredib. institu. Ubi respondendo ad contrarium factum de. l. qui liberis. §. hec verba. ff. de vulga. et pupilla. dicit inter cetera quod ideo ille §. hec verba, non obstat dispositioni dicte. l. fina. quia in casu dicti. §. hec verba, habebat testator affectionem circa personam substituti et per eum inuitati sub nomine heredis, que affectio nõ militat quoad personam sibi incognitam prout erat in casu nostro. Nisi forte quis diceret eundem quondam Antonium sensisse, nõ quidem de quibuslibet heredibus dicte quondam Maragde, sed de liberis ipsius Maragde seu de his qui essent et heredes ꝛ liberi dicte Maragde, per id quod post Richar. malumb. in quadaz sua disputatione voluit Bartol. in. l. gallus. §. etiam si parente. circa medium. ff. de liberis et posthu. et Paulus de cast. in dicto consilio.

Sed istud nõ obstaret / quia non solum predicta Antoneta est de liberis dicte Maragde, sed etiam prefati Joãnes ꝛ Claudius chambaudi et si ponderemus affectionem videretur dicendum debere censeri eundem Antonium habuisse maiorez affectionem ad liberos ipsius Maragde et suũ ipsius, hoc est qui descendissent vel descenderent ex ipsis Antonio ꝛ Maragda cuiusmodi sunt isti Chambaudi, ꝙ ad dictaz Antonetam, que licet sit de liberis Maragde, nõ tamen est de liberis dicti Antonij testatoris. Non igitur videtur obstare dictus §. hec verba. Cui etiam respõderi potest secundũ Bal. in. d. l. fi. in quarta oppo. C. de heredi. institu. ꝙ ille procedit eo casu in quo fit mentio in testamento de herede testatoris: quia tunc non veniet aliquis preter scriptos heredes. Sed vbi fit mentio de herede alterius puta substituti, tunc veniet heres heredis, ꝛ ita debet intelligi secundum eum. d. l. in annalibus. C. de lega. Hãc respõsionem etiam ponit Raphae. in. d. §. hec verba, ꝛ cum hac ratione velut notabili transit Pet. de anchar. in dicto consil. cxxix. exordiente, Pro ꝛ cõtra subtiliter ꝛc. secundũ Alexand. de imol. qui ita no. in d. §. hec verba. col. j. Ex quibus omnibus videtur ꝙuis iste casus nõ sit sine dubio ꝙ nõ solum dicta Antoneta peyrolerie sed etiaz dicti Joannes ꝛ Claudius Chambaudi censeãtur inuitati ad fideicõmissum per dictũ Antoniũ testatorẽ relictũ, quilibet videlicet ꝑ tertia parte. Et ꝙuis de fideicõmisso hmõi, potuerit ipse Hononus ex sua persona detrahere duas quartas, scilicet legitimã ꝛ quartã trebellianicã que peruenissent ad suos proximiores, nisi ipse testatus extitisset: qꝛ tamen testatus est, ꝛ vt dictum est in casu tres heredes instituit, scilicet prefatos Antonetã peyrolerie, Joannẽ ꝛ Claudium chambaudi nõ est super his insistendũ: quia dicti heredes etiam in his succedunt vt heredes eiusdẽ quondam Hononi. Quo vero ad illas duas quartas que detrahi potuerũt de quota ꝛ portione relicta dicto quondam Guillielmo, si factus pubes ab humanis decesserit, aduertendum est ꝙ in illis successerũt Maragda mater, Guillielmus, Claudeta, ꝛ Margareta frater ꝛ sorores, quilibet videlicet pro quadrãte seu quarta parte exclusa eadem Antoneta peyrolerie. aut. de heredi. ab intest. §. cõsequens. ꝛ. §. seq. collat. ix. ꝛ trãsumptiue in aut. de functo. C. ad tertul. Residuũ vero hoc est id quod superfuit detractis dictis duabus quartis restitui debuit dicto Honono superstiti ꝛ substituto. Et istud nũc pertinet predictis Antonete, Joãni, ꝛ Claudio: eisdem etiam pertinet pars ꝛ portio, que de quartis predictis peruenerant ad prefatos Maragdã ꝛ Hononum quibus successerunt. pars vero que ad dictã Margaretã de quartis huiusmodi peruenerat, pertinet dictis Joanni ꝛ Claudio eius filijs.

Consilium. CXLIX.

De substitutione pupillari inclusa in fideicõmisso, ꝛ de grauamine impuberis in legitima, ꝛ de trebellianice detractione ex fideicommisso relicto pie cause.

Summarium.

1 Substitutio pupillaris an includatur in fideicõmisso, et lucrum quod cõsecutus est pupillariter substitutus an veniat in restitutione fideicommissi ab eodem pupillariter substituto relicti. nume. 3. ꝛ. 4.
2 Cõsequenti falso, antecedens an verum.
4 Opinioni vltime recitata doctor an videatur resedisse.
5 Impubes an grauari possit in legitima.
6 Trebellianica ex fideicõmisso relicto pie cause an possit detrahi. nume. sequẽ.
7 Opinio fauens anime est tenenda, ꝛ quid si faueat religioni.

Uiso testamẽto prouidi quondam viri Syffredi blacherie, et preterea intellecto casu qui postea contigit. † Dico ꝛ respõdeo ꝙ super hoc an videlicet, id quod pupillariter substitutꝰ habuit ex pupillari substitutiõe veniat in restitutione fideicõmissi ab eodẽ substituto alteri relicti sunt opiniões, ꝛ quidem non modice sed magne ꝛ inter iurium vertices. Rayne. enim de forli. relatus per Bal. in. l. ex tribus. colum. fina. C. de inoffi. testa. Joã. de imol. ꝛ docto. in. l. ita tamen. §. qui suspectam. ff. ad trebellia. tenuit simpliciter ꝙ substitutio pupillaris nõ includatur in fideicõmisso, ꝛ sic ꝙ lucrũ quod cõsecutus est pupillariter substitutus nõ veniat in restitutione fideicõmissi ab eodẽ pupillariter substituto relicti: motus, qꝛ si includeretur ꝛ impubes habuisset bona aliũde quesita vel aliunde ad eundem peruenta ꝙ ex paternis bonis sequeretur ꝙ in fideicommissaria substitutione includerẽtur etiã propria bona impuberis, hoc est ea que habuisset aliũde ꝙ a patre. Ista cõsequẽtia probatur per id qõ habetur in. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulga. ꝛ pupil. † Sed cõsequens est falsum. l. coheredi. §. cũ filie. versic. nec fideicõmissi ꝛc. ꝛ quod ibi docto. ff. de vulga. ꝛ pupilla. ergo antecedens falsum est, scilicet ꝙ in fideicõmisso veniat substitutio pupillaris hoc est lucrum inuim illius habitum. Et hanc opinionem quoad casum occurrentẽ, videtur sequi Ange. in. l. ita tamẽ. §. qui suspectam. versi. interdum dubitatur an institutus grauatus ꝛc. ff. ad trebelli. † Ubi omissis alijs que non seruiũt, dicit ꝙ si verba fideicommissi fuerint indefinita puta quia dixit testator. Et si dictus filius decesserit sine liberis, ꝛ tunc perinde est secundum eum acsi ipse fuisset grauatus de restituendo portionem suam quo casu non venit quesitum ex pupillari: quia illud quesitum non fuit portio sua sed portio pupilli. l. quiꝰ fundum. §. qui filios. ff. ad legem falcid. allegat etiam idem Angel. quia non est verisimile testatorem voluisse hunc filium vltimo decedentem grauare duplici onere prestationis, hoc est onere restitutionis hereditatis pupillaris, ꝛ proprie portiõis ipsius vltimo decedentis. l. titia. §. qui inuita. ff. de lega. ij. Et huic opinioni videtur adhesisse Bald. in. d. l. ex tribus. versic. vltimo quero. C. de inofficio. testamento. pro eo † quia ipse in vltimo loco recitauit opinionem Rayne. nec eam impugnauit, et sic videtur

in ea resedisse, per id quod not. idē Bal. in. l. j. in fin. ff. de constitu. princi. gl. & doc. in. l. qui filium. §. sabinus. ff. ad trebel. & alij in alijs locis. Bart. vero videt aliter dixisse in. d. l. ita tamē. §. q suspectā. Dicit enim q si testator primo ꝓuiderit pupillariter substituendo, & deinde grauauerit per fideicōmissum secundum ordinē intellectus tantum, vel secundum ordinem scripture & intellectus, & tunc in fideicōmisso venit substitutio pupillaris, seu id quod per eam habitum est. Pro quo allegat. l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad legē falcid. & l. sceuola. ad fin. & quod ibi per eū. ff. ad trebellia. Et huic opinioni videtur adhesisse Bal. consil. xxxix. exordiente, Punctus questiōis emergentis &c. in secunda parte. Hanc etiā opinionē videtur in casu occurrēti sequi Joā. de imol. in. d. §. qui suspectam. & in hoc cōtradicere Ang. Istam opinionem etiam tenuit Paul. de cast. in. d. §. qui suspectam. vt scilicet in hoc casu in quo testator disposuit & ordinauit de hereditate suijpsius vendenda, & sic de bonis suis veniāt ea bona que habuit substitut⁹ in vim pupillaris substitutionis, ea dico que ad pupillum peruenerāt de bonis patris, si vero idē pupillus habuisset bona aliunde q̄ a patre, illa nō venirent in fideicōmisso sed remanerent secundum eū penes heredem grauati. Et hoc dicit Pau. de cast. in lectura Paduana. in lectura vero Bononiensi dicit Bartol. in. d. §. qui suspectam. dictam opinionem Bart. etiam secutus est Bald. in. l. cum virum. versi. quero nunquid id quod capitur ex substitutione pupillari. C. de fideicōmis. Etiam eam videtur sequi Pau. de cast. in dicta. l. ex tribus, & hec videtur mihi magis communis a qua propterea esset periculosum recedere in iudicando vel cōsulendo. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. et in. l. j. ff. de senato. de quo Cano. in. c. j. de cōstitu. vbi do. Feli. charta vlti. col. ij. ponit multas remissiones.

5 †Sed superest difficultas an de illa parte que ad filiam primo defunctam peruenerat, & deinde in vim pupillaris substitutiōis peruenit ad eius sororem sibi substitutam & grauatam de restituēdo possit domina Ayssellena detrahere legitimam. Super quo dico q Bald. et alij post eum formauerunt istud dubium in. d. l. ex tribus. vbi voluit Bal. q si verba grauaminis essent relata, tam ad impuberem q̄ etiā ad puberem: vt verbigratia, testator habēs duos filios, vnū videlicet impuberem & alium puberem, illos heredes instituit: & impuberi filio puberē pupillariter substituit: & si ambo decesserint substituit illis, & eorum cuilibet Sempronium: isto casu poterit detrahi legitima non solum ex persona vltimo decedentis, sed etiā ex persona primo decedentis. Et idem fuit de mente Bald. in dicto consi. lxxxix. Et sic si essemus in terminis in quibus loquitur Bald. dicta do. Ayssellena detraheret ambas legitimas dictarum filiarū que erant triens trenis assis. auf. de triente & semis. §. j. collat. iij. et transumptiue in auf. nouissima. C. de inoffi. testa. sed hic nō apparet prefatum testatorem grauasse vtranq; filiam, sed grauauit indefinite: quia post mortem omnium si sine liberis &c. voluit vendi eius hereditatem. Quo casu perinde est ac si grauasset vltimo decedentē. l. codicillis. ff. de vsufruc. lega. que vltimo decedēs potuit grauari in legitima filie primo decedentis in pupillari etate. l. si fundum per fideicōmissum. §. fina. & l. seq. ff. de lega. j. not. doct. in dicta. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. & pupilla. et in. d. l. ex tribus. Et ita videtur q in casu isto non possit detrahi legitima ex portione filie impuberis que primo decessit. Quo vero ad legitimam filie puberis que secundo loco decessit nō est dubium: quia ipsa in illa grauari nō potuit. l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. cum suis simili. C. de inoffic. testamen. Illa etiam nō venit in fideicommisso ab ipsa filia pubere relicto. dicta. l. coheredi. §. cū filie.

6 †Sed restat difficultas an de istis bonis, hoc est tam de portione que fuit filie impuberis q̄ de portiōe alteri⁹ possit detrahi trebellianica. Ad quod dico q nisi istud fideicommissum relictum fuisset pie cause, illa posset detrahi, secundū Paul. de cast. qui ita not. in dicta. l. ex tribus. ad finē. Sed quia illud fuit relictum pie causa, remanet alia difficultas in qua sunt opiniones. glos. enim in. c. si pater. super verbo, trebellianica, quam docto. reputant singularem tenuit q de fideicommisso vniuersali etiam pie cause relicto detrahitur trebellianica, que etiam fuit opinio Archidia. in. d. c. si pater. in additio. Hanc opinionem tenuit Oldra. consil. mihi. cxcvij. exordiēte, Presupposita cōsuetudine ciuitatis Parisiensis &c. versi. ad sextam questionē an de relicto vniuersarij &c. Innocen. in. c. cum tibi. de testa. & Roma. in repetitio. autenti. similiter. circa fin. C. ad legem falcid. vbi plene hanc questionem examinat respondendo ad omnes rationes in contrarium adductas. Fatetur tamen quod contraria opinio communiter tenetur. Hanc opinionem contrariam scilicet q immo non detrahatur trebellianica de vniuersali fideicommisso in piam causam relicto, tenuit Specu. titu. de instru. edi. §. compendiose. versicu. sed cum deductio. Dyn. in. l. j. §. in filij. ff. ad trebellia. Cyn. in dicta autenti. similiter. Bart. in. l. marcellus. §. qd autem. ff. ad trebellia. qui etiam pro hac parte consuluit consilio exordiente, Quidam Bartho. rosoli condidit testamentum &c. Hanc opinionem etiam tenuit Bald. in. l. si quis ad declinādam. in princip. et in. l. id quod pauperibus. C. de episco. et cleri. et in dicta autenti. similiter. Anto. de butri. in. c. raynutius. de testamen.

7 †vbi dicit eam esse tenēdam cum faueat anime. Refert tamen se vidisse consilia contraria Joan. de fantu. in dicto. c. si pater. Floria. in. c. raynutius. vbi etiam dicit ita communiter seruari. Ang. in dicta. l. marcellus. §. quod autem. qui etiam pro ea consuluit cōsilio. cxvj. et Panormi. in dicto. c. raynutius. Salice. in dicta autenti. similiter. Dicit q verior est opinio glos. in dicto ca. si pater. tandem tamen & finaliter concludit tutius esse pro salute animarum tenere q trebellianica non detrahatur. Joan. de imol. in dicta. l. marcellus. §. quod autē. Fatetur q de iure verior sit opinio dicte glo. et respondet ad rationes Barto. dicit tamen q forte in practica seruaretur opinio Barto. quia illa videtur esse communis, et quod in dubio sequenda est opinio que fauet religioni, & sic anime: vt. l. sunt persone. ff. de religio. et sumptu. fune. Et refert q pro hac parte consuluit Franc. de rampo. Etiam pro hac parte consuluit Paul. de cast. consi. cxxxiij. exordiente, Viso puncto et dubijs subscriptis. versi. circa quartum. vbi etiam dicit q hec opinio semper sibi placuit & q cōmuniter obseruatur. & cōsi. cccxxxvij. vbi etiam dicit primam sibi semper placuisse. Et q̄uis prima opinio videatur esse fulsita multis & magnis rationibus, et pro qua consuluit Paul. de cast. consi. ccl. exordiente, Circa primum questum. vbi relatis opinionibus dicit nos posse adherere opinioni que habet q trebellianica detrahatur: cum Cano. secundum eum illam teneant, quibus contra eos credendū est. Referens q etiā illam secutus est Francis. de rampo. esset tamen difficile obtinere contra secundam quam omnes dicunt hodie esse communē et de consuetudine obseruari, nisi forte in illis partibus consuetudo aliter se haberet. Quo casu hoc est vbi posset defendi trebellianicā posse detrahi dicerem q illa esset detrahenda, nō solum de portione huius vltime filie, sed etiam de portione prime defuncte, si tamen credimus Paul. de cast. qui hoc not. in. d. l. ex tribus. ad fin. C. de inoffi. testa. & Cuma. consi. cxxiij. exordiēte, Bartholomeus instituit Antonium & Franciscum. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium. CL.

De pacto legis commissorie, et de pignoris prescriptione.

Summarium.

1 Pactum legis commissorie ad quid inductum & quid operetur, et quando a lege reprobetur, & quando nō. nume. 6. & cur. 7.
2 Valores prediorum intrinseci variatis locis variantur.
3 Estimator qualiter rem estimandam cognoscere debeat.
4 Tempus pretia rebus imponit.
5 Pretium verum per alterius emptionis instrumentum an probari possit.
8 Rationem vnam sufficit militare vbi sunt due, quamuis altera cesset.
9 Lex an cessare debeat rationibus impulsiuis cessantibus, vel etiā cessante causa finali.
10 Constitutio per cause cessationem an reuocetur vel qualiter.
11 Actio pigneratitia est personalis durans annis. 30.
12 Prescriptio per citationem interrumpitur.
13 Possessoris malafides etiam suo heredi nocet in prescriptione.

1 Prout† dicit Ant. de butri. & refert Jo. de imol. in. c. significāte. de pigno. est reperire quoddam pactum legis cōmissorie quod est originaliter inductū in cōtractu emptiōis & venditiōis, & quod inductū fuit ad resolutionē tituli ipsius cōtractus. exemplū patet ex not. in dicto. c. significante. in. j. glos. et istud pactū non facit a principio ɔtractū cōditionalē sed purū, resoluēdū tamen in conditionis euentū, vt tangit glos. in. d. c. significante. et facit

et facit quod habetur in capi. illo vos. de pignori. vt verbigratia, vendit quis rem aliquam pretio certo et paciscitur cum emptore, quod nisi idem emptor pretium huiusmodi infra terminum de quo conuenerunt pretium ipsi venditori tradiderit et soluerit, res sit inempta. Hic enim fuit venditio pura, sed illa propter pactum legis cõmissorie adiectũ venit sub cõditione resoluenda, si videlicet pretiũ dari cõuentum infra terminũ solutũ non extiterit, & hoc pactum nõ est a lege reprobatũ, sed per eã receptũ vt patet per multos tex. ff. de lege cõmisso. & quod ponunt glos. & doct. in. d. c. significante. & doct. in. l. j. C. de pact. pigno. Est preterea repetire quodam pactuz legis cõmissorie quod apponitur in cõtractu pignoris, & tunc secundũ Anto. de butri. pactum hmõi transfert cõtractum pignoris in cõtractũ emptiõis & venditiõis. Exẽplum ponit Anto. de butri. quando ꝓ pecunia mutuata obligatur creditori res aliqua & sibi traditur pacto apposito, ꝙ si nõ reluatur seu redimatur res ipa pignori obligata illa sit creditoris, & quia tũc per tale pactũ resoluitur cõtractus pignoris, appellatur pactum hmõi pactum legis cõmissorie. Et ꝗuis Joan. de imol. in. d. cap. significante, videatur reprehendere Anto. de butri. non quidẽ in dicto sed in exẽplo eius qđ dixerat, idem tamẽ Joan. de imo. fatetur illud pactũ esse a lege improbatũ. Preterea etiã fatetur & dicit in. d. c. significante. colum. iij. versi. in ea glo. in fin. &c. ꝙ quãdo res pignorata vel datur insolutũ vel venditur creditori ꝓ pretio ꝓ quo pignorata extitit sub cõditione, videlicet nisi pretiũ hmõi infra terminũ cõuentum solutũ extiterit, nõ valet datio in solutũ vel venditio hmõi, pro eo ꝙ hic est pactuz legis cõmissorie per quod in euentũ cõditionis resoluendus est cõtractus pignoris in cõtractum venditiõis aut cõtractum dationis insolutũ: vel vt planius & verius loquar, resoluendus est & ponẽdus cõtractus pignoris & ineundus cõtractus venditiõis aut cõtractus datiõis insolutũ qui ei similis est. l. si prediũ. C. de euictio. & hoc pactũ ꝓbatur clare esse reprobatũ, per id quod habetur in. d. c. significãte. in. l. j. & iij. C. de pac. pigno. & in. l. ꝗuis. al's incipit, calipodius. ff. de solu. & per rõnes al's allegatas, & ita volunt & affirmant cõmuniter omnes scribentes in iuribus supra ꝓxime allegatis. Quod si ita est: immo quia ita est, nemini dubiũ quin pactũ latius mẽtionatũ & expressum in causa supplicatiõis dudũ mota & pendẽte indecisa per & inter nobiles & honorabiles viros magistrũ Claudiũ fabri & Joãnez eius fratrẽ filios & heredes cũ inuentarij beneficio nobilis quõdam viri Alberti fabri ex vna parte, & prouidũ virum Colinũ crescentis filiũ & vniuersalẽ heredẽ honorabilis quondam viri Joannis crescentis ex alia, fuerit & sit pactum. l. cõmissorie in pignore, hoc est factũ & initum ad hoc vt cõtractus pignoris celebratus & initus specialiter & expresse de & super prato in actis eiusdem cause latius mẽtionato. Resoluetur in cõtractũ emptiõis & venditiõis aut datiõis insolutũ faciẽde de eodẽ prato. Fuit ergo & est pactũ hmõi a lege reprobatũ & damnatũ, & sic potuerunt ipsi Fabri pacto hmõi nõ obstante etiaz post terminũ datũ ad soluendum agere & experiri pignoratitia actiõe cõtra dictam Crescẽtis pro recuperatione dicti prati: qꝛ cessante vi pacti de quo supra dictum pratũ remansit sub titulo pignoris. d. c. significante. et quod ibi Jo. de imol. col. ij. versi. itẽ no. ꝙ cessante &c.

Quibus non obstant quidã pretensi articuli exordientes, Ut clarius appareat pratum &c. instrumẽta & processus parte dicti Crescẽtis nouissime in hac causa oblati & producti. Et primo quidẽ non ipsi articuli: qꝛ illi nõ fuerunt admissi ad probandum nisi invim rationũ iuris. Et qui etiã de iure admitti nõ debuerunt. Tum quia etiã si illi plenissime ꝓbati essent, ex illorũ tamẽ ꝓbatione nõ inferretur ꝙ pratũ de quo in actis fuisset tẽpore facti pacti illius valoris aut pretij, cui⁹ ipm fuisse pretendit ipse Colinus crescẽtis. Et hoc multis rationib⁹. Prima quidẽ qꝛ prata de quibus in articulis hmõi non leguntur sita in territorio in quo situ est pratũ in actis mentionatũ, sed referuntur sita in territorio vulgo dicto, en la Rote. Pratum vero de quo supra situm est in loco dicto in exclosa. † Illud aũt certum est ꝙ pro variatiõe locorũ variantur valores intrinseci prediorũ inibi existentiũ, & hoc siue loquamur in pratis aut etiaz in vineis seu terris vel alijs quibuslibet rebus immobilibus. † Hinc est ꝙ Salice. in. l. fin. in. vij. qđ. versi. aut est arbitrator rei que requirit informationem &c. C. de cõtrahen. emptio. & vendi. dicit ꝙ arbitrator estimationis & pretij alicuius rei, qui non potest cõdigne estimare nisi rem cognoscat, tam in substãtia ꝙ̃ in qualitate et qualiter sit fructuosa, & an libera vel serua et quibus onerib⁹ sit subiecta. Debet ad informationem faciẽdam facere partes euocari, ecce ergo ꝙ opus est cognosci substantiam rei estimande, nec sufficeret cognoscere substantias aliarũ rerum, etiam si essent consimilis qualitatis: quia ille differunt in substantia & possunt differre in qualitatibus et oneribus, ac etiam penes maiorem & minorem redditũ seu prouentum fructuum. Insuper et penes bonitatem fructuuz huiusmodi, ob hoc etiam debent illi qui rem immobilem appretiantur vel estimant, nisi illius notitiam habeant debent ad eam accedere & illam inspicere. argu. l. si irruptione. ff. fini. regund. Secunda etiam ratione non inferretur aut probaretur concludenter valor dicti prati ex probatione dictorum pretensorum articulorum, pro eo quia non solum ibi articulatur de alijs predijs & alibi sitis seu eorum pretenso valore, sed etiam de pretenso valore alterius temporis vt est videre ex tenore eorundem articulorum, et quorundam pretensorum instrumentorum pro illorum asserta iustificatione parte dicti Crescentis in causa productorum. Pactũ enim de quo supra factum legitur Anno domini Millesimo quatercentesimo sexagesimo sexto. & die vltima mẽsis Octobris. Uẽditionem vero de quibus articulat facte pretenduntur, prima videlicet Anno domini Millesimo. ccccl xxviij. & die vltima mensis Decembris, et sic post per duodecim annos et vltra. Secunda vero eodem Anno septuagesimooctauo. & die. xxiij. mensis Martij. Et sic post per vndeciz annos cũ dimidio vel circa. Tertia vero facta legitur Anno domini Millesimo. cccclxxv. & die decima mensis Januarij, & sic post per octo annos & vltra. Ex talibus eñi venditionibus seu appretiationibus in eis factis non probatur pratum de quo supra, non plus valuisse tempore pacti predicti ꝙ̃ sub dicto pacto legis commissorie venditum extiterit, quinimo dico quod si probaretur pratum hoc fuisse venditũ illis temporibus de quibus dictus Crescentis articulat, & eo pretio quo pretendit alia prata pro numero sextariatarum fuisse vendita, adhuc nõ inferretur ꝙ illud plus nõ valuerit tempore dicti pacti. l. in lege falcidia hoc esse obseruandum. §. corpora. secundum vnum intellectum. ff. ad legem falci. † quia ex varietate temporis variatur pretia rerum. l. pretia rerum. ff. ad legem falcid. Cui dicto non obstat quod not. Bald. in. l. vnica. colum. fin. versi. quero nũquid per instrumenta veterum &c. C. de sentẽ. que pro eo quod interest. vbi voluit Bal. ꝙ per instrumenta veterum & emptio probetur presens rei valor. Tum quia Barto. loquitur in instrumentis emptio. et vendi. illius eiusdem rei de cuius valore queritur quod non est in hoc casu: quia dicta pretensa instrumenta emptionum & vẽditionum parte dicti Crescentis in hac causa producta nõ sunt instrumenta emptionum & venditionum huius prati sed aliorum pratorum. Tum & quia Bald. loquitur in instrumentis venditionũ & emptionum de proximo factarum, cuiusmodi non sunt instrumenta predicta, que etiam non loquuntur de emptionibus & venditionibus antea factis, sed postea, vt predixi. † Tum etiam non obstat dictum Bald. quia illud non videtur de iure procedere, et contrarium tenuit Barto. in. l. cum emptor. §. fina. ff. de dam. infec. per. l. damni. in princip. eod. titu. quod etiam probatur in dicto. §. corpora. secundum Alexand. de imol. ibi, et in. l. iij. §. diui. ff. de iur. fisc. et. l. ad rescindendum. C. de rescinden. vendit. et satis concordat Salic. in. l. ij. versicu. quero an hec probatio possit fieri per instrumentum alterius emptionis. C. de rescinden. vendi. vbi voluit ꝙ per instrumentuz alterius emptionis & venditionis nõ probatur verum seu commune pretium rei sed pretium cõuentũ. vt not. docto. in dicta. l. vnica. C. de senten. que pro eo quod interest. Et quia etiã potuit alter ex contrahentibus tunc decipi, quia licitum est contrahentibus sese decipere. l. in cause. §. penulti. ff. de mino. Et quia etiam res inter alios acta alijs non preiudicat, et quia potuit pretium ex affectione constitui quod non attenditur. dicta. l. pretia rerum. Et idem etiam scilicet quod plena probatio valoris rei fieri non possit per instrumenta emptionum et venditionum, tenuit Bald. in dicta. l. ij. colum. penultima. versicu. decimo quero, nunquid ista probatio &c. C. de rescindenda venditio.

Adijcio quod vt apparet ex pretenso processu literatorio olim facto per & ad instantiam nobilis Huguete vxoris Claudij malabaille et heredis Petri bonis, Cõtra & aduersus dictum nobilem Albertum fabri parte ipsius Crescentis in hac causa producto, pratum de quo contenditur fuit Anno incarnationis dominice Millesimo. cccclxiiij. et die quinta mensis Martij, et sic Anno a natiuitate domini Millesimo. cccclxv. et die quinta mensis Martij, et sic per annum cum dimidio duntaxat vel circa ante pactum de quo supra per probos iuratos assumptos per magistratum, iuxta practicam. l. hac edictali. §. is illud. C. de secund. nupt. quam commemorant docto. in dicta. l. ij. C. de rescinden. venditio. et. c. penulti. de emptio. et venditio. taxatum, appretiatum, et estimatum ad centum et octuagintasex florenis et septem grossos vel circa, quod ex eo colligitur: quia illi primo taxarunt tres sextariatas ad florenos centum lx. & sic quãlibet sextariatã ad florenos. liij. & tres grossos: et qꝛ ille pretendebantur nõ sufficere ad debitum, sunt assumpta dimidia

sextariata, que iuxta adualuationē predictam debuit appretiari a vigintisex florenis & septem grossos cū dimidio, & ita saluo errore calculi, dictum pratū videtur fuisse estimatū ad centū & .xxxvi. florenos & septē vel octo grossos. Cui estimationi interfuit & vnus de estimatoribus iuratis extitit dictus Joannes crescētis, qui post ea infra annum cum dimidio vel circa procurauit, vt predixi, ipsum pratū sibi vendi & dari insolutū pro pretio centum & quinquaginta florenorum per ipsum tempore pacti huiusmodi dicto nobili Alberto mutuo traditorū, ad quam appretiationem vtpote factam per multos probos & iuratos, & de eadem re non de diuersis & in tempore viciniori tēpori dicti pacti, quam fuerint emptiones & venditiones superius mentionate, potius debet haberi respectus quam ad emptiones & venditiones huiusmodi factas, vt predixi, post & longo interuallo & de alijs rebus & alibi sitis & forte aliarum qualitatū & alterius prouentus, & forte multis creditoribus obnoxijs & multis oneribus subiectis. † Non igitur se efficaciter tuetur & defendit dictus Colinus crescentis, nec probat pactū de quo supra, ideo non fuisse pactū legis commissorie initum ad resolutionem contractus pignoris, & sic a lege improbatum quod pretendat dictū quondam eius patrem emisse dictum pratū iusto pretio: quia non probat per predicta, vt predixi, quod iusto pretio emerit: quinimo potius videtur probatum esse cōtrarium per producta ab eodem, quatenus ibi apparet pratum predictum fuisse taxatū ad pretiū predictum. Et sic nō cessauit nec cessat in hoc casu ratio propter quam reprobatū est pactum legis cōmissorie in pignoribus que est vt multi dicūt, pro eo quia obligatio pignoris fieri solet pro minori quantitate quam res pignori obligata valeat: & ideo si valeret pactum, multū deciperetur debitor, qui cupiditate mutui recipienti de facili pactum iniret, propter quod lex volens prouidere vtilitatibus subiectorum dictum pactum reprobauit in pignore, secus autem in venditione: quia vt apparet ex predictis si dictum pactum valuisset & valeret, fuisset idem quondam Albertus multum lesus, & hodie lederētur dicti eius filij & heredes: quia rem valentem centum & .lxxxvi. florenis & septem grossis vēdidisset pro centum & quinquaginta. Et supposito citra preiudicium veritatis quod istud non appareret prout apparet, illud saltē & procul omni dubio certū est quod ipse Crescētis nō probauit dictū pratū non valuisse vltra pretium per patrem mutuatum, quod tamen probandum erat, postquam vt dictū est & apparet ex instrumento pactum predictum apparet factū ad resolutionē contractus pignoris, & sic in casu regulariter prohibito. succedat ergo illud dictū quod in regulariter prohibitis certo casu permissis, non statur verbo dicentis casum permissum subesse. l. qui testamentū. ff. de proba. & l. cum quis decedens. §. titia. ff. de lega. ij. quod etiam voluit Joā. and. in addi. Specu. tit. de reb. eccle. non alie. in rubrica. Alexan. de imol. consi. lv. exordiente, Consideratis verbis dicti statuti &c. colū. iij. & do. Jason may. in prelu. feu. charta. viij. colū. ij. † Addo quod non solū prohibetur pactum legis commissorie in pignoribus propter rationē superius recitatam, sed etiā alia ratione scilicet quia si creditores scirent pactum huiusmodi esse permissum vel valere nollent pignus accipere, nisi fieret hoc pactum, & hoc est cōtra bonos mores: quia per hoc creditores inuitarentur ad malum. Hāc rationem assignat Godoffre. in d. l. iij. C. de pact. pigno. Et hāc rationem vltimo loco recitat Cyn. in d. l. iij. & Alberi. super rubrica eiusdem tituli. Panor. in d. c. significante. col. ij. ver. alia ratio est, & ibi Joan. de imol. col. iij. versi. & si dicatur que est ratio diuersitatis inter pactum legis &c. que ratio non cessauit in casu nostro vbi verisimiliter credendum est, & ita apparet per effectum dictū Joānem crescentis noluisse mutuare dictos centum & quinquaginta florenos, nisi cum pacto de quo supra. Remanet igitur vna ratio legis que sufficeret etiam si alia cessasset prout non cessauit: † quia quando sunt due rationes legis sufficit vnam militare quamuis alia cesset. l. si non lex. ff. de heredi. instituen. & quod legitur. & no. §. affinitatis. institu. de nupt. l. liberorum. §. notantur. ff. de infami. l. si ventri. §. fina. ff. de priuileg. credi. not. Joan. de imol. in. c. j. col. vj. ne sede vacan. Alexan. de imol. in. l. possideri. §. ex contrario. colū. viij. versi. nec est bona responsio. ff. de acquirē. possess. & in. l. gallus. §. quidam recte. col. vij. ff. de libe. & posthu. & in. l. j. col. iiij. in prin. C. de eden. † Preterea dicte rationes fuerūt fortasse cause impulsiue propter quarum cessionem non cessat lex. l. j. §. sexum. ff. de postulan. & voluit glos. & docto. in. c. post translationem. de renūtia. quinimo sentit ibi glos. secundum Anto. de butri. quod etiam cessante causa finali legis nō cessat lex nisi fuerit reuocata: quia remanet constitutionis autoritas donec expresse reuocetur. † Non enim cause cessatio est modus reuocandi cōstitutionem, sed contrarius populi vsus aut legislatoris suffragium, primam expresse reuocans. l. de quibus. ff. de legi. & c. j. de constitu. in. vj. Super quo tamen nō insisto cum premissa sufficiant ad ostendendum dictum pactū nō valuisse nec valere ac proposita & deducta ex aduerso signanter in dictis articulis vt clarius &c. nō obstitisse nec obstare prefatis nobilibus magistro Claudio & Joanni fabri.

Quibus nec etiam obstat exceptio prescriptionis, quam audio fuisse & esse oppositam parte dicti Crescētis. Tum quia parte dictorum magistri Claudij et Joannis fabri, fuit pro recuperatione dicti eorum patri intentata actio pignoratitia † que est actio personalis. vt not. Inno. Hostien. & doct. in. c. cum cōtra. de pigno. Barto. in prima cōstitu. digestorū. §. tertij & alijs. Ang. in. §. actionum. in materia pignoratitie actionis. institu. de actio. & vt personalis actio durat triginta annis. l. receptitia. ibi, in qua omnes personales actiones posite sunt idest in annorum metis triginta. C. de non nume. pecu. quod etiam voluit Bar. in. d. §. tertij. et Ang. are. vbi supra, qui triginta anni nō reperiūtur elapsi ab anno domini Millesimo. cccclxvi. & die vltima mensis Octobris, quibus legitur fuisse factū dictum pactum vsque ad annū domini Millesimū. ccccxciij. & diem tertiā mensis Martij, quibus processus cause presentis inchoatus est & per cuius inchoationem, † immo per citationem interrupta est dicta pretensa prescriptio. Tum & quia prefatus quondā Joannes crescentis, vtpote contra legem mercatus & sic malefidei possessor prescriptionem inchoare non potuit. l. quemadmodum. et quod ibi docto. C. de agrico. & censi. lib. xj. regula qui cōtra iura. de regu. iur. in sexto. c. fin. & quod ibi docto. de prescrip. & c. possessor malefidei. de regu. iur. in. vj. † & hec mala fides nocuit & nocet, nō solum dicto quondam Joanni patri, sed etiam huic Colino eius filio & heredi, per id quod voluerunt Anto. de butri. Joan. de imol. & Panor. in. c. si diligenti. de prescrip. Panor. in. c. nihil. colū. iij. eo. tit. Joan. de imol. in. d. c. fin. colū. ij. Alexan. de imol. in. l. pōponius. §. cum quis. colū. ix. versi. vlterius pro expeditione &c. ff. de acqui. possess. & cōsuluit idem Alexan. consi. lxxxiiij. exordiente, In causa vertente &c. in primo volu. & cōsil. ccxv. exordiente, Uiso & oportune &c. in secundo volumi. & tenuerunt alij multi quos refert domi. Feli. in. d. c. si diligenti. colum. iiij. versi. contra opinionem famosam Dy. &c. vbi etiā post relationem eorum qui videntur sensisse contrarium subiunxit & dixit paucos recedere a prima opinione. Pro qua etiam est text. in. l. cum heres. de diuer. et tempora. prescrip. qui maxime in hoc iudicio seruandus est, etiam si expresse cautum esset contrarium de iure canonico, per ea que not. docto. in. c. j. de ope. noui nuntia. et. l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle. Super quo tamen articulo non videtur insistēdum cum prima ratio sufficiat. Et ita mihi videtur sub correctiōe & benigna suppor tatione huius magnifici & insignis Dalphinalis parlamenti.

Consilium. CLI.

De reuocandis donationibus ob causam conuentione non seruata.

Summarium.

1 Donatio ob causam et in diem, an & quando reuocabilis.

2 Acquirens ius ex alterius contractu debet contractum cū omnibus clausulis in eo appositis acceptare.

Uiso † instrumēto donationis quam fecisse dicuntur probus vir & honesta mulier Claudius ambonelli et Pōtia eius vxor Anno domini Millesimo. cccclxxxj. & die vltima mensis Februarij nobili viro Bermūdo gauberti de fontibus domino de Pena, tunc absenti de omnibus eorum bonis quibusdam receptis & reseruatis. Dico & respōdeo quod donatio huiusmodi, nō fuit pura sed in diem, hoc est solum & duntaxat valitura post mortem predictorum cōiugum. Dico insuper quod illa nō fuit donatio simplex sed ob causam alimentorum eisdem prestandorum per dictū nobilem Raymundum, vt videlicet idem nobilis Bermundus eosdem donatores alimentaret, nutriret, & vestiret, & eorum bona manuteneret. De quibus per eundem Bermundum complēdis & adimplendis factum est pactum, per & inter eosdem Claudium ambonelli & Pontiam ex vna parte, ac venerabilem & religiosum virum dominum Franciscum goberti monachum paciscentē pro et nomine dicti nobilis Bermūdi. Quo fit vt cum premissa adimpleta non extiterint per dictum nobilem Bermundum nec adimpleantur fiant vel offeratur per eius heredes, potuerint & possint ipsi donatores cōtrauenire donationi per eos facte, & illā quatenus opus est

opus est reuocare, per id, quod habetur in.l.si.et quod ibi per doct. C.de dona.in.l.j.C.de dona.que sub mo.ꝛ.c.veruꝫ.ꝛ quod ibi glo. de condi.apposi. Roma.consil.cclxxxiiij.exordiente, Triplici ex capite euidēter ostēditur ꝛc.et quod ponit Alexā.de imol.in.l.iurisgentium.in principio.in.iiij.col.ff.de pact. Si ergo propter causam non sequutam possit donatio etiam iam perfecta, ꝛ suū sortita effectū reuocari, ꝛ res donate repeti per donatorem, vt apparet per predicta, multo fortius poterūt dicti cōiuges seu eorum heredes aut successores in casu de quo queritur excipere de nō obseruātia conuentionū ꝛ pactorum, et sic se tueri aduersus heredes dicti nobilis Bermūdi, si res ꝛ bona ipsi Bermūdo donatas impostea rum postularēt ꝛ peterēt sibi tradi ꝛ expediri: quia cui damꝰ actionem, multo fortius exceptionē. regula inuitus.§.cui damus.ff.de regu.iu.ꝛ.l.j.§.quod autem ait.ff.de superfi.

Nec opponat aliquis qꝺ id quod superius dictū est de non obseruantia pactorum ꝛ conuētionum hic locū habere non debent pro eo quia pacta ꝛ cōuentiones huiusmodi non fuerūt celebrate, ꝛ inite cū dicto nobili Bermūdo sed cum prefato dño Francisco eius fratre ac noīe ꝛ vice illius paciscente. Quoniā dico ꝛ respōdeo ꝙ istud nō obstat, quominus debuerit dictus quodaꝫ nobilis Bermundus pacta ꝛ cōuentiones huiusmodi adimplere: quia ille cui acquiritur ius ex cōtractu alterius debet acceptare cōtractum cū omnibus clausulis in eo appositis ꝭm Bald.qui ita not.in.l.sinautem.ff.de pac.ꝛ in.c.nihil.de elec. Pro quo facit.l.gayus.ff.de manumis.ꝛ tex.in ratione sui in l.ij.ff.de re.eo. Et quia idem Bermūdus pacta ꝛ cōuentiones predictas non seruauit, dico ꝙ dicti coniuges potuerūt ꝛ possunt dictam donationem reuocare, perinde ac si pacta ꝛ cōuentiones huiusmodi celebrate extitissent cum dicto nobili Bermundo. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis.

Consilium. CLII.

De monitione testatoris facientis hereditatē reduci ad causam caduci propter heredis inobedientiam.

Summarium.

1 Testatore legāte alicui particularia bona, et vxori vsufructū omnium bonorum, vxor an habeat medium vsufructū legati particularis, et quid si legatum fuerit pie cause relictum.nu.4.

2 Regula generi per speciem derogatur quando procedat maxime in legatis.

3 Ueniens contra testatoris voluntatem in penas per eū adiectas incidit.nu.5.

6 Heres contraueniens an priuetur hereditate iure directo vel per fideicommissum, ꝛ per inobedientiā reducatur hereditas ad causam caduci, ꝛ quādo.nu.seq. Et an possit detrahi trebellianica. 8.

7 Iudex legis ꝛ testatoris minister est.

9 Donatio aut cessio fideicommissi ante restitutionē an fieri possit, et donatarius libellum super illa qualiter informare debeat.

Christi nomine inuocato. Uiso processu cause cepte ꝛ aliquandiu agitate, per ꝛ inter nobilē ꝛ egregium virū dñm Joannē de aymonetis iuriū licentiatū supplicātem ꝛ actorē ex vna parte, ꝛ nobiles Claudiū ꝛ Spiritū de aymonetis heredes egregij quōdaꝫ viri domini Joannis de aymonetis iuriꝫ baccalarij reos ꝛ supplicatos ex alia. Dico ꝛ respōdeo prout infra premittēdo in primis pro faciliori declaratione dicendorū nemini debere esse dubiū qn dictꝰ quōda do. Joānes de aymonetis disponere et ordinare potuerit qꝺ egregia mulier domina Catherina eius tūc vxor ꝛ nunc relicta haberet oīa legata per eum sibi relicta, ꝛ quod in illis nulla fieret sibi differentia, controuersia seu molestia per dictos nobiles Claudiū et Spiritū aut venerabilē virū do. Girardū de aymonetis fratres. Insuper nec est alicui dubitandū quin potuerit idem testator disponere et ordinare qꝺ casu quo per dictos dominum Girardum aut nobiles Claudium ꝛ Spiritum seu eorum alterum fieret eidem domine Catherine aliquod impedimētum quominus vti posset premissis sibi legatis eo casu adueniente contraueniens voluntati ꝛ dispositionis priuaretur bonis ꝛ hereditate eiusdē testatoris.l.vnica.et quod ibi doc.C.de his que pe.nomi.ꝛ.§.fina.institu.de lega.

1 †Premitto insuper qꝺ licet idem do. testator legauerit et reliquerit cuidā capellanie per eundē fundate seu fundari ordinate, ꝛ ꝓ ipsiꝰ fundatiōe quasdā domum ꝛ grangiam simul contiguas et sitas in ciuitate Ebredunēsi in parochia sancti Petri: quia tamen postea ꝛ in eodem testamēto ipse dominus Joannes testator legauit et reliquit eidem do. Catherine vsufructum omnium bonorum suorum mobilium et immobilium quibusdam de quibus ibi exceptis, videtur qꝺ eadē domina Catherina debuerit pro medietate vsusfructus domus et grangie predictarum concurrere cum dicta capellania legataria et habere dimidiam partem vsusfructus earūdem.l.si alij.et.l.sempronio.in principio.et quod ibi Barto.ff.de vsufruc.lega. qꝺ etiam voluit Bartol.ad fi.eodem titu.Bal.consilio.clxxxv.exordiente, Circa dubitationem predictaꝫ.in secunda parte. Paulus de castro.consilio.ciiij.exordiente, Uiso dicto puncto, et consilio ccxl.exordiente, Prefati Uannutius et Franciscus.ibi, sed ille.ll. haberent locum quando cuidam extraneo ꝛc. Alexan.de imol.cōsilio.liiij.exordiēte, Perlectis verbis testamēti Christofori quondam ꝛc.versi.accedit id quod not.Barto.in.l.sempronio ꝛc. Angelus are.in tractatu testa.charta.xxix.versic.item relictis dominam Bertam eius vxorem dominam ꝛc.col.iij.ver.quero testator reliquit ꝛc.ꝛ Joan.pe.fer.in sua practica.tit.for.libel.ad petēdū. super verbo, donec vitam duxerit vidualem: ꝛ si forte ex ipsis bonis esset alicui res aliqua ꝛc.qui volūt ꝙ si testator relinquat alicui vel aliquibus aliqua eius bona particularia, vxori vero leget et relinquat vsumfructum bonorū suorum vel omnium bonorū suorum, ipsa vxor non solum habet vsumfructum in bonis non legatis, sed etiam illū habet ꝓ medietate in bonis alij vel aliis particulariter legatis, ita ꝙ in illis cōcurrit pro media parte vsusfructus cum particularibus legatarijs per dictam.l.si alij, per quā videtur

2 bene probari hoc dictum. †Cui non videtur obstare quod dici solet, scilicet quod per speciem derogetur generi non ecōtra.l.quod in toto.cum multis simili.ff.de regu.iur.ꝛ quod ꝓpterea legatum generale hoc est vsusfructus omnium bonorum non debeat in casu nostro restringere legatum speciale hoc est domus et grāgie predictarum.l.vxori.§.felicissimo.ff.de lega.iij.l.alimenta.§.basilice.ff.de alimenta.et ciba.lega.ꝛ.l.qui patrem.ff.de vulga.et pupilla. Quoniam respondit Barto.in.l.re cōiuncti.col.iiij.ff.de lega.iij.ꝛ in.l.quesitū.§.si quis fundum.ff.de fun.instruc. quod illa regula in oppositum allegata procedit quando genus et species cadunt super eodē iure, sed vbi cadūt super diuerso iure, illa regula nō procedit: quia tūc per speciem non derogatur generi. Exēpluꝫ sume. Lego Titio fundū sempronianū, Meuio autē lego omnia bona mea, profecto dicta regula tunc procedit: quia per legatum generaliter factum de omnibus bonis nō derogatur legato speciei facto de fundo Semproniano, immo econtra: qꝛ per legatuꝫ specialem derogatur legato generali: quia legatarius omnium bonorū non habebit funda sempronianum, sed illum habebit Titius legatarius particularis. et ratio est: quia species et genus dicuntur concurrere super eodem iure, hoc est super iure proprietatis: quia vtrūqꝫ legatum factum est de proprietate, ꝛ ideo quia vnuꝫ est generalius altero illud restringitur, quasi species deroget suo generi. Sed vbi species et genus cōcurrūt super diuerso iure, secus est. Exemplum in terminis nostris vbi legatus est dicte domine Catherine vsusfructus omnium bonorum mobilium et immobiliuꝫ quibusdam exceptis, ꝛ dicte capellanie relicte sunt domus ꝛ grangia superius mentionate: hoc eniꝫ casu legatū generale fit de vno iure scilicet vsusfructus, et legatum particulare fit de alio iure, scilicet proprietatis domus ꝛ grangie predictarum. Quo fit vt hoc casu ex quo genus et species concurrunt circa diuersa, vnum videlicet circa vsumfructum, et aliud circa plenam proprietatem non derogetur generi per speciem, sed ambo legatarij veniant per concursum.dicta.l.si alij. Ista est mens Bart.in dicta.l.quesitum.

3 §.si quis fundum. †Et sequēdo hanc opinionem que videtur esse fulsita et bonis iuribus, ꝛ autoritate magnorum virorum, palam infertur prefatis de Aymonetis non licuisse facere claues nouas in domo et grāgia et illas alteri locare, ꝛ sic impedire ꝛ facere quominus eadem domina Catherina fuerit vsa domo et grangia huiusmodi pro dimidia parte vsusfructus eidem competentis. Et quia hoc fecerunt, contrauenerūt voluntati et expresse dispositioni testatoris, et sic inciderūt in penam per eundem adiectaꝫ.dicto

4 §.fina.institu.de lega.ꝛ.l.ea.C.de his que pe.nomi. †Fateor tamē quod Baldus in.l.quotiens.colum.fina.versi.ꝛ predicta faciunt. C.fami.ercilcun.tenet quod vxor non debeat habere vsumfructū in rebꝰ particulariter legatis, sed quod legatarij particulares habeant pleno iure res sibi legatas, hoc est ꝛ quo ad proprietatem ꝛ quo ad vsumfructum, ꝛ idem voluit ibi Salice.in.ij.colum.versi. vnum addo.et Ang.are.in.§.j.institu.de vsufruc.et aliqui moder

niores, et presertim dominus Jason may. in. l. cum questio. C. de lega. Sed opinio Barto. primo recitata videtur de iure verior per dictam. l. si aliĳ cũ in sui generalitate, cum etiã videatur bene posse responderi ad regulam in contrarium allegatam, ⁊ cui iam respõsum est. 5 † Preterea etiaz non licuit dictis de Aymonetis occupare fustes, et aliã materiam que remãserat post ruinam tecti de quo in aliĳs: quia dicta domina Catherina habebat etiã in his vsumfructum. l. quotiens. §. fina. ff. de vsufruct. Insuper cum idem domi. testator voluerit quod prefata domina Catherina vteretur, ⁊ frueretur eius bonis absq; confectione alicuius solennis inuentariĳ, nisi solum per modũ priuate scripture per eam faciende, nõ videtur licuisse eisdem de Aymonetis fieri facere inuentariuz de dictis bonis per manum publicam. Eo presertim quia antea factum extiterat per modum scripture priuate. Et ita vidẽtur ex eo capite cõtrauenisse volũtati ⁊ dispositioni testatoris. Super quo tamen multum non insisto.

Premitto insup qđ supposito qđ prefati de Aymonetis cõtrauenerint volũtati et dispositioni dicti do. testatoris, ⁊ quod propterea inciderint in penam priuationis. 6 † Superest difficultas an fuerint priuati ipso iure et iure directo, vt sic dici possit quod a tempore cõtrauentionis fuerit iure directo delata hereditas dicti do. testatoris prefate domine Catherine, an vero per fideicõmissum super quo sunt opiniones. Angelus enim in. l. paterfamilias testamento. ff. de heredi. institu. videtur dicere quod vbi testator post penam commissam heredem instituit vt videtur fecisse in casu nostro, priuatur heres cõtraueniẽs hereditate ipso iure, ⁊ illa defertur heredi instituto, qui postea erit heres vt in casu nostro in quo in casum contrauentionis faciende per heredes aut eorum alterum voluit testator illos vel illam priuari bonis ⁊ hereditate, ⁊ eo casu heredez instituit dictam dominam Catherinam cuius contemplatione fecit prohibitionem, et in casum contrauentionis priuari voluit contrauenientes. Etiam Bal. in dicta. l. j. C. de his que pe. nomi. voluit in quibusdam lecturis quod heres contraueniens priuetur ipso iure iuxta dispositionem testatoris per dictam. l. j. que videtur dicere quod sit seruanda dispositio testatoris siue sit facta circa adimẽdam hereditatem, siue circa aliam in alium transferendam dummodo dispositio sit honesta, prout in casu nostro in quo pena priuationis hereditatis videtur facta ex iusta causa vt etiam fatetur Bartol. in dicta. l. paterfamilias testamento. ff. de heredi. institu. facit quod not. glos. in. l. lucius. §. tres heredes. ff. ad trebel. Allegat etiam Bal. 7 † quia sicut monitio iudicis, qui est minister legis et testatoris facit hereditatem reduci ad causam caduci propter inobediẽtiã sic quod heres priuatur ipso iure. aut. hoc amplius. C. de fideicommis. Ita etiam videtur dicendum quod monitio testatoris faciat propter inobedientiam causam reduci ad caducũ: et quod contraueniens priuet hereditate ipso iure. Preterea etiã allegat: quia si priuaretur per viaz fideicommissi, illa esset potius hereditatis translatio in aliam personam facta q̃ ademptio, sed tex. in dicta. l. j. C. de his que pe. nomi. voluit vtrũq; fieri posse, scilicet tam ademptionem q̃ translationem, non solum in legatis ⁊ fideicommissis, sed etiam in hereditatibus. Ergo videtur q; adẽptio valeat, et quod heres priuetur ipso iure propter cõtrauẽtionem. Non obstat secundum eum quod qui semel est heres, nõ potest desinere esse heres. l. et si fine. §. sed quod papiniamus. ff. de mino. quia respondetur quod illud procedit nisi hoc contingat propter inobedientiã. Ad quod facit dicta auten. hoc amplius. C. de fideicommis. et quod not. glos. in. l. in substitutione. ff. de vulga. et pupilla. Et si sequeremur istam opinionez, videretur sententiam esse ferendam pro dicto domino Joanne supplicante: quia cũ eidem domine Catherine fuerit ipso iure delata hereditas propter contrauentionem ipsa potuit illam adire, quod etiam fecisse videtur in donando. l. si auia. C. de iu. delibe. Potuit etiam hereditatez huiusmodi vendere, donare, vel alias remittere ⁊ cedere dicto domino Joanni supplicanti. l. j. l. emptor. et. l. qui tibi. C. de heredi. vel actio. vendi. l. j. et. ĳ. et multis aliĳs. ff. eodem titu. Sed Barto. in dicta. l. paterfamilias testamento, voluit isto casu heres contraueniens non priuetur ipso iure, sed censeatur grauatus per fideicommissum de restituendo hereditatem ei cui testator illam voluit applicari in casum contrauentionis. Et hanc opinionem sequitur ibi Joan. de imol. et Alexan. de imol. in dicta. l. in substitutione. colum. ĳ. ff. de vulga. et pupilla. et Angel. are. in dicto. §. fi. institu. de lega. Et hec opinio videtur communior et magis secura, quam etiam sequutus est Bartol. in. l. vxorem. §. heres. ff. de lega. iĳ. Fran. de are. consilio. lxvĳ. exordiente, Diligenter ⁊ mature consideratis. colum. iĳ. versi. venio ad secundum. ⁊ Paul. de castro. consilio. lxxxviĳ. exordiente, Videtur dicendum quod dicta filia ⁊c. 8 † Ex qua sequuntur duo. Primũ quod heres cõtraueniẽs potest detrahere trebellianicam que regulariter detrahi solet per grauatum de restituenda hereditate. §. sed quia heredes. versicu. postea vero. institu. de fideicom. heredi. quod etiaz in terminis nostris voluit Angelus are. in dicto. §. fi. 9 † Secunduz est quod dicta domina Catherina non potuit donare, vel alias cedere dictum fideicommissum ante restitutionem sibi factã. l. si mulier. §. ex asse. vbi casus singularis. et quod ibi glos. Barto. et doctores. ff. de iu. de. Et ita etiam consuluit Bald. consilio. lxxxvj. exordiente. Pepus Nicolacĳ fecit testamentũ ⁊c. in prima parte. Et rationẽ quare hec cessio fieri non possit, ponit Bald. in. l. ĳ. C. de pac. ⁊ in dicto consilio. lxxxvj. que est pro eo quia iura passiua non transirent contra eum cui facta est cessio. Et ita non videtur idem domin9 Joãnes potuisse experiri et agere, saltez prout egit, sed debuisset petere restitui hereditatem seu fideicommissum, non sibi sed dicte domine Catherine ad ipsius domini Joannis vtilitatem sic, cum processisset petitio seu libellus, vt voluit Angelus in. l. apud iulianuz. §. vtrum. ff. ad trebel. per. l. seruo inuito. §. fi. eodem titulo. et idem quod Ange. voluit Rapha. Jo. de imol. ⁊ Alexander de imol. in dicta. l. apud iulianum. §. vtrum. Bal. in. l. penultima. in principio. versi. sed nunquid. C. ad trebel. Dicit etiam Ange. in. l. si vsusfructus. ff. de noua. quod licet virtute vtiliũ actionum competentium cessionario in rem suam sibi restitutio hereditatis seu fideicommissi fieri nõ possit, pro eo quia ius fideicommissi nõ potest habere ortum nisi in personam fideicommissariĳ, cui testator hereditatem restitui voluit. Et si fieret alteri, ille alter esset fideicõmissarius, et non cedens, quod est impossibile cum verba senatusconsulti trebelliani, ⁊ intentio testatoris deficiant. l. j. ff. ad trebel. Sed si cessionarius haberet exercitium directaruz actionũ, tunc vt dicit Angelus virtute illaruz posset sibi fieri restitutio: quia sic reciperet nomine domini ⁊ nõ suo, prout dicimus in procuratore simplici. l. qui ita. §. j. ff. ad trebel. et post hanc restitutionem et ius fideicommissi fundatum in fideicommissario posset cessionarius ad vtilitatem seu hereditatem restitutam retinere vigore vtilium que confirmantur secundum eum ex postfacto per ipsam restitutionem, et ita dicit Ange. fuisse cõsultum: verum quia hoc nõ placuit Joan. de imol. in dicta. l. si vsufructus. nec Alexand. de imol. in dicta. l. apud iulianum. §. vtrum. col. ĳ. motis rationibus multum apparentibus, et vt videtur veris, ego super hoc non insisto. Dicunt enim quod forte inualidatur cõstitutio procuratoris in rem suam in illo casu per ea que habentur in dicto. §. ex asse. ⁊ ideo non poterit vt procurator simplex recipere cum non fuerit sic constitutus. arg. eoruz que habentur in. l. multum. C. si quis alteri vel sibi. Preterea non bene apparet quod idem dominus Joannes habuerit exercitium directarum saltem ad petendum fideicõmissum seu hereditatem: quia nec hec donata sunt, sed bona mobilia et immobilia: propter quod nisi possit hec materia per cõpositionẽ pacari, laudarez quod fideicommissum peteretur per dictã dominam Catherinam, vel sibi restitui. Et sic erit opus facere nouũ processuz. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium. CLIII.

De pacto legis commissorie in pignoribus incõtinenti apposito.

Summarium.

1. Pactum legis commissorie statim appositum in pignorib9 iura supra modum abhorrẽt odio creditoris. nu. 3.
2. Pactum legis commissorie in pignoribus iuramento an confirmetur.
3. Lex contractum odio speciali prohibens iuramento nusq̃ cedit.
4. Dispensatio iuramenti ad pactum illicitum impugnandum, an prius concedenda.
5. Juramentum quo ad vinculum periuriĳ est personale nec trãsit in heredem vel in alium successorem.
6. Heres illius qui contraxit quo casu teneatur ad obseruationẽ cõtractus facti per testatorem.
7. Pactum legis commissorie ex quibus dignoscatur esse tale.
8. Questio dominĳ an possit referri in pacto. l. commissorie.
9. Juramentum an sit sufficiens ad impediendam imputationem fructuum in sortem super pacto. l. commissorie aut compensationem.
10. Compensans fingitur soluere.
11. Juramentum an possit verificari in casu ficto.

Prescribendi

12 Prescribendi causam pactum.l.commissorie. an et quādo possit prebere.

1 Existimo† qđ rationabiliter vel alias sine calumnia negari non possit quin fuerit pactum legis commissorie quod olim fecisse pretēditur nobilis vir Guillielm⁹ de podio grosso nobili viro Aymaro audoardi, quo videlicet idez nobilis Guillielm⁹ voluisse dicitur quasdam domum/grangiam/terram/pratuz/ et aliam terram latius mentionatas in quibusdam pretensis instrumento obligatorio, et processu exequutoriali a curia Cabeoli ad instantiam dicti nobilis Aymari emanato, ⁊ in processu pendente inter nobilem Joannem de podio grosso, ⁊ ipsum nobilez Aymarum parte eiusdez Aymari productis, esse ⁊ teneri pro inquātatis, vēditis, ⁊ libratis ac etiā expeditis dicto nobili Aymaro pro summa.xlv.florenorum, ⁊ qđ pro summa huiusmodi idem Aymar⁹ intraret, adipisceretur ⁊ apprehēderet possessionē reruz huiusmodi eodē Guillielmo nō vocato, eo videlicet casu quo summam huiusmodi infra terminū prefixum non soluisset, quod propterea vtpote a lege in pignorib⁹ improbatū ⁊ dānatū nō valuit, per id qđ habet in.l.j.⁊ fi.⁊ quod ibi doct.C.de pac.pigno.c.significante.⁊ qđ ibi Inno.Host.⁊ Jo.and.in nouel. Joā.de imol. Panor.⁊ doct.de pigno.⁊ Bart.in.l.q̄uis.al's incipit, calipodius.ff.

2 de solu.† Et nō solū nō valuisset nec valeret dictum pactuz si in eo vel ad ipsius cōfirmationem iuramentū prestitū nō extitisset, sed nec etiam dici potest fuisse cōfirmatum iuramento, quod in eo interuenisse pretēditur: q2 q̄uis super hoc fuerint opiniones, an vcz pactum legis cōmissorie in pignoribus cōfirmetur iuramento, illa tamen est cōmunior, ⁊ de iure verior, que habet ꝙ pactuz hmōi non firmetur iuramento. quā tenuit Bar.in.l.si quis pro eo.versi. quarto dixi.ff.de fideiusso.⁊ secūdū eū illa fuit de mente Inno.in dicto.c.significāte. quod etiam affirmauit, ⁊ sequitur Jo.de imol. in.d.c.significante.col.viij.versi.sed aduerte inquantū dixi ⁊c.et in repetitione.c.cum contingat.in prin.quarti membri.de iureiurā. allegans Bart.in dicta.l.si quis pro eo.col.iiij.ver.quarto dixi ⁊c. Hāc opinionem etiā tenuit Jo.and.in addi.Specu.titu.de conclusio.et renuntiatio.§.j.versic.et quia hic in addi.exordiente, Ex quo autor ⁊c.ſm Bald.qui ita refert in.l.j.C.de pac.pigno. Et licet idem Bal.ibi tenuerit contrarium, ipse tamē videtur tenuisse primam partez.ff.de iureiuran.in rubrica.col.ij.ver.quidā dicunt

3 ꝙ aut iuramentū ⁊c.ibi, aut odio speciali. † Ubi dicit Bal.ꝙ qñ lex prohibet contractuz odio speciali tunc non valet iuramentū, et ponit exemplum in macedoniano, illud autem certuz est quod pactum legis commissorie reprobatuz est in pignoribus odio creditoris vt satis colligitur in dicta.l.fi.C.de pact.pigno. Et voluit Barto.in.d.l.si quis pro eo.versi.quarto dixi ⁊c.vbi etiam idē voluit Ange.Joan.de imol.in dicto.c.significante.in multis locis. Flori.⁊ Sali.in dicta.l.j.de pac.pigno. Alber.eo.titu.super rubrica.⁊ Odoffre.in dicta.l.fina. Fuit ergo de mente Bald.in versi.superius allegato quod iuramentum non confirmaret pactuz legis commissorie in pignoribus. Et idem tenuerunt Cy.⁊ docto.communiter prout refert Albe.in dicta rubrica, qui etiam videt huic opinioni tanꝙ vltimo loco recitate adhesisse, per id quod not.gl. in.l.qui filium.§.sabinus.ff.ad trebel.et quod voluit Bald.⁊ moderni.in.l.si idem cum eodem.§.fi.ff.de iurisdi.omnium iudi. Et idem scilicet quod pactum predictum non firmetur iuramēto, tenuit Joan.fa.in.d.l.fi.C.de pac.pigno.⁊ Angel.in.d.l.si quis pro eo.col.j.versi.idem in pacto legis commissorie. Et idem etiaz fuit ibi de mente Pau.de castro.colum.iij.ibi, aliquando autem iuramentum ⁊c.

4 † Et licet iuramētū huiusmodi obliget iurantē ad nō cōtraueniēdū nisi prius obtēta renuntiatione aut dispēsatione iuramēti que cōcedi potest ⁊ debet, vt not. doc.in.d.c.significāte.ad qđ faciūt.c.j.⁊.c.debitores.⁊ quod ibi docto.de iureiu.hoc tū nō obesset nec obest dicto nobili Joāni dicti Guillielmi heredi, quominus possit terrā predictā repetere. Insuper ⁊ cū voluerit domū, grāgiā, aliā terram ⁊ pratum superius mē-

5 tionatas, † quia iuramentū quo ad vinculū periurij, vtpote personale nō transit in heredē vel in aliū successorem, vt not. Innocē.et doc.in.c.veritatis.de iureiu. Bal.et alij in auť.sacramēta puberū. C.si aduer.vendi. Et vt colligitur ex dictis Pau.de ca.in.d.l.si qs pro eo.col.ij.versic.⁊ ex hoc sequitur ⁊c.⁊ apertius ex his que not. Christo.por.institu.de here.quali.⁊ diffe.§.extraneus.ad fi.⁊ do. Jas.may.in dicta auť.sacramen.pube.colū.x.versi.et si dicas que

6 vtilitas ⁊c.† Multum refert an contractus seruandus sit virtute contractus, an vero seruandus sit in vim iuramenti. Quia primo casu tenentur ad illius obseruationez, etiā heredes qui cōtraxit ⁊ iurauit. Et hoc pro eo, quia cōtractus est validus et efficax, etiam quo ad eos. In secūdo vero casu q̄uis contrahens teneať propter vitandum periurium ad obseruantiā cōtractus per eundē iurati nisi fuerit cū eo dispensatū: eius tamen heredes non tenentur: q2 vt predixi iuramētum quo ad vinculuz periurij est personale, ⁊ nō transit ad heredem contrahentis. Et sic non tenetur heres ꝓpter vitandum periurium obseruare talem cōtractum. Nō etiam tenetur ad illius obseruationem ꝓpter illius efficaciā: q2 ille supponitur nō fuisse iuramento confirmatus, sed illo nō obstante remansisse in sua inefficacia. Hinc dicūt doct.in.d.l.si quis pro eo.et in.c. cū contingat. quod sublato iuramento per dispensationē vel relaxationem epi, non tenetur nec obligatur iurans seruare cōtractū. secus autē est eo casu quo cōtractus cōfirmatur iuramēto vt elegāter voluit Pau.de cast.in.d.l.si quis pro eo.

7 † Quod autē pactū predictū fuerit ⁊ sit pactum legis commissorie seu ei simile ⁊ propterea non valuerit, colligitur ex eo: quia pro solutione dictoruz.xlv.florenorum ⁊ quatuor grossorum fuerunt domus/grangia/pratū et alia terra superius mentionate specialiter ⁊ expresse obligate dicto nobili Aymaro. Et deinde fuit subiunctum pactū de quo supra per quod effectualiter censent dicti nobiles Aymarus ⁊ Guillielmus conuenisse, qđ nisi summa predicta eidez Aymaro infra terminū prefixuz solueretur, ille cederent ei in solutū dicte summe. Et hoc voluit Bar.in.d.l.q̄uis.⁊ doct.in.d.c.significante.⁊ aliqui in.d.l. j.alij in.l.fi.C.de pac.pigno. Idem voluit Bartol.in.l.creditores. col.iiij.versi.vlterius iuxta predicta quero ⁊c.C.de pigno.vbi etiā refert Pet.⁊ allegat.l.titius.ff.de pigno.actio.et.l.cum domina.

8 C.de pigno.† Nec oportet quod pro recuperatione dicte terre, idē nobilis de Podio probet illā fuisse dicti Guillielmi eius fratris, sed sufficit qđ dictus nobilis Aymarus se in possessionē illius poni ⁊ immitti obtinuerit ⁊ fecerit tāꝙ existētis de bonis dicti quōdam Guillielmi. Pro quo allegasse sufficiat quod post Spec.tit. de re.eccle.non alie.in prin.ponit Paul.de cast.consi.lij.exordiente, Super primo qđ dicta citatio ⁊c.col.penul.versi.super vltimo quesito.et quod in simili ponit idem Paul.de castro.consil.ccxvi. exordiēte, Si vero interuenisset iuramentum ⁊c. quod eum fecisse satis apparuit ⁊ apparet ex tenore dictorū pretensorum instrumēti obligatorij inserti.fo.ccccl xxvij.⁊ processus emanati a curia Cabeoli inserti.fo.cc xl.⁊ ex assertiōe quā fecit idē Odoardi ante examē testiū parte ipsius primo loco ꝓductor que scripta est.fo.cxcij. col.ij.⁊ seq. Non enim potest idē nobilis Aymarus referre questionem dominij.l.siue possidetis.et quod not.glos.in.l.cum res.C. de probationibus.

† Fateor ꝙ idē nobilis Joannes de podio deberet offerre summā predictam.xlv.florenorum ⁊ quatuor grossorum monete currentis tempore dicti processus facti per curiā Cabeoli, si de illa habeat aut supplere in moneta nūc currenti id in quo nūc currēs min⁹ valet. Et hoc faciat pro abbreuiatione cause huius, ⁊ saluo iure recuperandi fructus per eundē Aymarum perceptos ex terra ⁊ alijs bonis predictis qui deberēt in sortem imputari.l.j.⁊.ij.C.de pigno.actio.⁊.c.ij.⁊ quod ibi glo.

9 ⁊ doc.de vsu.† Nisi forte opponat aliquis qđ obstante iuramento per dictum Guillielmum prestito fructus huiusmodi in sortē imputari non debeant aut cū ea compensari.c.ad nostrā.le.j.⁊ quod ibi multi docto.de iureiuran. Sed istud non obstat. Tum quia nō apparet quod in casu presenti interuenerit iuramentum prestitū sub ea forma sub qua Joan.and.et alij sentiunt illud fuisse prestitum in.d.c.ad nostram. Tum et quia vt predixi nec iuramentum in casu de quo queritur firmauit contractuz nec dictum nobilem Joannem de podio obligat ad obseruantiam contracti huiusmodi vt predixi, cuius contrarium erat in casu dicti.c.ad nostram.

10 † Tum etiam quia compensans soluere fingitur.l.si peculiuz.§.

11 j.ff.de statu.libe.† Sufficit autem iuramentū vel per equipollens vel in casu ficto adimpleri, vt not. Barto.Ang.⁊ Rapha.in.l.amplius.ff.rem ra.habe.quos sequitur Alex.de imol.cōsi. * col. fi.in secundo volu. Et mouentur Barto.Angel.⁊ Rapha.in.d.l. amplius, bonis rationibus, pro quibus etiaz videtur bene facere c.ex parte.le.ij.de cleri.non residē.vbi probatur ꝙ iuramentū verificatur in casu ficto. Nā ille de quo ibi iurauerat residere, et dicitur quod nihilominus seruat iuramentum se absentando pro negotijs ecclesie: quia censeri debet residens.

12 † Nec opponat idem nobilis Aymarus de prescriptione terre predicte. Quī respondeo ꝙ de ea opponere non potest cum vt predixi pactuz predictū fuerit nullū

nec prebere potuerit causam prescribendi, eo maxime quia idē nobilis Aymarus vtpote contra iura mercatus cēsetur fuisse in mala fide. l. quemadmodū. C. de agrico. ⁊ cēsi. lib. xj. debuisset enim fieri pactum qḋ nisi Guillielm⁹ soluisset dictaȝ summā, res predicte traderentur ⁊ expedirentur ipsi nobili Aymaro in solutuȝ, pretio videlicet iusto aut pretio estimando aut taxādo per probos ⁊ per iudicem, tale enim pactum fuisset ciuile, ⁊ de iure permissuȝ, non autem illud quod factum legitur, vt vcȝ eodem Guillielmo non soluente posset iste nobilis Aymarus se facere immitti in possessionem predictorum bonorum et habere pro. xlv. florenis et quatuor grossis bona valentia centuȝ ⁊ quadraginta florenos ⁊ vltra, prout videtur sufficienter probari per testes parte eiusdem nobilis de Podio in causa ꝓductos ⁊ examinatos super articulis parte eiusdem de Podio in hac causa productis.

Cōsilium. CLIIII.

De rebus ecclesie minus legitime alienatis repetendis, Et de illarum prescriptione, Et de fructibus in pretio compēsandis.

Summarium.

1 Ad validitatem alienationis rerum ecclesiasticarū quid interuenire debeat. nu. 3. ⁊. 7.
2 Actus nullitatem forme defectus semper inducit.
3 Omissio forme etiam in minima particula totum actum vitiat.
4 Ecclesiastica alienatio qualem solēnitatem exposcit.
5 Tractatus solēnitatis in rerum ecclesiasticarū alienatione qualiter debeat apparere.
6 Notarij verbis attestantis cause cognitionem fuisse adhibitaȝ in alienatione rei immobilis minoris, an credendum.
8 Temporis diuturnitas solēnitatem in alienatione immobilium ecclesie interuenisse an presumat.
9 Consuetudo immemorialis an possit derogare canonice solennitati requisite in alienatione bonoruȝ ecclesie, ⁊ in quibus casibus, remissiue.
10 Autentica hoc ius porrectū. C. de sacrosan. eccle. quāuis per Gratianum in decreto inserta, an sit canonizata ⁊ in quo, ⁊ an eius dispositio seruanda in rerum ecclesiasticarum alienatione.
11 Economus ecclesie pro recuperatione rei ecclesiastice sine solēnitate canonica alienate qua forma actionis et libelli vti debeat.
12 Predecessoris mala fides an noceat eius successori, quominus heres possit ex persona sua prescriptionem inchoare, et quanto tempore prescribat.
13 Comparatores rerum ecclesie iniqui an possint pretium repetere ⁊ ecclesia cuius res minus legitime est alienata an teneatur ad pretium restituendum, ⁊ fructus per occupatores percepti an veniāt in sortem compensandi.
14 Emptor agens pro re vendita sibi expedienda pretium in libello an offerre debeat.

1 Alienatio † reruȝ ⁊ bonorum immobiliuȝ ecclesie est regulariter prohibita, ⁊ nisi in ea duo interueniāt, scȝ iusta causa ⁊ canonica solēnitas, illa nō valet. c. sine exceptione. vbi dicitur, vt meliora prospiciat totius cleri interueniente cōsensu. xij. qō. ij. c. tua. de his que fiūt a prelato sine consensu capituli. c. nulli. de re. eccle. non alie. c. j. ⁊. ij. eo. tit. in. vj. ⁊ qḋ defectu solēnitatis canonice, ⁊ sic forme illa sit nulla, hoc claruȝ. 2 † Nam defectus forme semper inducit nullitateȝ actus: quia illa dat esse rei. d. c. sine exceptione. et. c. tua. Pro quo facit, qꝛ forme nihil addi vel detrahi potest ſm Bald. qui ita not. in. l. fi. col. ij. C. de suis ⁊ legi. 3 † Dicit etiā Anto. de butri. in. c. pisanis. in. vij. not. ⁊ per illum text. de resti. spolia. qḋ omissio forme in qualibet minima parte vitiat totum actum ⁊ totum processum. de defectu autem casus liciti hoc probatur in. d. c. nulli. Prohibetur enim alienatio rei ecclesie a iure: ergo si fiat illa est nulla, si non fit in casu de iure concesso aut permisso. l. nō dubium. C. de legi. ⁊ in regula que cōtra ius. de regulis iu. in. vj. Hoc etiam probatur in cle. j. de re. eccle. non alie. et in. c. que in ecclesiarum. de constitu. de quo glos. et Panormi. in. c. j. de in integruȝ restitu. Panormita. et docto. in dicto. c. nulli. multas remissiones ponit dominus Feli. in dicto. c. que in ecclesiarum. colum. j. Que si ita se habeant, immo quia sic se habent palam infertur quod cōcessio in emphitheosim, quaȝ fecisse legitur venerabilis et religiosus quondam vir dominus Marcellinus raymundi prior prioratus beate Marie de Balnis quibusdam Giraudo, Petro ⁊ Guilielmo mayfredi de quodam ipsius prioratus tenemento continente domum/casale/campos/pratum/hortum et arbores. Insuper ⁊ de aygagijs latius mentionatis in instrumento concessionis huiusmodi fuit et est nulla, tam respectu defectus solēnitatis requisite, ꝙ pro eo quia non apparet casum de iure concessum vel permissum subfuisse.

4 † Et quidem de canonica solennitate qḋ illa in ea interuenerit nō apparet. Requirebatur enim tractatus et diligens cause inquisitio, an eidem prioratui expediret vel non expediret alienatio predicti tenementi. Insuper etiam requirebatur subscriptio religiosorum illius conuentus, per id quod not. Joānes de imol. in. c. j. colum. iiij. versic. quid antem si tractetur. de his q̄ fi. a prela. sine cōsensu capituli. Panormi. in. c. cum apostolica. colum. j. eodem titulo. et in dicto. c. nulli. doctores in dicto. c. j. de re. eccle. non alie. in. vj. et probatur in. c. placuit. et. c. sine exceptione. xij. questione. ij. 5 † Non enim apparet tractatum de quo supra precessisse. Cui non obstat quod dicitur in dicto instrumento ibi, habito tractatu diligenti ⁊c. quia ista sunt verba narratiua notarij quibus non creditur in hoc casu, sed debet apparere de tractatu per publicum instrumentum de illo confectum. quod etiam videtur presupposuisse Specula. titu. de loca. §. sequitur videre. ver. porro si ecclesia vel monasterium. vbi ponens formam concessionis in emphitheosim vel ad effectum facte per ecclesiam vel monasterium commemorans tractatum solēnem primo pluries habitum super ipsa concessione vel alienatione, tandē subiungit de ipso tractatu cōstare pluribꝰ instrumētis ⁊c. Et expressius hoc dicit in dicto. §. sequitur. colum. iij. versi. item scias quod de ipso tractatu. ibi, ⁊ not. quod iste tractatus ⁊c. vbi dicit hunc tractatū debere fieri pluries, saltem ter vt dicunt quidam et de qualibet vice debet fieri publicum instrumentum. Et ꝙuis hoc quod ibi dicitur quod ter fieri debeat tractatus reprehendatur communiter tam a Joan. and. ibi, ꝙ in dicto. c. j. de re. eccle. non alie. in. vj. non tamē reprehenditur quo ad hoc quod dicitur fieri debere publicum instrumentum de tractatu. 6 † Et idem voluit Paulus de castro in simili hoc est in alienatione rei immobilis minoris. cōsilio. xcj. exordiente, Super eo quod queritur vtrum viso statuto ⁊c. vbi loquēs de alienatione rei immobilis minoris dicit non credi verbis notarij attestātis fuisse adhibitam cause cognitionem, cum diligēs inquisitio et inuestigatio que fieri requirebatur secundum ea que habentur in. l. magis puto. §. ne passim. cum se. ff. de re. eo. fieri nō posset tempore quo instrumentum celebrabatur sed requirebatur temporis interuallum, ergo ⁊c. iuxta not. per glos. Barto. et doct. in. l. j. C. de fide instru. et iu. hast. fisca. lib. x. et per Bartolum et doctores in. l. sciendum. ff. de verborum obligatio.

7 † Etiam nec apparet dictam concessionem fuisse factam in casu de iure cōcesso vel permisso, nisi forte quis dicat quod immo de hoc appareat cum in instrumento concessionis huiusmodi dictum extiterit pro vtilitate ⁊ euidenti commodo dicti prioratus ⁊c. sed istud non obstat, pro eo quia notariꝰ nō simpliciter asserit ꝙ cōcessio huiusmodi fieret pro vtilitate ⁊ euidenti cōmodo, sed interserit hec verba, vt dicebat prefatus dominus Marcellinus prior Castinus achardi, ⁊ alij quidaȝ inibi nominati, tunc capellani et canonici dicti prioratus, quibus non erat nec est credēdum: quia in regulariter prohibitis certo casu permissis, non statur verbo dicētis casum permissum subesse. l. qui testamentum. ff. de proba. l. cum quis decedens. §. titia. ff. de lega. iij. et quod voluit Joan. and. in addi. Specu. de re. eccle. non alie. super rubrica. versi. absit enim quod in prohibitis ⁊c. Oldra. consilio mihi. clxxv. exordiente, Quidā episcopus cuius mense episcopalis redditus summam quatuor milium librarū ⁊c. col. vij. dominus Jason may. in prelu. feu. charta. viij. colum. ij. et voluit Barto. in terminis in. l. si forte. colum. ij. versi. ⁊ per hoc dixi si in instrumento venditionis facte a capitulo ⁊c. ff. de castren. pecu. de quo etiam dicit se plenius dixisse ⁊ scripsisse in dicta. l. sciendū. ff. de verborum obligatio. quod et verū est vt ibi videri potest. col. ij. versi. sed contra hoc facit. ⁊ auẗ. si quis in aliquo documēto. col. iij. versi. iuxta predicta quero ecclesia ⁊c. C. de eden. vbi etiam ideȝ sentit dominus Jason may. colum. fina. versi. secūdo intellige ſm Barto. in personis que possunt libere disponere ⁊c. quod etiā fuit de mente Alexan. de imol. in dicta. l. si forte. quatenus remittit ad not. per Barto. in dicta auten. si quis. et voluit Gemi. in dicto. c. j. colum. j. de re. eccle. non alie. in. vj. et dominus Feli. in. c. sicut. colū. xiij. versi. non obstat dictum Ange. ⁊c. de re iudi. ⁊ plenius colum. xiiij. vbi etiam allegat hoc voluisse Anto. de butri. Joan. de imol. ⁊ Panor. in. d. c. cū cā. ⁊ Panor. in. c. qm̄ cōtra. col. xxxj. de pba. refert etiam Alexan. de imol. pro hac parte late cōsuluisse consilio inibi allegato. Restat igitur non esse probatum, saltem per instrumentum

mentum dicte concessionis: quia processum nõ vidi quod in ipsa concessione interuenerit canonica solennitas nec quod illa facta extiterit in casu de iure concesso aut permisso.

8 † Nec opponat aliquis q̃d dicta solẽnitas presumatur interuenisse propter temporis diuturnitatem per ea que not. doc. in dicta. l. sciendum. Quoniam respondeo ꝙ immo non presumit̃ postq̃ apparet de ipsa concessione nõ solenni, per id quod voluit Paul. de cast. consil. xlviij. exordiente, In causa que vertitur ꝛc. que allegat not. per Inno. in. c. ꝓposuisti. de proba. ꝛ sequitur Alexan. de imol. consi. x. exordiente, Circa primum dubium quo queritur. c. tertio ꝛc. ꝛ faciũt not. per Bart. et doc. in. l. solent. §. non vero. ff. de offi. proconsul. Bald. in. l. si certis annis. col. iij. C. de pac. ꝛ quod voluit And. Barba. consi. xliij. exordiente, Scribitur apud prophetam ꝛc. charta penulti. versic. et si dicatur. in prima parte. ꝛ Fran. de are. in. c. quoniam cõtra. ad fi. versi. et quia superius. de proba.

¶ Nec etiam opponat aliquis quod dicte solennitati derogatuꝫ extiterit per contrariam consuetudinem. Tum quia vt puto de illa non apparet sufficienter, quinimo nec forte illa fuit legitime, ꝛ

9 alias prout oportuit proposita ꝛ deducta. † Tum ꝛ quia predicte canonice solennitati, de qua videlicet habetur in. c. sine exceptione. xij. q. ij. ꝛ. c. tua. de his que fi. a prela. derogari nõ potuit per cõsuetudinem, per id quod habetur in. c. j. de consue. ꝛ dicto. c. j. de re. eccle. non alie. in. vj. quod etiam voluit Hosti. Jo. an. Jo. de imol. Panor. ꝛ docto. communiter in dicto. c. nulli. Nisi forte tãti temporis esset consuetudo huiusmodi q̃d de illius memoria non extaret, per id quod voluit Cardi. flo. in cle. ij. in principio. in. iiij. colũ. versi. octauo quero ꝛc. de re. eccle. nõ alie. ꝛ quod habetur in. c. j. de prescrip. in. vj. de qua consuetudine nõ puto hic apparere. Fateor quod etiam sunt alij casus in quibus potest per consuetudinem in aliquo derogari canonice solẽnitati de qua supra quos enumerat dominus Feli. in. c. cum causa. colum. iiij. versic. fallit primo ꝛc. de re iudi. sed nullus ex casibus huiusmodi videtur oportune posse

10 adaptari huic casui. † Et q̃uis post doct. canoni. ita communiter opinantes. Idem do. Feli. in dicto. c. cum causa. col. iij. dicat quod opus non existat seruare in alienatione rerum ecclesiasticarum dispositionem. auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. pro eo q̃ non est verum quod illa fuerit canonisata, aut per ecclesiam recepta, q̃uis fuerit per Gratianum inter canones inserta, ideꝫ tamẽ dominus Feli. dicit hoc debere intelligi quo ad decretũ, subhastationem, ꝛ similia de quibus in ea, sed quo ad cause cognitioneꝫ solennem et diligentem adhibendam non est dicta auten. refutata ꝺm Lauren. de rodul. quem allegat in repetitione dicti. c. fine exceptione: ꝛ dicit posse exemplificari respectu examinationis testiuꝫ qui referunt super estimatione rei alienãde, quos dicit debere esse iuratos. aut. de non alie. aut permu. §. quod autem. colla. ij. a quo extracta est dicta aut. hoc ius vt dicit glo. C. super ipsa. et ita rõne iuramenti stabit solẽnitas illius aut. quo ad forum ecclesie.

11 † Potuit igitur ꝛ potest venerabilis vir domin⁹ Economus prioratus ꝛ conuentus beate Marie de Balnis repetere predictum tenementũ a Joãne mattheo, Saluatore, Antonio, Jacomino ꝛ Joãne mayfredi liberoꝝ ꝛ heredum vt audio predictorum Giraudi, Petri et Guillielmi. Nec oportuit vel oportet ad victoriam obtinendam quod ipse probauerit seu probet dominium eiusdeꝫ tenementi: quia vt apparet ex tenore libelli parte eius oblati ipse non intentauit rei vendicationem, sed illum formauit, et consulte iuxta practicam quam ponit Specul. titu. de re. eccle. non alie. in principio. et in titu. de his que fi. a prela. Nec sibi potuit referri questio dominij vt voluit in simili Paulus de castro consilio. liij. exordiente, Super primo. colũ. fi. Pro quo allegat. l. siue possidetis. C. de probatio. et not. in. l. cum res. eodem titu. dictam etiam practicam Specula. allegauit in simili. et consuluit Paulus de castro consilio. ccxv. exordiente, Si non intercessisset iuramentum istius impuberis. colum. fina. ver. super secundo vero dubio. vbi loquens de minore qui sine debita solennitate rem suam alienauit consulit quo remedio illam petere debeat. Ex cuius dictis post Specul. vbi supra apparet sufficisse et sufficere eidem domino Roberto probasse quod dicti Girardus, Petrus ꝛ Guillielmus tenementum predictum habuerunt seu receperũt a ꝑdicto prioratu facto ex ministerio dicti quondaꝫ domini Marcellini. Nec obstat ipsi domino Roberto seu dicto eius prioratui exceptio prescriptionis: quia non apparet q̃d quadraginta anni lapsi extiterint a morte dictorum Girardi, Petri et Guillielmi primorum occupatoruꝫ, quos vtpote malefidei possessores certum est non potuisse prescribere nec prescriptioneꝫ inchoare. c. fi. de prescriptio. et regula possessor malefidei. de regulis iuris. in. vj. iuncta. l. quemadmodum. et quod ibi doctores. C. de agrico. et censi. lib. xj. sunt enim mercati contra legum interdi-

12 cta. † Et hec mala fides nocuit et nocet dictis eorum heredibus, vt vti non possint accessione seu adminiculo temporis quo dicti primi occupatores tenementum possederunt. Et hoc certum per ea que not. glo. et doctores in. l. pomponius. §. cũ quis. ff. de acquiren. possessio. et multis alijs locis. Esto igitur quod ex sua persona potuissent hi successores, et vt audio heredes inchoare dictam prescriptionem, cuius tamen contrarium voluerunt Antonius de butri. Joan. de imol. et Panormi. in. c. si diligenti. de prescrip. Panormi. in. c. nihil. colum. iij. eodem titu. Joan. de imol. in. c. fi. colum. ij. eodem titu. Alexander de imol. in dicta. l. pomponius. §. cum quis. colum. mihi. ix. versicu. vlterius pro expeditione glo. et consuluit idem Alexan. consilio. lxxxiiij. exordiẽte, in causa vertente ꝛc. in primo volu. et consilio. ccxv. exordiente, Uiso et oportune ꝛc. in secundo volumine, et tenuerunt alij multi quos refert dominus Feli. in dicto. c. si diligenti. colum. iiij. versic. contra opinionem famosam Dy. ꝛc. vbi etiam post relationem eorum qui videntur sensisse contrarium subiunxit paucos recedere a prima opinione. Esto inquã quod dicta mala fides dictorum predecessorum his heredibus non noceret, quominus potuerint ex eorum persona inchoare prescriptionem, fuisset tamen opus quod ante motam controuersiam ipsi possedissent quadraginta annis. aut. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. et in. c. de quarta. cum suis similibus. de prescriptio.

13 † Nec videtur q̃d fuerit opus offerre pretium quod fuisse datum pretenditur pro acapito. Tũ quia cum vt predixi prefati occupatores fuerint malefidei, nõ tenebatur nec tenetur ecclesia illis aut eorum heredibus illud restituere. l. iubemus. la. ij. §. plane. et quod ibi multi doctores. C. de sacrosan. eccle. §. potest. versi. qui vniuersas. et quod ibi glos. xvj. q̃. iij. quod etiam videtur fuisse de mente Innocen. in. c. ad audientiam. de re. eccle. non alie. et tenuerunt multi in. c. ad nostram. et in. c. si quis presbyterorũ. eodem titu. Hoc etiam tenuit Panormita. in dicto. c. cum causa. ad fi. de re iudi. vbi dominus Feli. col. vj. V. ad illud mirabile ꝛc. multos refert qui etiã hoc tenuerũt, scilicet vt ecclesia cuius res minus legitime est alienata non teneatur ad restituendum pretium, quicquid sit de prelato qui male alienauit, et pretium recepit. Tum et quia cum tam dicti primi occupatores q̃ reconuenti diu possederint predictum tenementum, ipsi debent fructus per eos perceptos, ꝛ quos suos non fecerunt compensare cum pretio. Insuper et cum reparationibus si quas fecerint. Pro quo breuiter ꝛ succincte remitto ad ea que refert, ꝛ not. Joan. de imol. in. c. si quis presbyterorum. ꝛ. c. ad nostram. de re. eccle. non alie. et Feli. in dicto. c. cum causa. colum. vij. prope finẽ. de re iudi. Nec potuit aut potest libellus dicti domini Economi ex eo impugnari q̃d in ipso oblata non extiterit certa pecunie quantitas quam pretendunt dicti rei postea fuisse datam et solutã taꝫ per dictum Guillielmuꝫ mayfredi suo proprio q̃ Matthei mayfredi filij et pro parte heredis dicti quõdam Petri mayfredi tam suo q̃ aliorum heredum eiusdeꝫ Petri, ꝛ Titius Matthei coheredum nominibus cuidã domino Claudio Raymundi tunc pretenso priori. Tum quia non apparet quod tempore receptionis pecunie huiusmodi aut postea ideꝫ dominus Claudius esset aut fuerit prior. Tum et quia non apparet huiuscemodi pretensam pecuniam fuisse conuersam in cõmodum et vtilitatem dicti prioratus. Tum et quia ad libelli seu petitionis validitateꝫ opus nõ fuit quod pecunia huiusmodi offerretur in libello. Pro quo allegasse sufficiat not. per Sali. in. l. siue apud. C. de trãsac. per Alex. ꝛ

14 moder. in. l. filie lꝫ. C. de colla. † Ubi dicũt nõ esse opus ad validitatẽ libelli ꝙ emptor agẽs pro re vẽdita sibi expediẽda et tradẽda pretiũ offerat. Tum ꝛ q̃ vbi premissa cessassent ꝛ cessarẽt que non cessant, tenerent̃ tñ ipsi rei sibi fructus imputare in hãc pecuniaꝫ. Pro quo si placet videri poterũt relata per Joã. de imol. in. d. c. si quis. ꝛ per Feli. in allegato. c. cũ causa. Idẽ dico de pretẽsis meliorationib⁹, si ꝛ quaten⁹ de illis legitime appareat. Et puto ꝙ nõ nõ solũ nõ ꝓsit dictis reis ad repetitionẽ dicte ꝑtẽse pecunie, et vt pretẽdit̃ per dictũ quõdã do. Claudiũ habite ꝛ recepte quoddam assertũ instrumẽtũ cõfectum sub anno dñi. M. cccclxx. ꝛ die tertia mensis Maij parte eoꝝ in hac cã ꝑductũ, sed eisdẽ noceat, ꝓ eo q̃ cẽsent̃ cõfiteri saltẽ tacite se fuisse esse heredes dictoꝝ Girardi, Petri ꝛ Guillielmi primoꝝ occupatoꝝ seu pretẽsorũ emphitheotaꝝ. Et ita eis nocuit et nocet eisdeꝫ reis, proficitq; ꝛ prodest dicto domino Economo in multis pũctis ꝛ passibus qui possunt colligi ex predictis. Que omnia dixerim sub correctione ꝛc.

Consilium. CLV.

☞ De contractu emptionis doloso sonãte in permutationem

vt domino auferatur ius prelationis.

Summarium.

1 Cõtractus in quo iteruenerũt pretiũ, et res pro vna parte qñ cenſeaꝛ permutatio et qñ emptio, et ſi dolus factus ſit vt dñs iure prelationis fruſtrareꝛ, an res in commiſſum cadat.

2 Denuntiatio emphitheote domino directo de re vẽdenda quando preiudicet, ꝛ habeatur pro non facta.

Ponitur i facto quod Guillielmi bonifilij, inſup et heredes Antonij bonifilij ꝛ honeſta mulier. M. eiuſdez Antonij quondam vxoꝛ loci ſancte Euphemie dederunt/ tradiderunt ꝛ expediuerunt Guillielmo Joannis eiuſdem loci quandam domum valoris cẽtuz floren. ꝛ vltra, que tenetur et poſſidetur de et ſub dñio directo ꝛ maiori ſeignoria nobilis ꝛ generoſi viri Antonij de roſanis cõdñi dicti loci ſancte Euphemie prouido viro Guillielmo Joannis, ꝛ hoc pro quadã eiuſdẽ Joãnis terra valoris decẽ ꝛ octo groſſoꝝ, ꝛ pro cẽtũ florenis pro maiori valẽtia dicte domus. Quodqꝫ pro domo hmõi idẽ boni hoĩs prefatis Guillielmo bonifilij et heredibꝰ Antonij ꝛ relicte dedit, tradidit ꝛ expediuit dictã terrã. ꝛ pro maiori valẽtia dicte domus dedit ꝛ ei ſoluit dictos cẽtũ florenos. Poniꝛ inſuper in facto ꝙ paulopoſt ipſi Guillielmus bonifilij, heredes Antonij ꝛ relicta vendiderunt dictam terram pretio decem ꝛ octo groſſorum.

¶ Queſitum eſt an contractus huiuſmodi cenſeri debeat emptio et venditio aut permutatio.

1 † Ad quod reſpõdeo ꝙ ſuper hoc ſunt opiniones vt apparet ex his q̃ not. Hoſt. Jo. and. ꝛ doc. in. c. ad qõnes. de re. permuta. quidã eñ voluerũt qꝺ eo ipſo qꝺ in cõtractu interuenit p̃tiũ, ille iudicari debeat ꝛ cẽſeri cõtractus emptionis ꝛ vẽditiõis. Alij vero dixerũt qꝺ ĩſpici debeat an p̃tiũ datum pro maiori valẽtia ſit maior pars eſtimationis, et tũc cenſeri debeat eſſe cõtractus emptionis ꝛ vẽditionis, an minor ꝛ tunc ſit cõtractus permutationis. arg. l. maiorẽ. ff. de pac. ꝛ. c. quod in dubijs. de ꝯſecra. eccleſie vel alta. facit. c. hermofroditus. iiij. q. iij. ꝛ. l. queritur. ff. de ſtatu hoĩm. alij dicũt ꝙ inſpici debeat, an pretiũ detur vt pretiũ vt ſic cẽſeri debeat eſſe cõtractus emptionis ꝛ venditionis aut deꝛ vt ſpecies, et tũc cenſeri debeat permutatio. arg. l. j. §. ſi pecuniã in ſacculo. ff. depo. ꝛ quãcunqꝫ harũ opinionũ tenuerimus, inferꝛ qꝺ cõtractus de quo ſupra fuit cõtractus emptionis ꝛ venditionis, ꝛ ſcꝺm hoc potuit ꝛ poteſt ipſe nobilis Antonius retinere domũ predictã iure prelationis: offerẽdo, vcꝫ dictos cẽtũ florenos datos pro maiori valẽtia dicte domus, ꝛ decẽocto groſſos p eſtimatione terre p̃dicte. Alij vero dixerũt qꝺ inſpici ꝛ attendi debeat quid eſt hoc qꝺ principaliter actũ eſt inter partes, an videlicet emptio ꝛ venditio aut permutatio, ꝛ ſi principaliter actuz extiterit qꝺ partes facerẽt permutationẽ, tũc cẽſeri debet permutatio: aut principaliter vendiꝛ ꝛ emiꝛ, ꝛ tunc cenſeri debet emptio ꝛ venditio ꝑm Jo. and. Jo. de imol. Panor. ꝛ doct. in. d. c. ad queſtiones. ꝛ Bar. in. l. ariſto. ff. de dona. ꝛ in. l. j. ff. de re. permuta. ſi vero non appareat quid principaliter actum extiterit, tunc inſpici dꝫ, an pretiũ datũ ſit maior pars eſtimationis, ꝛ ſic eſt emptio ꝛ vẽditio, an res que cũ pecunia data eſt pro alia re ſit maior pars eſtimationis, ꝛ tunc ſit permutatio ꝑm Anto. de butri. Joã. de imol. Panor. ꝛ Barto. in locis ſuperius allegatis. Et ſcꝺm hoc ſi prefati Guillielmꝰ bonifilij, heredes, ꝛ relicta, ꝛ Gullielmus boni hoĩs egerint principaliter inire ꝛ celebrare cõtractum emptionis ꝛ venditionis, ille debet cenſeri emptio ꝛ venditio, qꝺ tamẽ nõ poſſum dicere cum eum non viderim. Exiſtimo tamen qꝺ cum terra permutata fuerit ꝛ ſit modici ꝛ viliſſimi valoris reſpectu domus preſumi debeat iſte contractus, ſi ꝛ quatenus ſonet in contractũ permutationis fuiſſe fraudulentus ꝛ doloſus factus, vcꝫ in fraudez dñi directi, et ne poſſet iure prelationis domum predictã retinere attẽta ſignãter qꝺ prefati Guillielmus bonifilij, heredes ꝛ relicta ſtatim vel ſaltem infra paucos dies dictã terrã vẽdiderint, ꝛ vt ponitur pretio decẽocto groſſorũ per quod ſatis apparet ipſos non fuiſſe multũ affectos ad illã terram habendã, vt pro illa permutarent dictam eorum domum. pro quo facit. l. ſi ventri. §. fi. ff. de priuile. credi. Et ſi iſta frauꝫ ꝓbari poſſit, exiſtimo quod domus ſit commiſſa propter fraudem commiſſam de contractu ad contractũ. Finxerũt enim ꝛ ſimulauerũt facere cõtractũ permutationis cum tamen reuera facerent contractum emptionis ꝛ venditionis vt ſic auferrent dicto nobili Antonio facultatem retinendi dictã domũ iure prelationis.

2 † Pro quo induco id quod dicunt docto. de emphitheota volente vendere rem emphitheotecariam, ꝛ non referente veraciter domino directo quantuꝫ pretium inueniat: de quo dicunt qꝺ ſi dñs directus reſponderit ſe nolle emere pro illo pretio, huiuſmodi denũtiatio habetur perinde acſi facta nõ eſſet vt voluit Hoſtien. in. c. potuit. ꝛ poſt eum Joã. de imol. ibi, in primo nota. de loca. Sali. in. l. fi. col. vj. C. de iu. emphi. vbi etiam do. Jaſon max. col. ix. Ex quo ſequitur quod ſi emphitheota poſt talem denuntiationem ꝛ reſponſionem factam per dominum vendat et tradat rem, res cadit in commiſſum, quia eam vendit ꝛ tradit non facta denuntiatione, et ſic ſine conſenſu domini quod lex prohibet dicta. l. fi. C. de iu. emphi.

Cõſulo tamen quod dictus nobilis Antonius impetret monitorium generale in forma malefactorum contra eos qui a duobus annis citra in ipſius fraudẽ ꝛ deceptionẽ, ꝛ vt eũ impedirent ne poſſet vti iure prelationis finxerunt ꝛ ſimularunt aut ſcribi fecerunt in contractibus per eos celebratis de predijs que tenentur de ꝛ ſub dominio directo ꝛ maiori ſeignoria eiuſdeꝫ: quod ipſi res huiuſmodi permutabant ꝛ permutationis ſeu excambij titu. tradebant, ꝙuis reuera illas vẽdere intenderent, ꝛ eaſdem venderent, et contra ſcientes ac conſiliuꝫ et fauorem prebentes. Et quod deinde illud publicetur in ſancta Euphemia, ꝛ in alijs locis oportunis.

Conſilium. CLVI.

De articulorum additionalium oblatis pugnãtium repulſione.

Summarium.

1 Articuli additionales alijs oblatis repugnantes an ſint de iure admittendi.

2 Appellans a non admittente articulos additionales oblatis cõtrarios an obtinere debeat in cauſa, ꝛ quando.

1 Etiã † ſi quidam pretẽſi additionales articuli parte liberorum ꝛ heredum nobilis Joannis tyſay oblati et producti in cauſa cepta, ꝛ tunc pẽdẽte indeciſa, per ꝛ inter nobiles et generoſos viros Ludouicuꝫ ꝛ. M. de Uillanoua ex vna parte, ꝛ ipos liberos ꝛ heredes ex alia, fuiſſent de iure admittendi, cuius contrariuꝫ voluerũt et volunt multi, ꝛ quidẽ Dy. in regula nullus pluribus. de regu. iur. in. vj. ꝛ Ange. Sali. quo ad caſum occurrentem in. l. j. C. de fur. et alij in alijs locis, et hoc ratione contrarietatis ꝛ repugnantie quam habebant et habent ad alios articulos parte eorũ aut dicti nobilis Joannis eorum quondam patris in ipſa cauſa iam oblatos.

2 † Nõ tamẽ potuiſſent nec poſſunt dicti Tyſay propter non admiſſionem ſeu repulſionem articulorum huiuſmodi obtinere in cauſa appellationis niſi probata ipſorum veritate, cui dicto non obſtat. c. interpoſita. de appella. Quod dixerim ſub correctione cuiuſlibet domini melius ſentientis.

Conſilium. CLVII.

De reuocandis donationibus per liberorum ſuperuenientiam.

Summarium.

1 Adiectio contemplatione matrimonij poſita in donatione ſimplici, an videatur in dubio cauſa impulſiua an finalis.

2 Diſpoſitio. l. ſi vnq̃. C. de reuo. dona. an habet locũ in donatione facta in contractu matrimonij, et an dicte. l. renuntiari poſſit. numero. 4.

3 Donatio an et quando per prolis ſuſceptionem reuocetur.

5 Pater an poſſit renuntiare in filiorum preiudicium.

6 Donatio per natiuitatem liberorum ſemel reuocata an reconualeſcat per mortem liberorum donatore ſuperſtite per tempus infra quod illam reuocare poterat.

Siue donatio

Que donatio quam fecisse dicitur Anno dñi. M.cccclviij. et die quinta mensis Novembris, pbus quõdam vir Guillielmº prati loci sancti Spiritus Antonio boni eiº nepoti, fuerit donatio ob causaz siue donatio simplex: illa fuit reuocata, et quidã si ob causam, p eo quia causa nõ fuit adimpleta: si autẽ simplex, p eo quia post illam fuerunt p ipsum Guillielmum pcreati liberi naturales et legitimi, de quibus nõ apparet fuisse cogitatuz tempore donationis hmõi: istud dictum pbatur per. l. si vnq̃. vbi
1 casus fm opinionẽ cõmunem. C. de reuocan. dona. † Et vbi vellemus defendere hanc donationẽ fuisse et esse simplicem, nõ ob causam, dici posset q̃ huic dicto nõ obstat q̃ in donatiõe hmõi dictũ extiterit ipsuz Guillielmũ donare cõtemplatione matrimonij &c. quia illa adiectio videtur in dubio causa impulsiua, non finalis. l. titio cẽtum. in principio. ff. de cõdi. et demon. et. l. ij. §. fi. ff. de dona.
2 † Nec obstat qd referunt aliqui moderni in. l. ij. ff. solut. matrimo. vbi dicunt als fuisse cõsultum p Yno. de popu. et quosdam alios docto. perusinos. q̃ dispositio dicte legis si vnq̃, nõ habet locum quãdo donatio fit in cõtractu matrimonij, et hoc ea ratione, q: cũ matrimonia potissime cõtrahantur ad sobolez pcreandam. l. j. ff. solu. matri. apparet et mulierem et virũ cogitasse de liberis pcreandis, nõ habet ergo locum dicta. l. si vnq̃. vt not. Bart. et docto. magis cõiter in. l. titia. §. imperator. ff. de legat. ij. et in dicta. l. si vnq̃.
3 † Qm respõdeo q̃ Yno. de popu. et alij loquũtur i casu diuerso, scz quando in cõtractu matrimonij fit donatio p mulierem cõtrahentem viro cõtrahenti vel ecõtra, vel etiam vbi hincinde fit donatio reciproca, quia eñ isti cõtrahunt matrimoniũ. ipsi verisimiliter cogitant de liberis p eos pcreandis. Et sic nõ mirum si donatio quã alter alteri facit, nõ reuocetur postea pter plis susceptionẽ. In casu vero nostro dictus Guillielmus nõ cõtrahebat, sed prefatus Antonius boni et. N. Et ita nõ est qd dici possit ipsum Guillielmum pter cõtractũ matrimonij hmõi cogitasse de liberis a seipo
4 Guillielmo postea pcreandis. Nõ ergo obstant pdicta, † quibus addo multos docto. et quidem magne autoritatis voluisse, q̃ dicte. l. si vnq̃ renuntiari nõ possit. Et sic q̃ licet fuerit de liberis cogitatum, non pterea impediatur reuocatio si postea nascantur liberi. hoc eñ voluit Oldra. cõsilio. clxxij. exordiente, Quidã habens vnicũ filium &c. Joan. an. in addi. Specu. titu. de instru. edi. §. porro. in addi. exordiente, Hoc aũt certum est. et sequitur Roma. consilio. cclxix. exordiente, Non est dubium q̃ donatio &c. vbi subdit sequendaz esse opinionem Joan. an. abiectis falsitatibus aliorum. Idem tenet Sali. in dicta. l. si vnq̃. et Joan. Pet. in sua practica in forma libelli quando agitur p dona. Pro quoruz opinione et dicto facit, quia videtur cõcurrere duplex fauor, scz dona-
5 toris. Item et filiorum eius, † ergo solus pater nõ potest renũtiare in preiudicium filiorum. per id qd voluit Barto. in. l. hac edictali. in fi. principij. C. de secun. nup. et Cano. in. c. si diligenti. de fo. compete n. Fateor q̃ multi cõtradicunt, sed super hoc nõ insisto: q: nec est opus, cũ nec in donatione nec in pretẽsa diuisione postea facta appareat fuisse de liberis cogitatum.

6 † Etiaz nec obstaret si opponeretur q̃ cum liberi nati post dictam donationem ab humanis decesserint, superstite dicto Guillielmo, videatur donatio vires resumpsisse, cum postea vixerit per tempus infra qd illaz reuocare poterat. per id qd not. Bal. in. l. j. colũ. fi. C. de inoffi. dona. et sequitur Pau. de cast. in. l. ij. col. fi. C. de posthu. hered. instit u. et Jason may. in auten. ex causa. ad fi. C. de libe. preteri. vel exhereda. et Jo. de Imol. in. c. fi. col. vj. de dona. Tum quia Bart. tenuit cõtrariuz in dicta. l. titia. §. imperator. ff. de lega. ij. motus ex ea ratiõe, quia ex quo donatio fuit semel reuocata p natiuitatem liberorum non recõualescit. regula nõ firmatur. de regu. iur. in. vj. et respõdet contrarijs, quibus etiam respõdet Joan. de Imol. vbi supra pxime. Et hanc opiniõnẽ Bart. tenuit Pe. de ancha. in dicto. c. fi. de dona. Pro qua opinione etiam cõsuluit Bal. sibi pterea cõtrariº. cõsilio. cccclxj. exordiẽte, Quidã Frãciscus tunc carens filijs &c. in secunda parte. vbi allegat in arg. l. inter stipulantẽ. §. sacram. ff. de verbo. oblig. Tũ etiam nõ obstat, quia licet aliqui decesserint, nõ tamẽ oẽs, quia adhuc superest honesta mulier Bertrãda prati, et ita nõ cessat causa pter quã fuit donatio reuocata.

Etiã nec obstat q̃ post donationem facta fuerit diuisio et p tertia parte dicto Antonio donata, res certe sibi dimisse et tradite, et q̃ propterea videat pseuerasse in dicta donatione. Qm rñdeo q̃ cũ diuisio hmõi etiam facta extiterit ante liberoꝝ natiuitatez, nõ est per eam impedita reuocatio donationis, que facienda erat pter liberoꝝ natiuitatẽ. Et puto q̃ etiam si dicta tertia pars fuisset iterato donata tempore facte diuisionis, non pterea esset impedita reuocatio prime donationis, postq̃ supponimus nõ fuisse cogitatum de liberis. Semper eñ subesset causa reuocationis, que est q̃ donator donasse censeatur sub conditione si liberos non procrearet.

Consilium. CLVIII.

De successione naturaliũ in bonis maternis, et de stupri pena, et de natis ex dãnato coitu matri nõ succedentibus.

Summarium.

1 Stupri pena an pcedat etiã cõtra olim virginẽ voluntarie stupratam, et habeat locum in hincinde sponte delinquentibus, et cõtra mulierem qualiter procedatur.
2 Spurij an possint quicq̃ a patre vel a matre capere, et an vt naturales possint matri succedere. nu. seq.
3 Spurij qui dicantur.
4 Natus ex dãnato coitu quis dicatur, et an matri succedat.

Etiaz si verũ sit, super quo non insisto q̃ Innocentia, que vt pretenditur, genita est ex Bartholomeo columbi loci Burgi tunc habente vxorem legitimam, et Alaysia tunc soluta ac muliere libera et non serua dici non debeat adulterina, et quod idẽ Columbi de iure puniri non potuerit, aut de iure debuerit tanq̃ adulter. per. l. et ea que not. doctores in locis vulgaribus. Ex hoc tamen non precise vel ex necessitate concluditur eandem Innocentiam fuisse vel esse conceptam ex non damnato coitu.
1 † Nõ enim solus coitus adulterinus de iure ciuili damnatus est aut per ipsum punitur, sed etiam nefarius incestuosus stupri seu stupratorius, et alij multi: quibus omissis assumo coitum stupri quem constat esse punibilem et damnatum de iure ciuili, qd procedit non solum contra virum qui stuprauit, sed etiam contra olim virginem voluntarie stupratam. pro quo allegasse sufficiat quod voluit glos. in. l. inter liberas. §. lex iulia. ff. de adulter. Salice. in. l. eum qui duas. et. l. penultima. C. eodem titu. et Ange. areti. in suo tractatu malefici. super verbo, che me hay adulterato mya dona. versicu. quero que sit pena stupri &c. et que pena contra tales, et sic hoc est hincinde voluntarie delinquentes indicta extiterit. patet in. §. Item lex iulia. de adulterijs. ibi, sed eadem lege iulia etiam stupri &c. institu. de publi. iudi. Et licet fortasse mulier non puniatur hodie in publicatione dimidie partis bonorum suorum, punitur tamen saltem per detrusionem in monasterio. Quod si ita est, immo quia ita est non sufficit huic nostre Innocentie posse ostendere quod non sit adulterina, et quod dictus Bartholomeus columbi eius pater tanquã adulter puniri non potuerit. Nisi forte quis dicere voluerit quod licet soluti solutas stuprantes stuprum punibile committant, et ex quo puniri debent: et vir solutus et virgo stuprata, non tamen vir vxorem habens stuprum etiam in virgine punibile cõmittit. Pro quo videri poterit dominus Jo. baptista. in repetitio. dicte. l. si qua illustris. folio. iiij. columna. j. ver. restat vt oportune videamº. et col. se. vbi multa, et pfecto oportune inducta et bene faciẽtia ad hũc casuz: vbi etiã inter cetera cõmemorauit illum casum specialẽ, quem notauit Bal. in. l. eã quã. colũ. mihi. vj. ver. et scias q̃ in istis spurijs. C. de fideicõmis. Illum etiam cõmemorauit Ludoui. bolo. in addi. ad tractatũ Matthe. de matthe. colũ. x. ver. quarto principaliter capio quartũ graduz. ver. secundo limita. nisi mulier fuisset violenter cognita &c. Dicit enim Bal. et illi post eũ vbi supra, q̃ virgo que concepit ex tyrãno vxorato vel ex rege, potest spuriũ instituere, quia quo ad eam non est natus ex accusabili amplexu, sed impressiuo: quia psumit vim passa, et metus terribilis eã excusat. Presupponit ergo et alij post eum, q̃ si cessante metu virgo stuprata extitisset, nõ esset stuprum quo ad eaz impunibile, sed puto q̃ nullus sane mentis hoc dicat. dicte ergo Innocẽtie i nullo suffragat. l. j. et qd ibi glo. C. de adulte. Et idẽ dico de notã eorũ quos audio voluisse q̃ vir vxoratº cognoscẽs solutã adulteriũ nõ cõmittit. Nõ eñ isti dicũt quin p3 variationẽ psone muliebris cũ qua coit actũ faciat de lege punibilẽ

vt verbi gratia: si cum parente, si cū alia sui sanguinis, si cum moniali, nemo em̄ negabit quin etiā iste vxoratus actum faciat punibilē: nō solum quo ad se, sed etiam quo ad parentē ⁊ aliā mulierē sui sanguinis seu cognationis ⁊ monialē: quod si ita est, cur etiam nō idem dicemus in stupro cōmisso in virgine, non dico vi rapta, sed voluntarie stuprata, quorum ꝓpterea coitus est quo ad ꝑsonā cuiuslibet punibilis. Cū ergo dicta Innocentia ꝓcreata extiterit ex dicto Bartholomeo stupratore, et p̄fata Alaysia ꝑ eum stuprata, quod p̄sumitur per ea q̄ not. docto. in. c. j. de adulte. Nō potuit nec de iure potest ipsa Innocentia eidem Alaysie succedere, quod etiam voluit Bald. consilio. ccxxxix. exordiente, Ad euidentiā ⁊c. 2 in tertia parte, † vbi dicit ꝙ naturales filij succedunt matri, nisi sit illustris: sed spurij qui sunt nati ex damnato coitu, ita ꝙ coeūtes possint accusari stupri/adulterij/vel incestus, nō possunt aliquid capere a patre vel matre ⁊c. vt ibi.

3 † **Premissis non obstat/imo** ꝑfecto pro eis facit qd̄ not. Bart. in. l. penulti. col. j. versi. quero an succedat. ff. de his quibus vt indig. Bart. em̄ in dicta. l. versic. his ꝑmissis querit qui dicātur spurij: et tandē positis multis sp̄ebus spuriorū subiūgit in dicto ver. quero an succedat. Et distinguēdo dicit ꝙ spurij nati ex coitu nō damnato, hoc a lege nō ꝓhibito, vt verbi gratia: ex coitu meretricali vel ex cōcubina, cum haberet plures, vel nō haberet eā indubitato affectu, et isto casu succedit matri spurius, nisi sit illustris. l. hac parte. et. l. spurio. ff. vnde cognat. et. l. si qua illustris. C. ad orfi. Sed si est natus ex damnato coitu ex quo veniret puniendus, tunc non succedit. aut. quibus mo. natu. effi. sui. §. penul. ⁊. §. nouissime. institu. ad orfi. Bar. enim nihil expresse dicit de filio spurio nato ex stupro ꝙ ille succedere debeat: nihil etiam tacite vel in genere, sed potius cōtra, quatenus distinguit inter natum ex coitu nō damnato, et natū ex damnato, cuius modi fuit ⁊ est hec Innocētia. Adijcio etiam p̄dictis ꝙ Bart. vbi supra reprehenditur ꝑ Matthe. de mattha. in dicto tractatu. col. v. ver. vnum em̄ restat videre ꝓ huius membri expeditione ⁊c. sed super hoc nō insisto, vtpote non necessario.

Etiam nec obstant not. per Ange. Ioā. de pla. ⁊ Por. in dicto. §. nouissime. institu. ad orfi. et 4 per Sali. in aut. ex complexu. C. de ince. nupt. † quatenꝰ voluit ꝙ natus ex viro vxorato ⁊ soluta, non dicitur esse natus ex damnato coitu, et ꝙ ille pōt matri succedere. Qm̄ respondeo, ꝙ isti intelligendi sunt ꝙ non eoipso, quia ꝙ natus est ex soluta et viro etiam vxorato, dicitur natꝰ ex danato coitu. Hoc em̄ ꝓbatur in dicta. l. j. C. de adulte. quia reperiuntur aliqui casus in quibus hoc nō esset verū, vt verbi gratia: si ex eo ⁊ meretrice, sed non dicunt p̄fati doct. ꝙ passim ⁊ indistincte natus ex vxorato ⁊ soluta dicatur natus ex coitu nō damnato: nec em̄ hoc dicerent de natis ex viro vxorato ⁊ moniali vel cōsanguinea, non etiam si ex eo ⁊ vidua honesta. Etiā nec obstat, immo facit ꝓ quod voluit Pau. de ca. cōsilio. clxxxiij. exordiēte, In causa que vertitur. col. j. vbi voluit ꝙ natus ex viro vxorato ⁊ vidua honeste viuente dicatur natus ex damnato coitu q̄uis secus esset, vt ibi dicit idem Pau. et ego nō nego si tunc vixisset meretricaliter. Etiam nec obstat ꝙ ponit idē Pau. de cast. consilio. ccxxvij. exordiente, Sup primo dubio ⁊c. col. iiij. ver. scd̄o respondetur ⁊c. Qm̄ respondeo ꝙ licet Pau. de cast. ibi loquatur de nato ex viro vxorato, nō tamen apparet ex eius verbis ꝙ ea ex qua nata extiterat, fuerit tempore coitus virgo vel vidua honeste viuens, quo casu fuisset cōceptus ex stupro, sed potius videtur idē Pau. dixisse ꝙ tunc non erat virgo vel vidua honeste viuēs cum quibus potuerit cōmitti stuprū, sed potius dicit cōtrarium, quatenus ibi dicit ꝙ inter illum virum vxoratū ⁊ matrem fuit commissa simplex fornicatio. Et eodē modo videtur respondendū ad ea que ponit Alexan. de Imol. consilio. cxxxix. Cuius etiā dicta si attendātur exempla. consilio. clxxiiij. in quinto volu. non obstāt. Loquitur em̄ vbi sub specie concubinatus vel ipsius viri cognoscētis, q̄uis illiciti, vt quia plures ⁊c. vel quia mulier cognita erat concubina alterius: sed hic loquimur de nata ex stupro commisso per vxoratum in virginē et que nec concubina fuisse ꝓponitꝰ dicti Bartholomei nec alterius. Quod aūt dicitur stuprum cōmissum per dn̄m in personam eius ancille non esse punibile quo ad dn̄m vxoratū, qd̄ forte etiā quo ad ancillā verius dici posset, non facit ad hunc casū. Nō erat dicta Alaysia ancilla dicti Bartholomei, nec idē bartholomei eiꝰ dn̄s. Per p̄dicta apparet fuisse sufficiēter respōsum etiā ad alia. Ex quibus oībus concludo hanc Innocentiam dicte Alaysie eius pretense matri nō posse succedere, nisi forte dicat et etiam probet, ꝙ tempore sue conceptionis esset mater meretrix, vel al's inhoneste viuens quo ad carnem et vilis ꝑsona. Cū enim venerabilis vir dominus Martinus. M. sit in hac causa reus et vt puto possideat, et dicta Innocētia se illegitimam fateatur, opus est ad victoriam obtinendam ꝙ ipsa ꝓponat et probet qualitatem illegitimitatis, que eā non repellat, al's petitio nō cōcluderet eius intentionem, quia non omnes illegitimi admittuntur ad maternam successionem. Et sic probatio non esset concludens prout esse debet.

Consilium. CLIX.

De donatione inter virum ⁊ vxorē, et de successione patris in bonis filiorum.

Summarium.

1. Mens cōtrahentium maxime attendenda.
2. Iuramentum mariti assertorium an firmet cōfessionem in fauorem vxoris vel ecōtra factam, et an sit idem in iuramento ꝓmissorio, et cur. nu. seq.
3. Donatio inter viuos facta inter cōiuges constante matrimonio, an firmetur iuramento.
4. Iuramentum quoad vinculum periurij non transit ad heredem, secus quando firmat contractum.
5. Cōditionem vnam non sufficit euenisse vbi sunt due.
6. Cōditio donationis resoluende an et per que ꝓbanda.
7. Cōfessio de recepto cū iuramēto ꝓmissorio an sufficiat ad exclusionem petitionis.
8. Sponsa donans spōso vel mulier viro habetur ꝓ miraculo.
9. Legitima ⁊ trebellianica de fideicōmisso detrahuntur.
10. Substitutitio reciproca an cōtineat fideicōmissariā ⁊ quando.
11. Donatio reciproca omnium bonorum an includat societatē vt acquirenda etiam veniant.
12. Pater habens vsumfructum in bonis filiorꝫ, an teneatur ad contribuendum in solutione legatorum.

Christi nomine inuocato. Uiso consultationis themate mihi exhibito parte honeste mulieris Joanne guilhote filie naturalis ⁊ legitime Petri guilhoti et Alaysie chapusie eiusdē Guilhoti quōdam vxoris, ⁊ dubijs ex themate huiusmodi elicitis, vna cum instrumētis matrimonij/testamenti/⁊ diuisionis/ in cōsultatione huiusmodi latiꝰ mentionatis, et cum allegationibus seu respōsis venerabilis ⁊ egregij viri dn̄i Hūberti de Dorna iurium ꝓfessoris. Dico et respondeo ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum, ꝙ vbi supponeremus vel verū esset donationem factam per dictam Alaysiam dicto Petro guilhoti de medietate bonorum suorum valuisse ⁊ valere, non videtur esse dubium quin illa centum scuta que apportare ꝓmiserat ⁊ tenebatur idem Guilhoti super hereditate seu bonis prefate Alaysie debuerint in bonis huiusmodi implicari, aut cū eis cumulari ad cōmune commodum dictorum Petri ⁊ Alaysie. Ista enim videtur fuisse mens ⁊ intētio cōtrahentiū. Cū em̄ dicta Alaysia donaret, et idem Petrus etiam donaret, qui tamen nō videbatur habere aliqua bona immobilia, quinimo nec mobilia saltem nota, factū est hoc pactum de apportandis centum scutis ꝓ compensatione illius medietatis quam donabat ipsa Alaysia seu ꝓ cōmuni augmentatione bonorum. Et hec videntur fuisse de mente partium, 1 † que mens attendenda est potius q̄ verba. l. iij. §. conditio. ff. de adimen. lega. l. sed celsus. ff. de cōtrahen. emptio. ⁊ vēdi. et. l. in cōuentionibus. ff. de verbo. signifi.

Ad secundū dico ⁊ respōdeo ꝙ iste articulus nō videtur esse sine dubio propter conflictum rationum. Pro dicto enim Petro facit confessio prefate Alaysie vnacum renuntiatione, vt puto exceptionis pecunie non numerate, et cum iuramento, vt puto ꝓmissorio de nō veniendo aduersus confessionem, et de vlterius nihil petendo, pretextu ⁊ ad causam dictorum centum scutorum per prefatum Guilhoti portari promissorum. Ideo autem dico, puto quia non habeo extensam confessionem factam de recepto per dictam quondā Alaysiam, sed sub clausulis abbreuiatis per dictionem ⁊c. Sed supposito ꝙ ita sit vt predixi, non videtur quod prefata Alaysia aut eius heres potuerit aut possit venire aduersus istam confessionem et 2 quittantiam vallatam iuramēto de non cōtraueniendo. † Quāuis enim iuramenum assertorium non firmet confessionem factam per

ctam per virum in fauorem vxoris, vel econtra: hoc est ꝙuis confessio per quam vir iurat se aliquid habuisse ab vxore, et illud sibi debere, vel econtra: vxor iurat aliquid habuisse a viro, non valeat ꝓpter fraudem legis p̄sumptam. per id quod voluit Pet. et post eũ Cy. in. l. j. ad fi. C. de sacrosanc. eccle. Barto. in. l. cum quis decedens. §. titia. ff. de legat. iij. Bal. in. l. j. colũ. v. C. de inoffic. dona. et Bart. in. l. aurelius. §. fi. ff. de libera. lega. et Sali. in. l. hac edictali. in princi. in. vij. q. C. de secũ. nupt. vbi volunt ꝙ si maritus in testamento cõfiteatur se debere vxori centuz, que iurat ab ea recepisse, talis cõfessio iurata seruari nõ debet, quia tale iuramẽtum prestitum super eo quod est de preterito nõ est seruandum, vtpote factũ in fraudẽ legis que p̄sumit confessionem esse factam vxori animo donandi in fraudẽ legis ꝓhibentis maritũ donare vxori cõstante matrimonio. l. qui testamentuz. ff. de ꝓba. et dicta. l. cum quis decedens. §. titia. et est de mẽte Jo. an. in addi. Specu. titu. de dona. inter virum ⁊ vxorem. in rubri. et Bald. in. c. cum contingat. colũ. mihi. ix. versi. vndecima conclusio ⁊c. de iureiuran. et Fran. de are. consilio. lxxiiij. exordiente, Diligenter ⁊ mature ponderatis. col. iiij. versicu. primum est ꝙ neqꝫ Joan. and. ⁊c. et Alexan. de Jmol. in. l. si donatione. colũ. iiij. C. de dona. Secus tamen est in cõfessione in qua interuenit non iuramẽtum assertorium, et sic de preterito: sed iuramentum ꝓmissorium, et sic de futuro: per quod videlicet vir vel vxor cõfitetur habuisse a coniuge, et iurat ꝙ soluet aut ꝙ non cõtraueniet. Nam talis cõfessio valet ⁊ seruanda est, etiam

3 si cõiunx sic confitens ⁊ iurans hoc faciat animo donandi, † quia ſm opinionem magis communem donatio inter viuos facta inter coniuges firmatur iuramento. Hec enim fuit opinio Guil. de cug. in. l. sed si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiurand. Fede. de se. consilio. cxl. exordiente, Pũctus questionis talis est. Hanc opinionem secutus est Barto. in. l. seius ⁊ augerius. ff. ad leg. fal. et in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. Bald. in. l. j. in repetit. anti. ff. de donat. inter virum ⁊ vxorem. Joannes de Jmol. in dicto. c. cuz contingat. in decimo membro de iureiuran. vbi etiam Panormi. in. ix. casu. Jdem tenet Ange. in. l. penultima. §. mulier. ff. solu. matrimo. Rapha. cuma. in. l. si quis inquilinos. §. j. ff. de lega. primo. et Pau. de castr. in. l. pacta que contra. C. de pactis. qui etiam ita consuluit consilio. xcix. exordiente, Notandum est ꝙ prefatuz statutum ⁊c. Jdem voluit Franci. de are. in dicto consilio. lxxiiij. Panormitanus in. c. fi. de do. post diuor. restitu. et Bartho. cepol. in suis caute. fol. mihi. lxxvj. versicu. secunda cautela ꝙ fiat donatio cum iuramento. Et idem etiam fuit de mente Alexan. de Jmol. in dicta. l. si donatione. col. v. vbi voluit talem confessionem vallatam iuramento ꝓmissorio esse seruandam, si seruari possit sine interitu salutis eterne. c. si vero. cum vulgaribus. de iureiurand. Et quemadmodum aduersus talem confessionem venire non potest

4 confitens, et sic iurans, ita nec eius heres. pro eo † quia ꝙuis iuramẽtum quo ad vinculum periurij sit personale, et sic non transeat in heredem, vt not. Jnno. in. c. veritatis. de fide instrumẽ. et multi legiste in auten. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. et in alijs locis, vbi tñ iuramentum firmat cõtractum, ille cõtractus seruandus est etiam per heredem, quia ille seruatur in vim cõtractus. pro quo videri potest quod ponit Pau. de cast. in dicta. l. si quis ꝓ eo. ff. de fideius. et Por. in. §. extraneis. institut. de re. qualit. ⁊ diffe. et ponunt multi in dicta autent. sacramenta puberum. Facit etiam ꝓ dicto Petro, ꝙ conuentio facta per eum ⁊ dictam Alaysiaz de portandis dictis cẽtum scutis infra certum terminum, et priusꝙ illa sibi nubere teneretur, concernebat fauorem eiusdem Alaysie. Cui propterea videtur potuisse renuntiare postea recipiendo. l. si quis in conscribẽdo. C. de pact. saltem mediante iuramento de nõ cõtraueniendo per eam p̄stito, per ea que predixi.

Sed contra eundem Pe. et

ꝓ dicta Alaysia seu Joãna eius herede: facit quod donatio facta per eandẽ Alaysiam videtur fuisse facta sub duabus conditionibus, vna videlicet si matrimonium quod tunc per verba de futuro inter eam ⁊ dictum Petrum contrahebatur, suum sortiretur effectum. Et alia si dicta centum scuta apportarentur infra terminuz inibi positum. Et hoc ꝓpter illa verba, sub pactis tamen cõditionibus/conuentionibus ⁊c. positis in instrumento dicte donationis. Quo fit vt ad validitatem dicte donationis opus fuerit purificatione dictarum conditionũ, quia actus cõditionalis ꝑ euentum conditionis sumit effectum. l. qui heredi. §. fi. ff. de cõdi. et demon. l. pecuniam. ff. si cer. petatur. et. l. cedere diem. ff. de verborum

5 significa. † Nec satis fuit vnam cõditionem euenisse, sed opus fuit ꝙ ambe euenirent, hoc est ꝙ matrimonium suum sortiretur effectum, et ꝙ illa cẽtum scuta portarentur infra terminum. l. qui heredi plures. ff. de condi. institu. Et vbi dici posset dictam donationem non fuisse conditionalem, sed puraz quatenus concernebat portum dictorum centum scutorum. Hoc saltem negari non potest quin donatio huiusmodi ex expressa partiũ conuentione esset resoluenda, si dicta centum scuta non apportarentur infra terminum, vt apparet in ver. et casu quo ipa scuta auri in auro ⁊c. vbi expresse conuenerunt partes, ꝙ eo casu donatio facta per Alaysiaz esset cassa ac nulla, et nullius valoris. Si est igitur verum ꝙ predicta pecunia portata nõ extiterit infra terminũ, donatio huiusmodi fuit ipso iure re soluta, et hoc ratione cõuentionis facte, re adhuc existente integra. per id quod habetur in. l. ab emptione. et qđ ibi omnes scribentes. ff. de pac. et quod not. Bal. Salice. ⁊ docto. in. l. j. C. quan. lice. ab emptio. disce. Non ergo haberet isto casu idẽ

6 Petrus titulum, nisi probaret de alia donatione. † Et puto ꝙ cum per instrumentum donationis predicte appareat non soluz de donatione, sed etiam ꝙ illa facta extiterit sub conditionibus, vel ꝙ illa esset sub conditione resoluenda, scilicet nisi centuz scuta portarentur infra terminum ⁊c. teneatur idem Petrus si forte in vim illius agere voluerit probare se portasse infra terminuz. Pro quo allegasse sufficiat not. per Bart. et doctores in. l. qui ita. §. qui ita. ff. de verborum obligatio. et in. l. lecta. §. dicebam. ff. si certum petatur. quod non probauit idem Petrus guilhoti per instrumentum confessionis seu quittantie facte per dictam Alaysiam, quia licet ibi dicatur eam confessam se habuisse ⁊ recepisse illa centum scuta ⁊c. Hoc tamen habuisse et recepisse non est referendum ad terminum in quo vel infra quez portari debebant, sed refertur ad tempus confessionis. per id quod not Barto. in. l. post dotem. columna mihi. iiij. versicu. ex predictis lecturis veniamus ad questiones, et primo quero ⁊c. vbi etiam per alios. ff. solut. matrimo. Joan. de Jmol. in. l. si ita stipulatus fuero si Titius. §. grisogonꝰ. circa medium. versic. Jtem aduerte ꝙ licet illa verba accepisse ⁊c. vbi etiam Alexand. de Jmol. charta. v. versicu. sed iuxta predicta tangit Barto. hic, an illa verba ⁊c. ff. de verborum obligatio. ⁊ alij in alijs locis. Et si diceret etiam cum iuramento ꝙ ante terminuz vel in termino illa fuissent apportata, non esset ei credendum. per ea que superius dixi in concessione facta cum iuramento assertorio, et sic de preterito, ꝙuis propter iuramentum promissorium posset repelli dicta Alaysia si viueret, et nunc dicta Joanna eius heres a petitione dictorum centum scutorum si illa peteret vel

7 habere vellet. † Quia confessio de recepto cum iuramento promissorio sufficit ad exclusionem petitionis. Adherendo super hoc articulo responsioni dicti do. de Dorna. Dico sub correctiõe cuiuslibet domini melius sentientis dictum Petrum guilhoti petere non posse cum effectu dictam medietatem bonorum, nisi probet se portasse vt supra ⁊c. vel nisi probet aliam donationem, q̃ de facili nõ presumitur in muliere, quia genus mulierum auarissimum est. l. sed si ego. in fi. ff. ad velleia. no. glo. in. l. si a sponso. C. de donat. ante nupt. vbi etiam dicit Bald. ꝙ quando sponsa donat spõso, vel mulier viro, est quoddam miraculum. Ad quod facit qđ voluit And. barba. cõsilio. xvj. columna fi. in prima parte. Et hoc maxime procedere debet in patria Dalphinali in qua donatiões inter viuos fieri ꝓhibentur inter coniuges, nisi seruata solẽnitate, de qua in statuto.

Ad tertiũ dico et respondeo

ꝙ cum dicta quondam Alaysia in suo vltimo testamento post factam institutionẽ de posthumo seu posthumis masculis, si quos eam habere contingeret qui ad lucem peruenirent, que sibi locum non vendicauit substituerit predictam Joannam ⁊ Catherinam sorores eius filias naturales ⁊ legitimas. Et deinde reciproce cum admixtione compendiose primo decedenti ex eis sine liberis substituerit superuiuentem, cuiusmodi fuit hec Joanna: illa pars et portio seu medietas bonorum maternorum que ad dictaz Catherinam peruenerat, debet restitui in vim fideicommissi ipsi Joanne,

9 † detractis duabꝰ quartis, scilicet legitima ⁊ trebellianica. per id quod not. glos. Barto. ⁊ docto. in. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffici. testamen. glo. Barto. ⁊ docto. in. l. ꝙꝙ. ff. ad legem fal. Pro quo sunt boni text. in. c. raynaldus. et. c. raynutius. de testa. Jste autem due quarte ascendunt ad dimidiam partem predicte portionis. Cum enim superfuerint prefate Alaysie due filie, earũ legitima fuit triens, hoc est quatuor vncie. autent. de triẽ. ⁊ semis. §. j. col. iij. et transumptiue in auten. nouissima. C. de inoffic. testa. Pro legitima igitur dicte Catherine detrahent due vncie de suo semis. et de residuo, hoc est de quatuor vncijs restantibꝰ vna vncia, iuxta practicam quam ponit glo. in dicto. c. raynaldus. super verbo, licet totas. et Joan. de Jmol. in. l. coheredi. §. cũ filie. ff. de vulgari. ⁊ pupilla. et sic pro dictis duabus quartis detrahentur tres vncie: alie vero tres debent restitui dicte Joanne in vim substitutionis de qua supra. Nec huic dicto obstat quod scriptum comperio in libello parte dicti Petri nouissime oblato contra prefa-

De turbata possessionis adeptione in beneficio collato per exceptionem criminum ꝛ defectus natalium.

Summarium.

1 Partus mariti esse an presumatur etiam si mulier tempore cōceptionis ꝛ natiuitatis maneat in domo sacerdotis, ꝛ licet probetur mulierem fuisse a sacerdote compressam.

2 Exceptiones super crimine ratione generalitatis inepte opponūtur, ꝛ an electo aut confirmato vel illi cui collatio est facta obstet. numero. 5.

3 Collatio habet vim electionis ꝛ cōfirmationis simul facte.

4 Instās pro apprehendenda beneficij collati possessione nō petit aliquid iuris sed possessionem que plurimum facti habet.

Si calūniose aut malo zelo seu fatigandi causa obiecta extiterint venerabili viro domino Guillielmo de barrassio canonico Dignensi, ea que sibi ad impediendum adeptionem possessionis canonicatus, ꝛ prebende sibi in dicta ecclesia per sanctissimum dominū nostrum papam collatoruꝫ, ipsi viderint qui obiecerunt. Ceterū non videtur quod obiecta huiusmodi debeat

aut de iure possint eidem dominum Guillielmū impedire, quominus adipiscatur et apprehendat possessionem seu quasi canonicatus ⁊ prebende predictorum. † Et primo quidem nō id quod opponitur de defectu nataliū etiā siverum esset quēdam dominū Antonium armandi presbyterum et canonicum Dignensem cū matre huius domini Guillielmi peccasse, ⁊ matrem missam etiaz hoc fuisse confessam: quia cum tempore conceptionis et natiuitatis prefati dñi Guillielmi anteq̃ ⁊ post p multos annos haberet et habuerit hec mater maritum cui cohabitabat, ⁊ in cuius habitationis domo hic dominus Guillielmus natꝰ est, presumitur idem dominus Guillielmus fuisse filius huius mariti etiā si probaretur qđ eo tempore prefata mater carnaliter cognita extitisset per dictum dominum Armandi. l. miles. §. defuncto. ff. de adult. versi. non vtiq̃. vbi dicitur, non vtiq̃ crimen adulterij quod mulieri obijcitur infanti preiudicat, cum possit ⁊ illa adultera esse ⁊ impubes defunctum patrem habuisse. quez tex. reputat notabilem et singularem Ange. in. l. septimo mense. ff. de statu homi. et quod isto casu debeat iste presumi fuisse filius mariti, voluit Panormi. in. c. penulti. de adulte. Pro quo allegat dictum. §. defuncto. idez etiā voluit in. c. transmisse. qui fili. sint legi. et in. c. per tuas. de proba. ⁊ in. c. accedens. ad finem. de purga. cano. de quo multa ponit And. barba. consilio. xxvij. colum. ij. in prima parte. et consil. lviij. exordiente, Sapienter dicit psalmista in principio. in secūda parte, vbi voluit per multa media quod etiam si tempore conceptionis et natiuitatis filij manserit mater in domo sacerdotis, ⁊ inibi pepererit: si tamē patebat marito accessus ad vxorem tēpore conceptionis, hic filius presumi debet esse filius eius non sacerdotis. Et sic dicta obiectio eidem do. Guillielmo non obstat.

2 † Etiam nec eidem obstare videntur alia obiecta, scilicet quod sit idem dominus de barrassio incendiarius, fornicator, brigosus, scandalosus et incorrigibilis. Tum quia exceptiones huiusmodi inepte opponuntur ratione sue generalitatis. Deberet enim dici quibus anno mēse, et in quo edificio pretendatur incendiuz commisisse. Deberet insuper etiā exprimi cū qua muliere, ⁊ vbi pretendatur publice fornicari. Deberet etiam exprimi, et dici in quo vel quibus fuerit vel sit idem domi. de Barrassio scandalosus aut incorrigibilis. argu. eius qđ habetur in. c. vt circa. de elec. in. vj. si enim ad impediēdum electionem, postulationez aut prouisionem ne fiāt aut ad impugnationem illarum si iam facte extiterint non debeant opponentes admitti eo casu quo obijciunt in personas nisi crimina de quibus opponunt specificent. dicto. c. vt circa. et quod ibi glos. super verbo, omnia et singula. multofortius admitti non debent in casu presenti in quo idem dominus de Barrassio per collationem sibi factaz per pontificem consequutus est plenum ius in canonia et prebenda antedictis. 3 † Pro eo quia collatio habet vim electionis et confirmationis simul facte, vt not. glo. in. c. j. de elec. in. vj. ⁊ Innocen. in. c. cum olim. de cau. posses. et proprie. 4 † Et sic quemadmodum electus et confirmatus instans pro possessione apprehendenda non dicitur petere aliquid iuris cum per electionem et confirmationem plenum ius consequutus extiterit. c. transmissam. de elec. sed petit possessionem que habet plurimū facti. l. j. ff. de acquiren. posses. et. c. cum nostris. de conces. preben. ita et iste domi. de Barrassio cui facta est collatio de canonia et prebenda predictis nihil iuris nunc petit, cum plenuz ius assequutus extiterit per dictam collationem, sed solum petit possessionem huius iuris. Et huic multo pauciora obstant q̃ electo nondum confirmato, vel etiam confirmato, sed petenti aliquid quod sit iuris. c. super his. de accusa. Si ergo se opponens electioni, postulationi aut prouisioni faciende aut iam facte ⁊ obijciēs crimina, contra personam eligendam, postulandam ⁊c. ne eligatur aut postuletur aut cōtra electum vel postulatum ne confirmetur, electio aut postulatio sortiatur effectū aliter admitti non debeat nisi specificet crimina vt predixi, multofortius nec isti opponentes audiri debent cum opposita nō specificent. Preterea videtur quod debuerint iurare iuxta formam dicti. c. vt circa. quod tamen non fecerunt. Et ideo nō videtur quedam eorum pretēsa appellatio de iure procedere. 5 † Tū etiam non videntur dicte exceptiones procedere de iure: quia exceptio criminis signāter vero et maxime illius, quod ipso iure nō infert tituli nullitatem nō obstat electo aut cōfirmato, vel etiam ei cui facta est collatio et petenti possessionem, nisi etiam opponatur de infamia cōtra hūc beneficiatum petentem possessionē possessorio adipiscende, per id quod habetur in. c. accedens. et quod ibi doc. de accusa. et quod not. doc. in. c. constitutis. le. ij. de appel. et in multis alijs locis, quod tamen isti opponentes fecisse nō videntur, nisi forte hoc fecisse pretendant pro eo quia dixerunt eum esse publicum fornicatorem vel incorrigibilēm super quo tamen non insisto: quia siue hec obstent siue non cum dicti domini videātur esse cōtradictores iuris nō facti. Non poterit vlterius apostolicus exequutor cōtra eos procedere, per id quod not. doctores in c. pro illorum. de preben. erit igitur dicto domino Guillielmo necessarium nisi aduersarij prosequantur dictam eorum appellationem obtinere commissarium qui de causa cognoscat. Et ita mihi videtur sub correctione ⁊c.

Cōsilium. CLXXIII.

De tutore et de bonis pupilli per eum arrendatis.

Summarium.

1 Tutor bona pupilli an et quando possit arrendare aut locare prout dici solet dei prelato ecclesie aut beneficiato, quibus comparatur.

2 Tutor vicedominus dicitur qui fructus bonorū pupilli sine decreto vendere potest.

1 Quāuis† tutor vendere, distrahere aut alias alienare non possit bona eius pupilli. ff. de re. eo. per totū. ⁊. C. de predi. mino. etiam fere per totū. potest tamen ipse bona huiusmodi arrēdare aut locare, dūtamen hoc faciat ad tēpus modicum, et presertim ad tempus quinq̃ vel sex annorum de quo queritur prout dici solet de prelato ecclesie aut beneficiato in. c. fina. ⁊ vbi per doc. ne prela. vi. suas. et in cle. j. vbi per doctores. de re. eccle. non alie. Cui videtur secundum glo. in. c. qualiter et quando. le. ij. super verbo, red de rationez. de accusa. comparari tutor, 2 † qui etiam dicitur vicedominus. l. si is qui in puteum. §. tutoris. ff. quod vi aut clam. Et q̃uis doc. in dicto. c. qualiter et quando. ponant aliquas differentias inter tutorem ⁊ prelatum, nulla tamen inibi assignantur per quam videatur tutorem vtpote habentem liberam administrationem non posse arrendare seu locare bona pupilli qui etiam potest fructus pupilli sine decreto vendere. l. fina. §. fina. et quod ibi Bart. Bald. ⁊ doc. C. de administra. tuto. not. glos. in. l. lex que tutores. C. eodem titu. Uerum quia sunt qui dicunt tutores ita demum posse alienare sine decreto iudicis fructus suorum pupillorum quando hoc faciunt ex ea causa, ne videlicet fructus huiusmodi corrumpantur et corrupti perdantur in preiudicium et dānum ipsorum pupillorum. Laudo et consulo qđ arrendamētum de quo queritur fiat cum decreto iudicis et vocatis in numero honesto aliquibus bonis viris et amicis qui super hoc interrogētur, an videlicet vtile erit vel inutile ipsis pupillis sic vel sic locare vel arrendare eorum bona. Si vero tutor aut tutrix predictorum liberorum potius decreuerit contrahere societatem cum honorabili viro Petro lose et suis fratribus et certam partem lucri recipere et pro ea parte contribuere in damno si quod cōtingeret, qđ deus auertat, puto quod etiam istud fieri possit, per id quod habetur in. l. vt in conductionibus. ff. loca. quod etiam satis presupponūt ⁊ volunt doctores in. l. si patruus. C. communi. vtriusq̃ iudi. Laudo tamen ⁊ consulo, vt etiā hoc fiat cum decreto iudicis ⁊ vocatis aliquibus bonis et honestis mercatoribus in talibus expertis de et cum quorum consilio contrahatur hec societas vel qui saltē examinantur per ipsum dominum iudicem, an eis videatur quod sic faciendo procuretur vtilitas dictorum pupillorum quorum depositiones redigantur in actis publicis.

Cōsilium. CLXXIIII.

De possessorio retinende per antiquiorem possessionez adiudicando conuentui predicatorum cui donatio bonorum facta fuit.

Summarium.

1 Dominiuz ⁊ omnis possessio an transferatur per clausulas retentionis vsusfructus ⁊ constituti, et quando.

2 Possessio per constitutum translata est vera, licet iuris artificio, ⁊ per casum fictum transferatur.

3 Tabellionis dicto an ⁊ quando cum sua scriptura penes eū reperta potius standum q̃ publico instrumento.

4 Ad tabellionis officium pertinet matricem scripturam penes se custodire cui asserenti tanq̃ matricem seruasse credi debet.
5 Statutũ Dalphinale super donationibus non faciendis sine certa solennitate an habeat locum in donationibus factis per viros ecclesiasticos viris ecclesiasticis.
6 Statutum simpliciter loquens an debeat intelligi de donatione iurata.
7 Actus iuratus de iure communi potẽtius semper cooperatur q̃ non iuratus.
8 Papa vel imperator cassans statuta an intelligaẽ cassare que iuramento confirmantur.
9 Regula beati Augustini nõ prohibet professis habere possessiones in communi, quam etiam predicatores profitentur.
10 Mendicantes an possint hereditates recipere vt postea vendãt.
11 In interdicto vti possidetis quis vincere debeat.
12 Inquilini, coloni, pcuratores ꝛ illi per quos retinetur naturalis possessio, an dominos priuẽt possessione per traditionem vel expulsionem, et an habeat locum in vsufructuario ad priuãdũ proprietarium re.

Ex progressu controuersie agitate per venerabiles ꝛ religiosos viros dominos priorem ꝛ conuentum fratrum predicatorum loci de Buxo ex vna parte, ꝛ Jacobum gerosse ꝛ Malhardum maygre ex alia. Cõstat et legitime apparet ꝙ tempore facte donationis de omnibus bonis suis quibusdam reseruatis per venerabilem quondam virum dominum Bartholomeũ gerosse prefatis do. priori et conuentui hoc est anno domini Millesimo cccc.xci. et die. viij. mensis Nouembris, idem dominus Bartholomeus gerosse tenebat ꝛ possidebat res ꝛ bona in processu cause huius plenius designatas. † Quo fit vt per clausulas retẽtionis vsusfructus et constituti. de quibus in instrumento donationis antedicte censeatur et censeri debeat, idem dominus Bartholomeus in dictos priorẽ ꝛ cõuentum seu eorum ecclesiã transtulisse possessionem rerum ꝛ bonorum huiusmodi, et non solum possessionez, sed etiam dominium. ꝛ quidem qđ per retẽtionẽ vsusfructus trãstulerit dominium ꝛ possessionem probatur in. l. quisquis. ꝛ quod ibi glo. ꝛ doctores. ꝛ in. l. si quis argentum. §. sed si quidẽ. C. de dona. ad quod facit. l. quod meo. ff. de acquirẽ. posses. ꝛ. l. quedam. ff. de rei ven. quod etiam voluit Paulus de castro. cõsilio. xj. Quod per constitutum etiam transferatur dominium, si erat apud constituentem, probatur per id quod not. Joan. and. in addi. Specu la. titu. de emptio. ꝛ vendi. §. j. versi. ꝛ not. expresse ꝛc. in addi. exordiente, Hic dubitatur. de possessione vero probaẽ in dicta. l. quod meo. ꝛ in. c. cum venissent. de institu. Et non solum transferẽ possessio ciuilis, sed etiam naturalis, ꝛ sic omnis possessio vt declarat Barto. in. l. interdum. in principio. ff. de acquiren. posses. et idem voluit Bart. in repetitione. l. iij. colum. iij. versi. item quero quid si in instrumento ꝛc. C. de pigno. ꝛ Alexan. de imol. consi. xcij. exordiente, Perspectis his que in themate ꝛc. colũ. iij. in primo volu. Et hoc etiam satis fuit de mente glo. in dicta. l. ab emptione. que not. voluit quod per constitutum liberetur vẽditor ab actione ex vendito. ꝛ quod vlterius ista actione conueniri non possit ab emptore. † Et q̃uis possessio huiusmodi transferatur per actũ fictuz et iuris artificio introdictum, huiusmodi tamen possessio est vera possessio, vt not. Barto. in. l. ab emptione. q. si. ff. de pac. vbi etiam per moder. et Angel. consilio. cccxxxix. exordiente, Sempronius olim Gaij de florentia ꝛc. in principio.

Et q̃uis aduersus intentionem dictorum do. prioris ꝛ conuentus sic fundatam hoc est per dictum instrumentum et depositiones testium de possessione dicti quondam domini Bartholomei plene deponentium aliqua obiecerint prefati Jacobus gerosse et Malhardus, illa tamen nõ refragantur neq̃ obstant. Et primo quidem non quod opponitur de quadam pretensa renuntiatione seu quittatione et remissione predicte donationis factas vt asseritur per dictos do. priorem et conuentum. † Quoniam respondeo ꝙ huiusmodi pretensa renũtiatio siue remissio precessit donationem superius mentionatam vt apparet per publicum instrumentum parte dicti domi. prioris et cõuentus in hac causa productum. Apparet etiam per notam originalem in causa exhibitam per magistrum Guillielmũm salomonis notarium qui eam recepisse dicitur, et cui fuit et est magis credendum q̃ cuidam pretenso publico instrumento parte dictorum Gerosse et Malhardi in hac causa producto, et per quem apparet de errore notarij commisso in datando dictum pretẽsum instrumentum parte dictorum aduersariorũz in causa productũ, per id quod legitur, et not. in auẽ. de tabel. §. illud. colla. iij. et. l. si quis ex argentarijs. §. pretor. et quod ibi Barto. ꝛ doctores cõmuniter. ff. de eden. Bart. in. l. si librarius. ff. de regulis iuris. in. l. sempronius proculo. ff. de lega. ij. et in quodam suo consilio exordiente, Ex facto proposito vt ex eo patet tria queruntur ꝛc. Bald. in. l. nec exẽplum. C. de fal. et in. l. imperator. ff. de statu homi. et Anto. de butri. in. c. ex literis. de fide instru. Nisi forte quis dicat ꝙ nota p dictũ Salomonis exhibita nõ sit matrix scriptura seu originalis nota dicti pretensi instrumenti, sed istud nõ obstat. Tum quia non apparet de alia nota originali seu matrice scriptura eiusdem pretensi instrumẽti. Tum et quia dictus Salomonis notã hmõi exhibuit tanq̃ matricẽ et originalẽ scripturã, ꝛ sic censeẽ attestatus de ipsa, non ꝙ sit originalis, ꝛ ꝙ eam pro originali et matrice scripserit cuius attestationi seu dicto stari debet. l. si quis decurio. et quod ibi Barto. C. ad legem corne. de fal. et in. l. ij. §. si quis neget. ff. quemadmodum testa. aperi. in his enim que spectant ad officium tabellionis statur dicto suo si dicat se recordari, vt not. Barto. in dicta. l. si librarius.
4 † Sed ad officiũ tabellionis pertinet custodire penes se primam originalem scripturã contractus seu matricem. auten. de tabel. §. penultimo. not. Bartolus in dicta. l. si quis ex argentarijs. §. pretor. in fi. ff. de eden. et in dicta. l. si librarius. Notario ergo asserenti illã seruasse tanq̃ matricem et originalem scripturam credi debet, standum est ergo huic note, et non dicto pretensõ instrumento cum idem magister Salomonis etiã se errasse dicat in data illius.

5 † Preterea nec etiam obstat id quod existimo fuisse oppositum vel obiectum de statuto Dalphinali edicto super donationibus inter viuos non faciendis, nisi seruata solẽnitate de qua ibi. Tum quia dicta donatio facta est per virum ecclesiasticum et viris ecclesiasticis seu ecclesie. Non ergo habet in donatione huiusmodi locum statutum laycor.
6 † Tũ et quia dicta donatio fuit iurata, dictum igitur statutum simpliciter loquens non debet intelligi de donatione iurata vt probat Joannes de imol. in. c. cum contingat. in tertio membro. versicu. nunc pro declaratione ꝛc. de iureiurando. quia statutum debet interpretari secũdum ius commune. l. ij. C. de noxa. c. cum dilectus. de consue.
7 † sed de iure communi semper potentius cooperatur actus iuratus q̃ non iuratus. l. cum pater. §. filijs matrem. ff. de lega. ij. l. vnica. §. cum lex. C. de rei vxo. actio. et. l. pactum. C. de colla. iuncto dicto. c. cum contingat. et. c. q̃uis pactũ. de pac. in. vj. Pro quo facit quod not. glos. in. c. cum non deceat. de elec. in. vj. ꝛ quod not. Angelus in. l. j. §. que onerande. ff. quarum re. actio non da.
8 † Ubi dicit ꝙ licet papa vel imperator casset cõsuetudines vel statuta, non tamen intelligitur cassare statuta iuramento confirmata, quod etiam sequitur Lap. Abbas, et Joan. and. in nouel. in dicto. c. cum non deceat. Pro quo allegat. c. j. de constitu. in. vj. et. c. cum aliquibus. de rescrip. eodem lib. ꝛ. c. quia sepe. de elec. eo. lib. et alij in alijs locis, et presertim glos. in cle. dudũ. de sepul. Tũ et quia supposito quod dictum statutum deberet extendi etiã ad donationes iuratas, adhuc tamen non obstaret illa potissime, et et inconuincibili ratione: quia predicta donatio non fuit per dictum dominum Bartholomeum donatorem iudicialiter et vocatis dictis do. priore et conuentu aut ecclesia conuentus huiusmodi, quod tamen fieri oportuit iuxta formam statuti prementionati, prout colligiẽ ex tenore illius. ibi, et vbi de donationib9 istis ꝛc. et plenius ꝛ apertius in versi. vbi vero donatores querelam. de donationibus ꝛc.

Insuper nec etiã obstat prefatis domi. priori et conunetui seu dicte eorum ecclesie si forte de hoc opponeretur, scilicet quod ipsi sint mendicantes ꝛ quod propterea non sint capaces bonorum saltem immobiliuz.
9 † Quoniã respondeo quod regula gloriosissimi confessoris beati Augustini quam fratres predicatores profitentur non prohibet professis habere possessiones in communi, et ideo ordo fratrum predicatorum non est ex regula incapax bonorum immobilium ꝛ redditũ sed tantum ex constitutionibus suis a sede apostolica, vt dicit Fe dericus de senis consilio. xij. exordiente, Fratres predicatores ꝛc. Antonius de butrio, Joannes de imol. et doctores communiter in. c. in presentia. de probationi. vbi etiam And. barba. charta vltima. colum. ij. versi. tangit hic dominus Antonius de butrio, si fratres predicatores ꝛc. Baldus in. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. et in autenti. rogati. C. ad trebellia. Antonius de butrio in capi. nimis praua. de excess. prelato. Joannes de imola in. l. j. columna. ix. versicu. aut iste est ingressus ordinem predicatorum. ff. de testamen. Joannes de imola. consilio. lxxxviij. exordiente,

Eximie domine vicarie in causa seigneur Tadei. in secundo volu.

10 †Nec videntur ipsi fratres esse ex cōstitutionibus hmōi adeo incapaces bonorū immobiliū ⁊ redditnū in cōi qn possint recipere ⁊ hr̄e saltē ad hoc vt vedant ⁊ pretiū in suas necessitates cōuertant, per id quod not. glo. in. c. j. super verbo, domū. de religio. domi. in vj. ⁊ doc. cōmuniter in locis superius allegatis. Spec. ti. de sta. mona. §. v. tertio querit. ⁊ ver. quarto queritur. ⁊ Archi. in. c. quia ingredientibus. xix. q. iij. Et nō solum possunt in cōmuni dicti fratres hodie recipere ⁊ habere bona ⁊ reddibus huiusmodi vt vendant, sed etiam vt retineant ⁊ possideant, ⁊ hoc ex priuilegijs apostolicis eorū ordini cōcessis. Et licet bone memorie reuerendissim⁹ dominus Joānes dn̄ici, ordinis predicatoruz olim Cardinalis vulgo dictus Ragasinus in quodam suo libello quē cōmemorat do. Anto. floren. archiepiscopus in tertia parte sue summe. tit. xvj. c. j. §. xij. visus fuerit impugnare priuilegia huiusmodi causis et rationibus quas etiam cōmemorat idez dominus Anto. videmus tamen qđ hodie vbiqꝫ obseruatur hoc, scꝫ quod fratres dicti ordinis recipiunt ⁊ retinent seu sibi reseruant ac possident in cōmuni hereditates ⁊ legata si eis relinquantur etiam in bonis immobilibus aut annuis ⁊ perpetuis redditibus ipsi etiam acquirunt tā tit. emptionis ꝙ alijs, bona ⁊ redditus huiusmodi ⁊ illas tenent et possident: ⁊ hoc vel ex priuilegijs commemoratis per dictū do. Joānem cardinalem, vel forte ex alijs postea cōcessis, ⁊ in quibus forsitan tollunt ille pretense surreptiones vel obreptiones de quibus opponebat idem do. Joannes.

Concluditur igitur qđ cum per deducta proposita ⁊ probata in hac causa pbet qđ prefati do. prior ⁊ cōuentus possidere ceperint res ⁊ bona superius mētionatas Anno predicto. M. cccc xcj. et die. viij. mensis Nouembris, et postea possessionem huiusmodi cōtinuauerint ⁊ non possideant, quod eos fecisse ⁊ facere presumendum est nisi ex aduerso ⁊ per dictos Jacobum ⁊ Malhardū probetur, prout tamen nō probatur eos possessionem rerum ⁊ bonorum huiusmodi perdidisse, per id quod not. doct. in. l. siue possidetis. C. de proba. in. §. sic itaqꝫ. insti tu. ad actio. ⁊ in. c. cū ad sedem. de restitu. spolia. debent igitur ipsi do. prior ⁊ conuentus in hoc possessorio retinende obtinere cōtra

11 dictos Jacobum ⁊ Malhardum, †quia interdicto vti possidetis seu possessorio retinende ille vincere debet qui probat de antiquiori possessione: quia huiusmodi antiquior possessio cēsetur iustior, alia vero ⁊ posterior presumitur clandestina. c. licet causaz. ⁊ quod ibi per Innocen. super verbo, plures, versi. ad hoc potes. ⁊ ibi per Panor. in. viij. not. de proba. quod etiam voluit Bartol. in. l. j. §. qđ ait pretor. versic. ex predictis habes ⁊c. ⁊ in. l. si duo. ff. vti possi. Cy. Bald. ⁊ Sali. in. l. j. C. eo. titu. Cy. vez in ver. decimo queritur. ibi, sed qualiter apparebit. Bal. vero in ver. adnerte quod aut probatur de possessione anteriori ⁊c. ⁊ Salice. nunc reuertor ad glo. et idem tenuit Jacob⁹ de are. prout refert Cy. vbi supra, idem Bar. in quodam suo consi. exordiente, In questione domini Cyoli ⁊c. ⁊ Paulus de castro consi. v. versi. secundo principaliter est videndum ⁊c. ⁊ consil. clxxviij. exordientiū, Fundamētum prefati domini vicarij non est bonū. Alexan. de imol. in dicta. l. si duo. ⁊ Jo. ferra. in titu. for. libel. pro turba. posses. super verbo, tenet et possidet. ⁊ quod voluit Bar. in. l. celsus. ff. de vsuca.

12 †Fortasse autē opponetur ꝙ cū vt ex aduerso pretenditur dictus quondaz do. Bartholomeus licentiam possidendi ⁊ administrandi cōcesserit dicto Jacobo gerosse, ⁊ deide Jacobus ipse res ⁊ bona antedictas tenuerit, videatur ipsi do. prior ⁊ conuentus cecidisse a possessione eorūdem, per id quod post Joan. voluit glos. Bartol. et multi scribentes in. l. fi. C. de acqui. posses. vbi dicunt quod licet coloni, inquilini, procuratores ⁊ alij huiusmodi quorū corpore naturaliter possidemus deserendo seu dimittendo rem possessam aut pro dando nō priuent nos possessione ciuili rei huius, ipsi tamen nos priuant si illa alteri tradant vel ab ea expellantur. Cum igitur iste domin⁹ Bartholomeus, vtpote vsufructuarius rerum ⁊ bonorum predictarum videretur naturaliter easdem possidere, non sibi sed dictis priori et conuentui, sequitur quod in tradendo res illas ipsi Jacobo gerosse, ipse spoliauit seu priuauit eosdem do. priorem ⁊ conuentuz possessione earūdem, et ita agere non potuerunt possessorio retinende, sed potius agere debuissent possessorio recuperande. Sed istud non obstat. Cum quia licet Joan. glos. Barto. et quidā alij dixerint, prout supra retuli, scilicet quod inquilini, coloni, procuratores et alij huiusmodi per quos retinemus naturalē possessionem nos illa spolient seu priuent tradendo rem alteri. Pet. tamē et post eum Cy. Jacobus butri. Alberi. Joan. fabri, Salicetus et Paulus de castro tenuerunt contrarium in dicta. l. fi. C. de acqui. possel. quia secundum eos iste casus nō differt a duobus casib⁹ superius mentionatis in quibus fatentur Joan. glo. ⁊ alij possessionē nō perdi, scꝫ qn̄ coloni, inquilini vel alij hmōi aīo nō reuertēdi deserūt vel pdūt: sed vtrobiqꝫ reperit eadem ratio, ne scꝫ ex aliena malignitate alienū dānum emergat, q̄ ratio expressa est in. d. l. fi. ⁊ istā opinionē etiaz tenuit glo. in. c. quisquis. xij. q. ij. Tū etiam nō nocet pdicta oppositio: qꝛ quicquid sit de colono, inquilino, procuratore vel alijs huiusmodi quorum corpore naturaliter possidemus tradētib⁹ alijs rem possessam vel a possessione expulsis, hoc tamen certum est quod vsufructuarius tradendo rem in qua habet vsufructum non priuat proprietarium sua possessione. Insuper nec ipse proprietarius priuatur per expulsionē vsufructuarij. Pro quo allegasse sufficiat not. per glos. in. l. j. in fine. ff. vsufruct. quēadmodum cauea. ⁊. l. iij. §. vnde vi. ff. de vi ⁊ vi arma. quod etiā voluit Bart. in. l. peregre. §. quibus explicitis. ff. de acquir. posses. Idem etiam voluit ibi prope fi. Paul. de cast. idem et Alexan. de imol. col. ij. vel. iij. versi. decimus casus est quando vsufructuarius deijcitur vel alteri tradit. ⁊ Antonius de butri. in. c. olim. le. j. de restitu. spolia. ⁊ huius dicti ratio est sm̄ Bart. in dicto. §. quibus explicitis: quia vsufructuarius non possidet naturaliter pro domino, sed pro seipso. Et ideo per traditionem per eum factā aut expulsionem factam de ipso de re in qua habet vsufructum nō priuatur pprietarius sua possessione. Ex quibus omnibus videtur ⁊ sine dubio cōcludendum dictos dominos priorem et cōuentum, vt pote habentes possessionem antiquiorem ⁊ bono titu. coloratā debuisse ⁊ debere obtinere in possessorio retinende. dicto. c. lꝫ causam. ⁊ quod ibi per doc. de proba. ⁊ alij in alijs locis ⁊ vulgatis. Et ita mihi videtur sub benigna supportatione huius magnifici et eminentissimi parlamenti.

Consilium. CLXXV.

De penis binubarum cessantibus propter cōsensum filiorū in secundo matrimonio.

Summarium.

1 Instrumentis duobus in eodez libro protocollatis/ qđ precessisse censeatur.
2 Pene binubis indicte an cessent in muliere que de voluntate filiorum nupsit.
3 Binuba an ⁊ quando possit secundo viro plus relinquere ꝙ liberis primi matrimonij.
4 Pactum reciprocum factum inter nubentes per superniuentiaz an censeatur proprie donatio vt noceat binube.
5 Dictio aut al's, quid importet.

INstrumentū matrimonij contracti per verba de futuro, per ⁊ inter prouidum virum Dionysiū de grello banasteriuz ex vna parte, ⁊ honestā mulierem Steuenam poysole tunc relictam Antonij boni ex alia, fuit receptum et matrimonium huiusmodi contractum Anno incarnatiōis dominice. M. cccc lxxxiij. et die sexta mensis Januarij, quibus anno mēse ⁊ die fuit celebrata ⁊ inita transactio, per ⁊ inter prefatam Steuenam relictam predicti Antonij ex vna parte, ⁊ Antonium ⁊ Petrū boni filios naturales ⁊ legitimos ac vniuersales heredes dicti quondam primi Antonij seu ipsum Antonium suo, ⁊ dicti Petri fratris nominibus ex alia: in vim cuius prefatus Antonius predictis nominib⁹ eidem Steuene eius ⁊ dicti Petri matri naturalis et legitime, et pro certis bonis et iuribus per eam tunc petitis remisit in forma quasdam domum ⁊ vineam cum quibusdam alijs latius mentionatis et expressis in alio publico instrumento per eundem notarium ac in eodē loco, ⁊ loco loci, ⁊ sub presentia eorūdem testiū recepto. Propter que videtur qđ isti duo actus fuerit gesti vel eodē tempore, vel saltē vnus statim post alium, ⁊ verisimile est ꝙ trāsactio precesserit, quod tamē poterit videri in ptocollo dictorum

1 instrumētorum, †qꝛ si instrumēta hmōi sint ptocollata in eodem libro, illud cēset precessisse qđ in primo seu precedēti loco scriptuz est, per id quod voluit Bartolus in prima constitutione. C. in ver.

2 colligētes. Quibus premissis. † Dico quod licet mulieres secūdo nubentes etiam si nubant post annum luctus, incurrunt multas penas de quibus in. l. femine. autenti. de testamen. in. l. generaliter. l. hac edictali. et multis alijs iuribus. C. de secundis nuptijs. et hoc quando supersunt liberi ex precedente matrimonio,

iste tamē pene videntꝛ cessare ꝛ locum non habere quando mulieres nubūt cū voluntate seu cōsensu eorūdē liberorum. Cū ergo vt audio prefati Antonius ꝛ Petrus filij dicti quōdā alterius Antonij ꝛ prefate Steuene fuerint presentes in dicto matrimonio et illi cōsenserint, nō videtur ipsa Steuena incurrisse penam perditionis proprietatis domus, vinee ꝛ aliorum superius mētionatorum, et in dicto transactionis instrumento latius expressoꝝ, ꝛ que ad eā peruenerunt ex successione aliorū eius quōdā liberorum antea vita functorū. Pro quo allegasse sufficiat qđ voluit glo. quam tñ multi nō habent in aut. de nō eligē. secūdo nuben. super verbo, copulātur. colla. j. dicit enim ibi glo. inuito filio. Secus ergo est eo volēte, ꝛ quā glo. Ange. ibi admomet aduocatos mulieris volentis trāsire ad scđa vota vt facerēt ꝙ filij cōsentirent scđo matrimonio: qꝛ per talē cōsensum mulier euitat penas. qđ etiā voluit Ang. in. l. mater. in aliquibus lecturis. C. ad tertul. quē refert ꝛ sequitur Roma. cōsi. ccxix. exordiente, Ex themate cōsultationis premisse referūtur due questiones ꝛc. ꝛ in suis singularibus. charta. ix. col. j. versi. tu scis qđ si mulier nubat secūdo viro ꝛc. ꝛ Nicol. de vbal. in suo tractatu successio. ab intest. in secūda parte principali. charta ij. col. j. Nō ergo perdidit ipsa Steuena bona predicta nec sibi obstiterunt. l. femine. ꝛ auť. ex testamento superius allegate: quia ille procedunt qñ mulier nubit inuitis liberis primi matrimonij.

3 † Nec etiam videtur obstare eadē ratione. dicta. l. hac edictali. C. de secun. nup. vbi habetur qđ mulier binuba nō potest plus relinquere vel donare secundo viro ꝙ̄ reliquerit aut donauerit vni ex liberis primi matrimonij, illi videlicet cui minus reliquit aut donauit: qꝛ illa. l. videtur procedere vbi mater hoc fecisset filijs inuitis quod hic factuꝫ non est, sed presentibus, ꝛ vt audio consentientibus.

4 † Preterea illa. l. loquitur in his que donantur vel relinquuntur per binubum eius secundo viro, titulo lucratiuo, sed hic per pactum factum cū dicto Dionysio, et per quod voluit omnia eius bona excepta dote, de qua ibi peruenire ad ipsum Dionysiū, si ipsa premorireꝛ, nō censetur ipsa mulier proprie donasse eidem Dionysio, et hoc propter pactum reciprocum eidem factum per dictum Dionysiū, eo casu quo ipse premoriretur. Pro quo videri potest id quod habetur in. l. si pater puelle. ꝛ quod ibi Cy. Paul. de ca. ꝛ moder. C. de inoffi. testa. Esto igiꝛ qđ dos in instrumēto dicti matrimonij latius mentionata, et que pro ipsa Steuena constituta extiterat dicto quōdā Antonio eius primo viro nō esset tanti valoris quanti domus, vinea ꝛ alia predicta, nō propterea debet aliquid auferri de bonis huiusmodi eidem Dionysio. Adijcio ꝙ etiaꝫ vbi essemus in casu in quo esset locus penis dicte. l. hac edictali, Idem Dionysius saltem tantuꝫ habere deberet de bonis predictis quantum ascendit dos predicta per dictam. l. hac edictali.

5 † Nec opponat aliquis ꝙ cōditio sub qua in vim pacti predicti voluit dicta Steuena predicta eius bona ad eundē Dionysiū peruenire defecerit, pro eo quia ipsa non decessit sine prole legitima. Quoniam respōdeo ꝙ hoc nō obstat pro eo quia in dicto instrumēto subiuncta sunt hec verba aut alias per que apparet eādem Steuenam voluisse bona huiusmodi ad eundem Dionysiū peruenire, eo casu quo ipsa premoriretur, ꝛ hoc siue decederet sine prole legitima, seu etiā cū prole, alias enim verba predicta superfluerent, quod non est dicendum, per id quod not. Bal. C. de contrahen. emptione: super rubrica in. ix. q. et Alexan. de imol. consi. xvij. in primo volu. Et ita mihi videtur sub correctione ꝛc.

Cōsilium. CLXXVI.

De legato relicto vxori vidue soluendo eius heredi.

Summarium.

1 Defuncti volūtas in oībus dñaꝛ cum non est iuri cōtraria.
2 Volūtariū est vnicuiqꝫ pro libito de rebꝰ suis disponere, maxime in morte, dūtamē vltra dodrāteꝫ facultates suas non exhauriat.

Ex tenore testamenti dudum Anno vꝫ incarnationis dominice. M. cccclxxxij. ꝛ die. viij. mensis Augusti facti et cōditi per probum quōdā virum Giraudum Reynerij munnerium, constat ꝛ legitime apparet ꝙ ipse inter alia per euꝫ disposita et fieri exordinata legauit et reliquit honeste mulieri Philippe de lola eiꝰ tunc vxori summā quinquaginta florenorū monete tunc currētis valoris cuiuslibet. xxiiij. solidorū, ac etiā victū ꝛ vestituꝫ bene ꝛ decenter iuxta statum sue persone et bonorum ipsius testatoris facultatem, ꝙ̄diu eadeꝫ Philippa viueret in humanis, ꝛ statū pro eo teneret vidualē. Insuper etiam legauit ꝛ reliquit idem Giraudus Reynerij dicte Philippe eiꝰ vxori sex animalia ouina, ꝛ tres capras bonas ꝛ sufficiētes. Quo fit vt potuerit ꝛ possint honorabiles viri Joannes et Antonius de lola eiusdē quōdā Philippe fratris ac etiā heredes pro besse seu pro duabus tertijs partibus, ac liberi et heredes Guigonis de lola alterius fratris et heredis eiusdem quōdā Philippe petere dicta legata ab Ambrosio reynerij, et alijs heredibus dicti quōdam Giraudi. Cū enim idē quōdam Giraudus, ita voluerit ꝛ dicta legata reliquerit ipsi Philippe eius tunc vxori, debuit ꝛ debet hec sua eius voluntas adimpleri,

1 † quia defuncti voluntas pro lege seruāda est ꝛ in omnibus dominatur cum non est iuri contraria, prout nec ista. auť. de nup. §. disponat. colū. iiij. quilibet enim sue rei est moderator et arbiter. l. in re mandata. C. māda. l. polla. C. de his q. vt indi. l. dudum. C. de contrahen. emptio. ꝛ vendi. ꝛ. c. de his. ad fi. cū suis simili. de sepul.

2 † Habet etiam vnusquisqꝫ in eius vltimo eulogio potestatem disponēdi de suo, prout vult. l. j. C. de sacrosan. eccle. ꝛ in. c. vltima volūtas. xiij. q. ij. ꝛ saltē in legando, dūtamen vltra dodrantē eius facultates nō exhauriat. l. j. circa princi. ff. ad leg. fal. debētur igitur dicti quinquaginta floreni, ꝛ alia predicta ꝛ illos petere possunt heredes dicte quondam Philippe, nō quidem vt eis soluantur eodem cōtextu seu simul, sed scđm ꝛ iuxta dispositionē eiusdē quondam Giraudi. Nisi forte opponatur ꝛ dicatur qđ cū prefata quondam Philippa vsqꝫ ad eius mortē ꝛ decessum manserit et vixerit in domo dicti Giraudi, ꝛ per eius heredes vestita ꝛ alimētata extiteri nō possunt nūc heredes dicte Philippe dicta legata, ꝛ presertim dictos quinquaginta florenos petere. Sed istud nō obstat qꝛ vt apparet ex tenore predicti testamenti, idem Giraudus legauit nō soluꝫ dictos quinquaginta florenos, sex animalia ouina ꝛ tres capras, sed etiam victum ꝛ vestitum bene ꝛ decenter, prout supra retuli, ꝙ̄diu eadem Philippa viueret in humanis ꝛ statum seruaret viduałem. Nō ergo voluit ipse Giraudus quod propter victuꝫ ꝛ vestitum predictos supersederetur a solutione dictorum legatorum, nisi forte ꝙ̄diu ipsa Philippa vestiretur ꝛ aleretur in domo dicti Claudij. Et quia hoc fieri cessauit propter ipsius Philippe mortē ꝛ decessum nō habent eiusdeꝫ quōdam Giraudi causam instam recusandi soluere legata superius mētionata. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis.

Consilium. CLXXVII.

De impubere in contractu venditionis vltra dimidiam circumuento petente absolutionem iuramenti et restitutionem in integrum.

Summarium.

1 Autētica sacramenta puberum. C. si aduer. ven. an habeat locum in impubere contrahente cum iuramento etiam doli capace et pubertati proximo. nu. 4. 5. ꝛ. 8.
2 Autentice ius antiquum corrigentes vel odiose an extendende.
3 Juramentum an possit ligare impuberem doli capacem.
4 Juramentum super contractu interpositum tria operatur.
5 Impubes pubertati proximus ex delicto obligatus tanꝙ̄ impubes punitur.
6 Juramentum minori enormiter leso, an relaxandum etiā si in instrumento venditionis diceretur minorē dedisse plus valentiaꝫ. nu. seq. Et cur peti possit absolutio a iuramento.
7 Jura canonica non assistunt iuramētis in quibus est fraus ex parte recipientis.
9 Assertio minoris maiorem se dicentis, an illi ꝛ quando noceat, et admissus ad probandum minoritatem an illam possit allegare ꝛ vti probationibus in negatiua nō obstāte iuramēto assertionis.
10 Dolus aduersus vnum cōmissus non preiudicat aduersus aliū.
11 Veritati probate potius standum ꝙ̄ presumptioni que pretenditur insurrexisse, licet res subhastata ꝛ pro rostris vēdita presumatur non valuisse vltra.

Ex processu cause cepte et aliquandiu agitate per ꝛ inter honorabilem virū Symonem nicolay ciuem Arelatensem actorem ex vna parte, et Hugoninū rolandi terralhonuꝫ, et Franciscuꝫ bernarditi Sabaterium eiusdem ciuitatis reos ex alia parte,

1 † Colligitur ꝛ apparet fuisse sufficiēter probatū

probatum parte dicti Nicolai, ꝙ ipse Anno domini Millesimo ccccl xxxvij. ꝛ die. xv. mensis Nouembris, quibus vēdidisse dicitur prefato Hugonino vineam de qua in actis nondū excesserat deci mūquartum annū, quinimo nec decimūtertium. erat igitur tēpore venditionis hmōi adhuc pupillus seu impubes. l. fin. C. quādo tuto. vel cura. esse de si. ꝛ. §. nr̄a autē. insti. quib. mo. tute. fini. Quo fit vt videatur ꝙ auf. sacramēta puberū. C. si aduer. vendi. non habuerit vel habeat locum in casu de quo agitur, ꝛ ꝙ propterea non obstante iuramēto quod idem Symon nicolai prestitisse dicitur fuerit venditio predicta ꝛ sit nulla, ꝛ ꝙ ipse Symon recta via potuisset dictam vineam repetere. Et primo quidem ꝙ dicta auf. sacramenta puberum, non habeat locum in pupillo seu impubere contrahente, etiā si est doli capax vel proximus pubertati, voluit glo. in dicta auf. sacramenta puberū. ꝛ titu. de pa. iura. firman. §. item sacramenta. Et hoc dum vtrobiqꝫ dicit glo. hanc auf. nō habere locum in impubere per dictum text. qui solum videtur loqui dē pubere iurante, non autē de impubere. Et idem firmat expresse Pe. Cyn̄. ꝛ Jaco. butri. in dicta auf. item sacramēta, moti eadē

2 ratione: scilicet quia tex. de pubere loquitur non de impubere, † ꝛ quia etiam illa auf. videtur corrigere ius antiquum, ꝛ ideo nō est extendenda, per id quod habetur in. l. sancimus. C. de testa. in. l. precipimus. C. de appella. ꝛ in. c. cum expediat. de elec. in sexto. Et pro eo etiā quia dicta auf. videtur esse odiosa, inquantū per eā minores interdum priuantur bonis suis: est ergo restringēda nō extendenda. l. cū quidam. ff. de libe. ꝛ posthu. ꝛ regula odia restrin

3 gi. de regu. iur. in. vj. † Idem quod predicti tenet Bald. in dicta auf. sacramenta puberum. ꝛ in. l. pactū. colū. j. C. de colla. ꝛ in. d. §. item sacramenta, motus ea ratione: quia in hac materia iuramentum est quoddam vinculum astringens ad obseruantiā, ergo non

4 debet ligare impuberem q̄uis doli capacem: ꝛ cōfirmatur, † quia iuramentū interpositum super contractu tria operatur. Primo validat contractum. Secūdo tollit beneficiū restitutionis in integrum. dicta auf. sacramenta puberū. secundū intellectū ꝫ Marti. cōmuniter approbatū. Tertio addit forum foro. vt not. Jo. and. in. c. fin. de foro compe. in. vj. ergo dicta auf. locum habere nō debet in impubere etiam doli capace. Hanc eandē opinionē tenuit Angel. in dicta auf. sacramenta puberum, vbi etiam refert ꝙ ita vidit teneri Bononie in publica disputatiōe. ꝛ in. l. qui iurasse. ff. de iureiuran. ꝛ in. l. si quis pro eo. in prin. ff. de fideiussoribus. illaꝫ etiam secutus est Fulgo. in dicta auf. sacramenta puberū. qui pro hoc videtur inducere bona fundamenta. Etiam illam videtur tenuisse Fede. de sen̄. consi. xxxj. exordiente, Minori ꝛc. et Paul. de

5 cast. in. d. l. qui iurasse. in princi. ꝛ latius cōsi. ccxvj. Motus † quia licet impubes proximus pubertati aliquando obligetur ex delicto. c. j. ꝛ. ij. de delic. puero. Ipse tamen punitur tanq̄ impubes nō tanq̄ pubes, et hoc modo respondet ad dictum. c. j. et dicit idem Paulus. ꝙ q̄uis doli capax et sic proximus pubertati debeat compelli ad obseruantiam iuramenti. d. c. j. ꝛ. c. ex literis. le secōd. de sponsa. Tamen hoc procedit in alijs casibus ꝛ non in isto, quādo videlicet iuramentū interponitur ad conualidandum contractum al's nullum cū tex. dicte auf. sacramenta puberū cū mysterio dixerit puberum, ꝛ concludit idem Pau. ꝙ etiam de iur. cano. dicta auf. sacramenta. nō cōprehendit impuberem doli capacē. Et hanc opinionem sequuntur legiste magis communiter. Fateor ꝙ Barto. contrarium tenuit ꝛ multi Cano.

Colligitur etiam ex processu

predicto ꝙ tēpore venditionis de qua supra dicta vinea per ipsuꝫ Symonem vendita prefato Hugonino pretio viginti florenorūꝫ valebat quinquaginta florenis ꝛ tantum valuisset, etiam si fuisset sine vitibus seu soccis vt etiaꝫ deponūt testes. Ex quo apparet dictum Symonē tunc impuberem fuisse enormissime circūuētum

6 seu lesum ꝛ longe vltra dimidiam iusti pretij. † Quo fit vt presupposito citra preiudicium veritatis quod dicta auf. sacramēta puberum, haberet locum etiam in impubere doli capace, deberet saltem huic Symoni tunc impuberi, ꝛ sic enormiter circunuento seu leso subueniri per relaxationem iuramenti quam etiam sibi fieri postulauit, per id quod voluit Pet. de ancha. in repetitio. c. canonum statuta. in. xj. articulo principali. versicu. quid dices de iuramento. ibi, ego etiam consului ꝛc. vbi refert se consuluisse in ciuitate Senarum, et mouetur idem Pet. multis rationibus et causis quas diffusius posuit in dicto capi. canonum statuta. et in dicto consilio. Et vt apparet ipse pluries pro hac parte consuluit. Idem etiam voluit Antoni. de but. in. c. cum contingat. in quarto membro. de iureiuran. vbi pro hoc dicto etiam multa inducit que possunt ibi videri, que etiam refert Joan. de imol. in repetitione dicti. c. cum contingat. in tertio membro. et dicit idem Anto. de butri. vbi supra procedere quod predixi, scilicet iuramētum esse relaxandum minori enormiter circunuento seu leso, etiam si

in instrumento venditionis esset dictum ꝙ minor dedit et donauit omne illud ꝛ totum qd̄ plus valebat res vendita: quia licet cōtractus sit validus ꝛ iuramentum, tamen ex quo in tantum ledit minorem contrahentem, hoc non videtur esse absqꝫ fraude ꝛ dolo eius qui contrahit cum ipso minore, et nedum cum minore cōsumpturo, sed etiam cū minore actualiter male cōsumente. Pro quo facit quod habetur in. l. si quis cum sciret. ff. pro empto. ꝛ in. l. si vero non. remunerandi. §. adolescens. ff. manda. et. l. quod si minor. §. penul. ff. de mino. et. l. ij. ff. qua. re. actio non da. † Et quia cū

7 tunc videatur esse fraus ex parte recipientis iuramentum, dicendum est ꝙ iura canonica non assistunt talibus iuramentis, per id quod habetur in. d. c. cum contingat. ibi, sine vi et dolo prestita. et in. c. q̄uis pactum. ibi, non vi nec dolo. de pact. in sexto. Pro hac parte etiam consuluit ipse Anto. de butri. consil. xlv. exordiente, Domina Orabilis filia quōdam Deluli de Marabotinis vbi ꝛ multa ꝛ elegantia scribit. Pro hac parte etiam consuluit Alexā. de imol. consilio. lxxxix. exordiēte, Uiso puncto ꝛ instrumētis ꝛc. Cuma. consi. clxxx. exordiente, Uidetur prima facie dicendum ꝛc. verbi etiam multa inducit ꝛ refert Anto. de butri. in dicto. c. cum contingat. et vt dicit Joan. de imol. in dicto. c. cum contingat. in tertio mēbro, ista opinio videtur esse multum equa. Et profecto q̄uis Joan. de imol. et alij multi, tam in scribendo q̄ in consulendo tenuerint opinionem contraria, scilicet ꝙ immo peti non possit absolutio a iuramento, tamen hec prima opinio videretur esse seruanda in casu de quo agitur vbi tria concurrunt, que et eorum quodlibet hoc persuadent. Primū: quia vt predixi, iste erat impubes tempore facte venditionis, quo casu vt predixi, dicūt plus multi docto. scilicet ꝙ tunc locū non habeat dicta autenti. sacramenta puberū. Secūdum quia fuit enormiter lesus. Tertiū quia non apparet ꝙ ipse Symon certioratus extiterit de beneficio restitutionis in integrum minoribus concesso quando grauiter le

8 duntur. † Quo casu dicit Dyn̄. in quodam suo consilio. exordiente, Questio talis est quidam domi. Goffredi minor viginti annis. quem sequitur Joan. and. in. c. penulti. de emptio. et vendi. ꝙ dicta autenti. sacramenta puberū. sibi locū non vendicat q̄uis sciaꝫ multos cōtradicere Dyn̄. et seq. Sed vt predixi, in casu occurrenti putarem equius et sanctius esse, si huic minori subueniretur q̄ contrarium.

Cui non obstant proposita ꝛ

deducta parte dictorū reorum in quibusdam eorū articulis exordientibus, Duo principaliter ꝛc. insertis. fo. cj. Et primo non id quod opponitur ꝙ idem Symon se dixerit maiorem quatuordecim annis. Quoniam respondeo ꝙ istud non videtur verum, illa enim fuerunt verba enuntiatiua notarij non ipsius Symonis.

9 † Preterea esto ꝙ illa fuisset assertio eiusdem Symonis, illa non noceret in hoc casu cum fuisset simplex et non iurata, per id quod habetur in. l. iij. et quod ibi docto. C. si mi. se. maio. dixe. Addo ꝙ etiam vbi appareret eūdem Symonem tempore dicte venditionis iurasse se tūc esse maiorem quatuordecim annis: quia tamen ipse fuit in hoc processu admissus ad probandū ꝙ tunc esset minor quatuordecim annis, et ipse hoc probauit ipse potest vti probationibus huiusmodi, per id quod in simili voluit Bald. in. l. fina. prope fin. C. de non numera. pecu. vbi quesiuit quid si quis iurauit recepisse in veritate pecuniam, et postea vult dicere et allegare ꝙ non recepit, dicit Bald. ꝙ non potest, quia allegaret periurium, subdit tamen Bald. ꝙ si admissus fuit ad probandum dictam negatiuam ꝛ eam probauit, tūc qꝛ periuriū iam detectuꝫ est potest allegare ꝙ non receperit pecuniam, per id quod legitur et not. in. l. alias. idem tenet Salic. in. d. l. fina. vbi etiam voluit Anto. de butri. in dicto. c. cū contingat. in versic. quartꝰ casus ꝛc. circa fin. illiꝰ de minore qui in contractu venditionis a se facte iurauit non contrauenire aliquo remedio ꝛ iurauit id pretium quo vendidit esse verū pretium ꝛ omnia ꝛ singula apposita in contractu esse vera, vbi dicit ꝙ constito de contrario potest minor contrauenire, nisi forte diceretur ꝙ alia ratio sit in casu nostro, scilicet ꝙ idem Symon iurauerit se maiorē animo decipiendi ꝛ inducendi prefatum Hugoninū ad secum contrahendum. Sed istud non apparet et ideo non obstat. Preterea vt predixi, hic non apparet eum iurasse. Nec obstat quod opponitur de iuramento quod fecisse dicitur in alio contractu cuius instrumentum inseritur. fol. cxxiiij. Quoniam respondeo ꝙ ille cōtractus non fuit gestus cum dicto Hugonino vel prefato Francisco, sed cum quibusdam alijs. Sibi ergo non nocet quoad dictos reos. l. minor. xxv. annis ex aspectu.

10 §. plane. ff. de mino. Cuius illa est ratio, † quia dolus commissus aduersus vnum non preiudicat aduersus aliū. l. fulcinius. §. quod si aduersus. ad fin. et quod ibi glos. super verbo, taliter. ff. qui. ex cau. in possessi. ea. Et ꝙ in casu de quo queritur predictum iuramentum eidem Symoni nocere non debeat quo ad dictos reos.

tenuerunt Salice. ꝛ Pau. de castro. in dicta. l. iij. C. si minor se maio. dixerit.

Ceterа vero in dictis articulis parte dictorum reorum opposita, scilicet de depopulatione vinee ꝛ de fossis ibi existentibus, vel ꝙ prefatus Hugoninus postea fecerit magnos sumptus in predicta vinea, ideo non obstãt, quia non elidunt intentionem que probauit ꝙ tempore facte venditionis, etiam si ibi nõ fuissent socce, dicta vinea valebat quinquaginta florenos. Etiaꝫ quod deducitur in sexto ꝛ septimo articulis est impertinens, ꝛ etiam non probatur ꝛ ideo non nocet postꝙ apparet de valore. † Et sic potius standũ est veritati probate ꝙ presumptioni que pretenditur insurrexisse: quia vt dicitur non reperiebatur vltra ꝛc. Pro quo allegasse sufficiat causa expeditionis, quod not. Ange. are. in. §. si quis agẽs. in. j. charta. institu. de actio. post Joan. de imol. vbi etiam alij scribentes in. l. pretia rerum. ff. ad legem falcid. qui dicunt ꝙ licet res subhastata, ꝛ ad inquantũ vendita presumatur non plus valuisse, ꝛ sic eum cuius fuit non fuisse deceptum vltra dimidiã iusti pretij, ꝛ ꝓpterea nõ posse illa recuperare remedio. l. ij. C. de rescinden. vendi. Si tamen probetur cõtrarium stabitur huic veritati nõ presumptioni, ꝛ sic rescindetur venditio secundũ opinionem magis communem. Quod autẽ opponitur dictum Hugoninũ esse virum grossum et illiteratũ, ꝛ talem qui cõsueuit probe contrahere ꝛ agere, ꝛ ꝙ est probus ꝛ honestus nihil officit eidem Symoni cũ vt dixi appareat, ꝛ ipsum tũc fuisse impuberẽ, ꝛ vineam predictam valuisse quinquaginta florenis. Et sic ipsum fuisse enormissime lesuꝫ in qua saltem interuenit dolus re ipsa qui sufficit ad obtinendum predictum remediũ. Et ita videtur dicendum sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium. CLXXVIII.

De habilitate fratrum minorum ordinis diui Francisci ad tenendum bona immobilia in communi, ꝛ de sentẽtia arbitramẽtali perperam lata.

Summarium.

1. Fratres minores ordinis sancti Francisci an sint incapaces, tam in particulari ꝙ cõmuni hereditatum bonorum immobiliũ ꝛ redditũum, ꝛ quo iure ꝛ qualiter bona possint habere: vbi varie opiniones super successione in bonis relictis fratribus minoribꝫ.
2. Dominium ꝛ possessio bonorum sine traditione, an ꝛ quãdo conuentui acquiri possit.
3. Nobili donante vel vẽdente quicquid iuris in re habuit an donatio vel venditio inutiles sint si non probatur quale ius habuerit venditor vel donans.
4. Fratres minores an sint capaces bonorum feudalium. nu. seq.
5. Audiendus an sit qui de iure tertij opponit.
6. Homagij prestatio an acquirat ius prestanti.
7. Taciturnitas filij preteriti an conualescere faciat testamentum.
8. Clausula codicillaris quid operatur in testamento in quo filius est preteritus.
9. Grauatus pure an possit duas quartas detrahere.
10. Ordinatio nullo remedio suspensa transiẽs in rem iudicatam facit ius inter partes.
11. Dos sine matrimonio esse non potest.
12. Contractus simulatus non est contractus.
13. Compater an possit esse testis pro compatre.
14. Mulier an repellatur ab accusatione pro iniuria illata sibi cõiuncto vel compatri.
15. Notario asserenti commissionẽ sibi factam an credendũ, ꝛ an pariter dicendum in arbitro.
16. Delegata iurisditio vel officium an possit per delegatum vel officiarium scribi ꝛ in quo possint.
17. Procurator/aduocatus/proxeneta/ꝛ arbitrator cur in eorum factis testificari non possunt.
18. Religiosus etiam procurator an possit sine superioris autoritate, ꝛ iuris non seruata solennitate compromittere.
19. Compromissarius etiam cum ampla ꝛ plenissima potestate immediate post compromissum pronuntiare an possit.
20. Parlamentum ex antiquissima consuetudine fungitur vice prefecti pretorio ꝛ potest iudicare secundum cõscientiam, ꝛ supplere in casibus in quibus est iudex.

Viso pcessu cause primo cepte ꝛ diu agitate, per ꝛ inter venerabilẽ conuentum fratrũ minorũ Valentie, ac venerabilẽ ꝛ religiosum virum fratrem Andreã falconis eiusdẽ conuẽtus ex vna parte, ꝛ nobilem Joannẽ de monte cũ viueret, ꝛ deinde post illius mortẽ Ludouicum de monte eius filium naturalẽ ꝛ legitimum ex alia parte, ꝛ deinde cõtinuato per ꝛ inter conuentum ꝛ fratrem Andream pmẽtionatos ex vna parte, ꝛ magistrũ Ludouicum de ruppe notarium ex alia, videtur esse querendũ in genere de duobus.

Primum an ex deductis ꝛ probatis parte dictorũ conuentus ꝛ fratris Andree contra dictum de Monte debuerint ipsi in causa obtinere.

Secundũ an ex his que parte ipsorũ conuentus ꝛ fratris Andree, deducta ꝛ probata extiterunt siue contra dictuꝫ de Monte siue contra eundẽ de Ruppe, debeant ipse cõuentus ꝛ frater Andreas in causa obtinere.

Allegatio primi quesiti.

Venio ad primuꝫ super quo dico ꝙ prefati conuentus ꝛ frater Andreas videntur sufficienter probasse seu fundasse eorũ intentionẽ cõtra dictũ de Monte. Et hoc partim quidẽ confessione dicti de Mõte, partim depositionibus testiũ, ꝛ partim instrumẽtis ꝛ alijs scripturis. Probãt enim in primis ꝙ tã nobilis quõdã vir Antoniꝰ falconis ꝙ sui predecessores tenuerũt ꝛ possederũt, vt ꝛ tanꝙ veri dñi res ꝛ bona pdictas, ꝛ qđ ipsi vt tales fructꝰ earũ pceperũt, ꝛ ꝙ idẽ Antoniꝰ illas tenebat ꝛ possidebat tpe eius mortis, vt apparet ex his que deponunt multi ex testibꝰ parte dictorũ cõuentus, ꝛ fratris Andree in hac causa pductis super secũdo et tertio primorũ articulorũ, qui videlicet exordiuntur, Ad fines ꝛ effectꝰ ꝛc. ꝛ q inserũtur. fo. ccvij. in qbus secũdo ꝛ tertio articulis fuerũt pdicta pposita ꝛ deducta ꝛ quos testes pdicti deponũt esse veros. Probãt insup hunc fratrẽ Andreã fuisse filiũ dicti quõdã nobilis Antonij, ꝛ p tali habituꝫ, quodqꝫ idẽ Antoniꝰ ipm tũc in seculo existentẽ hoc est nõdũ religiosuꝫ heredẽ vniuersalẽ ꝛ insolidũ instituerit, vt etiã apparet per publicũ instrumẽtũ parte ipoꝝ actoꝝ in hac causa productũ. Probãt insup cõfessione partis facta in rñdendo septimo ꝛ octauo pdictoꝝ articulorũ, qđ idẽ frater Andreas tunc existẽs in seculo, ꝛ ipubes seu eiꝰ tutores ꝛ p eo se imiscuerũt paterne hereditati, ac res ꝛ bona illiꝰ ꝛ signãter res pdictas tenuerũt ꝛ possederũt. Ex qbus si idẽ frater Andreas adhuc esset in sclo videret fuisse ꝛ esse sufficiẽter fundata eiꝰ intẽtio cõtra dictũ de Mõte. Et qꝛ idẽ frater Andreas, postea pfessus est religionẽ ꝛ ordinem gloriosissimi cõfessoris beati Frãcisci, ꝛ in dicto cõuentu Valentie, vt etiam probãt dicti actores, videtur ex pdictis etiã intentio dicti cõuentus fuisse ꝛ esse sufficienter fundata.

1 † Et quibus nõ obstat quod ex aduerso opponit. s. ꝙ fres minores sint tã in pticulari ꝙ in cõi icapaces regulariter, nõ solũ quarũlibet hereditatũ ſꝫ etiã bonoꝝ immobiliũ ꝛ redditũ. cle. exiui de paradiso. ꝛ qđ ponit Bar. i sua minorica. ꝛ alij in alijs locis. Qm rñdeo ꝙ hoc nõ obstat qꝛ lꝫ fratres minores sint pdictorũ icapaces de iure cõi, tñ ex priuilegijs p sanctã sedẽ aplicam eisdẽ cõcessis: ꝛ signãter p recolẽde memorie dños Clementẽ, Martinũ quintũ, ꝛ Sixtũ quartũ summos põtifices, de qbus facta est fides sufficiẽs in hac causa, sunt ipsi fratres minores, saltẽ in cõi capaces bonoꝝ hmõi, vt videlicet illa teneãt ꝛ possideant ꝛ fructꝰ eorũ pcipiant sub noie Romane ecclie, et aliis put disponit in priuilegijs hmõi. Et ꝙuis sup bonis ingrediẽtiũ ꝛ pfitentiũ ordinẽ mẽdicãtiũ, ꝛ psertim beati Frãcisci, ad quos videlicet bona hmõi puenire aut spectare debeãt, fuerint ꝛ sint varie opiniões, put apparet ex his q no. Jnn. in. c. i psentia. sup verbo, minor annis. ꝛ qđ ibi Host. Pan. ꝛ scribẽtes. de pba. Bar. in suo tractatu minoricarũ. in quarta parte. ver. ꝛ ad quos ptinebũt bona ipsoꝝ ingredientiũ. Sali. in auc. ingressi. colũ. iij. versi. sexto oppono ꝛc. C. de sacrosan. eccle. ꝛ Jaco. butr. in auc. si qua mulier. C. eo. ti. qbusdã asserẽtibꝰ ꝙ bona hmõi cẽseri debeãt haberi p derelicto, ꝛ sic ꝙ primo occupãti cõcedãtur. l. j. §. iij. ꝛ p totũ. ff. p derelic. vel ꝙ illa sint in causa caduci. l. vnica. C. de cadu. tol. Alijs vero dicẽtibus ꝙ bona hmõi venire debeãt ad heredes ab itestato, pro eo qꝛ pfessus ordinẽ hmõi fingitur mortuꝰ. l. deo nobis. C. de episco. ꝛ cleri. Alijs aũt ꝛ tertijs dicẽtibꝰ ꝙ cũ talis q ordinẽ hmõi pfitetur p pfessionẽ hmõi, non tm̃ fiat monachꝰ illiꝰ monasterij qđ ingreditur, sed etiã epi diocesani bona ipsius debẽt venire ad ipm diocesanũ, ex quo monasteriũ capere nõ põt. c. q vere. xvj. q. j. c. j. xviij. q. j.

xviij.q.j.⁊.c.de viduis.le.j.xvij.q.j.c.quoniam.de deci.⁊.l.nulli.§.quod si testator.C.de episc.⁊ cleri. Huic tamẽ tertie opinioni tãꝙ vltimo loco recitate, videntur Inno.⁊ Hosti.adherere, per id qđ habetur in.l.si idem cum eodẽ.§.si vna.⁊ quod ibi Bald.Angel.⁊ moder.ff.de iurisdi.omni.iudi.⁊ quod not. Bald.in.l.j. in fi.ff.de constitu.glos.in.l.sabinus.§.qui filium.ff.ad trebel.⁊ quod voluit Bal.loquens de dictis Inno.in aut.ex testamẽto.col.j.vel.ij.versicu.⁊ idẽ dicunt docto.de dictis Inno.C.de colla. Pro quo multas remissiones ponit do.Jason may.in.d.§.si vna.⁊ cũ mendicãtes, signanter vero ⁊ maxime fratres minores sint hodie exempti ⁊ papa sit eis loco diocesani episcopi, bona hmõi venire debent et pertinere ad papam secundũ hãc opinionẽ, quod etiã voluit Gaspar.de calde.vt refert Sali.in.d.c.in presentia.col.mihi.xvij.versicu.nunc venio ad causam intestati. Hanc autẽ opinionem non damnat Jaco.butri.quinimo multa bona fundamenta pro eadẽ inducit in dicta aut.si qua mulier.circa principiũ.et tandem relata ea ⁊ alijs duabus superius mentionatis subiecit, et dixit, tene quod vis: scilicet vel hoc quod vltimo dixi, vel quod penultimo dixi. Loquens de opinione eorũ qui dicunt bona hmõi deferri ⁊ ptinere ad venientem ab intestato, ⁊ de opinione eorũ qui dicunt ꝙ non ad illos sed olim ad diocesanum, hodie vero ratione exẽptionis ad Romanam ecclesiam pertineant.

Preterea dicit Hostiẽ.in.d. c.in presentia.versi.quid si quis ingrediatur monasteriũ, cui nõ licet habere bona ipsa immobilia ꝙ quicquid scribatur, tamẽ talia monasteria volunt habere bona eorũ qui illa ingrediuntur non vt sibi retineant sed vt vendant. Et ꝙuis fortasse redarguendo subiũxerit hec verba, quo autẽ iure istud faciant hic aduertant, istud tamen videtur hodie fieri posse sine reprehẽsione aut scrupulo, attentis presertim priuilegijs apostolicis, ⁊ maxime prefati domini Sixti de quibus facta est fides sufficiens, que si placet videantur, presertim in versi.⁊ nihilominus volum⁹.vbi de verbo ad verbũ dicit, ⁊ nihilominus volumus ac eisdem autoritate, scientia, ⁊ potestatis plenitudine statuim⁹ ⁊ ordinamus ꝙ decetero perpetuis futuris tẽporibus institutiones ⁊ substitutiones ⁊c.vbi voluit prefatus do.Sixtus papa quartus ꝙ institutiones, substitutiones, relicta, legata, donatiões inter viuos causa mortis alieq; pie ⁊ nõ pie dispositiones, quecũq; ⁊ quocunq; noĩe nũcupentur fratres ⁊ dominos ordinis fratrũ minorũ ipsarumq; domorũ, ecclesias, capellas, picturas, ⁊ fabricã seu illorũ cõmodũ et fauorem quomodolibet cõcernẽtes hactenus facte ⁊ imposterũ perpetuis futuris temporibus fiende, etiã si tempore institutionũ, substitutionũ, relictorum, fideicõmissorum, legatorum, donatorum, aliorũq; dispositionum hmõi, fratres ipsi in quorum fauorẽ emanassent vel emanarent nedum ordinẽ predictum ingressi forent eidẽ Romane ecclesie ⁊ de illa ordini ⁊ fratribus, ⁊ locis eorundem facte esse intelligantur, ⁊ eundem plenariũ sortiantur effectum quẽ sortirentur, si nominatim ⁊ expresse prefate Romane ecclesie ⁊ de illa ⁊ in cuius fauorem facte forent ⁊c. Si enim papa voluerit: immo quia voluit ꝙ institutiones, substitutiões, relicta, legata, donationes ⁊ dispositiones pie ⁊ non pie superius mẽtionate, etiã si facte fuerint de aliquo vel alicui singula singulis oportune referendo dictũ ordinem nondũ ingresso, ⁊ qui postea cum ingressus extiterit ipsi Romane ecclesie, ⁊ deinde dicto ordini ac fratribus, ⁊ locis eorundẽ facte esse intelliguntur ⁊ eundẽ plenariũ sortiantur effectum quẽ sortirentur si nominatim ⁊ expresse prefate Romane ecclesie, ⁊ de illa in eius fauorem facte essent vt sic illa remaneant in manibus dictorũ fratrum, iuxta ⁊ secundũ dispositionẽ dictorum priuilegiorũ apostolicorum, multo fortius voluit ⁊ voluisse censendus est idem summus pontifex ꝙ bona sic ingredientium ad ipsam Romanam ecclesiam peruenirent, ⁊ deinde iuxta apostolica priuilegia ad fratres dicti ordinis remanerent, nõ autem pro derelicto haberentur vel ad venientes ab intestato peruenirent.

2 **† Ex quibus infertur ꝙ per** professionem dicti fratris Andree factam, vt predixi, in dicto venerabili conuentu fratrum minorum Ualentie ius quesitum est in bonis predictis Romane ecclesie, ac deinde eidem conuentui ⁊ hoc ex dispositione dictorum priuilegiorum apostolicorum: nec fuit opus traditione predictorum bonorum ad acquisitionẽ huiusmodi, etiam si de acquisitione dominij aut possessionis loquẽdum esset: quia sine illa hec acquiri potuerunt. Et quidem de dominio probat, per id qđ habetur in simili.in dicta aut.ingressi.C.de sacrosanct.eccle.⁊ in.l.si adoptauero.ff.de precario.iuncto titu.insti.de acqui.per arroga.⁊ in.l.j.ij.⁊.iij.vbi glo.ff.pro socio.prout declarat Bald.in dicta autenti.ingressi.in tertia oppositione.et Sali.in quarta.de possessione vero probatur in.d.l.si adoptauero.cum glos.in.c.si qua mulier.xix.qđ.vlti.⁊ quod not. Bartol.in l.qui vniuersas.§.aut si is qui.ff.de acquiren.posses.⁊ in.l.hereditas.C.de pact.conuen. Multas remissiones ponit domi.Jason may.in dicta aut.ingressi.colum.iiij. Potuerunt igitur ⁊ possunt dicti conuentus, ⁊ frater Andreas nomine quo in actis dicta bona petere, ⁊ que ei restitui debuerunt per dictum nobilem Joannem de monte, et qui propterea fuit iuste condemnatus ad illorũ restitutionẽ nõ obstantibus per eũ propositis, deductis et allegatis in quibusdam eius articulis exordientibus, Et licet sit theorica ⁊c.insertis. fo.ccxxvj.

Et primo quidẽ non obstat quod ibidem opponitur in dictis articulis dictum fratrem Andream quasi seruo comparatum non posse esse in iudicio, ⁊ ꝙ ipse factus sit frater minor ⁊ sic mortuus, insuper ⁊ ꝙ fratres minores sint in tanta paupertate constituti vt nec in particulari nec in cõmuni aliquid habere possint. Quoniã ad hoc respondetur ꝑut apertissime colligitur ex ꝑdictis, scilicet ꝙ licet predicta procedãt de iure communi, secus tamen est de priuilegio quod cõcessum est et concedi potuit ab eo de cuius autoritate non dubitatur, et de qua dubitare instar habet sacrilegij.l.ij.C.de crimi.sacri. Etiã nec obstat quod in predictis articulis opponitur de matrimonio cõtracto, per ⁊ inter dictum de Monte, ⁊ nobilem Antoniam falcone filiam pretensam dicti quondam nobilis Antonij ⁊ de pretẽsa dotis cõstitutione quã eadem Antonia fecisse pretenditur. Tuz quia cum bona predicta tempore dictarum pretensarum matrimonij ⁊ constitutionis ad eundem fratrem Andream, si nõdum professus extiterat vel ad dictum cõuentum si professus extiterat pertinerent, quinimo cum vel ipse frater Andreas vel conuẽtus hmõi, bona huiusmodi possiderent, cum non appareat de perditione possessionis, nõ potuit hmõi pretensa constitutio illis absentibus inscijs, ⁊ per consequens inuitis ⁊ non consentientibus afferre preiudicium.l.si filio.§.j.ff.solu.matrimo.⁊ qđ habetur in l.rem alienam.ad fin.⁊ quod ibi glo.super ver.põt.ff.de contrahẽ.emptio.⁊ venditio. Tum ⁊ quia per dictam pretensam cõstitutionem, etiam si de ea cõfessione vel al's appareat, nõ constat ꝙ ipsa nobilis Antonia in dotem ⁊ pro dote suijpsius constituerit dicto de Monte eius viro res et bona superius mentionatas, aut res ⁊ bona dicti quondam nobilis Antonij falconis eius pretẽsi patris, sed constituit ⁊ constituisse pretenditur in dictis articulis iura que habebat. Quo fit vt constitutio huiusmodi nihil profuerit seu prosit vbi probatum non extitit illam habere iura. Pro quo allegasse sufficiat qđ not. Dyñ. Barto.⁊ moder.in.l.si sic.§.j.ff.de lega.j. Ange. Alexand.de imol.⁊ docto.in.l.locus.ff. de acquirẽ.

3 possessio. † Ex quorum dictis illud colligitur ꝙ si miles nobilis vel alius mihi concesserit vel etiã vendiderit, quicquid iuris in tali re habuit concessio ⁊ venditio: hmõi inutiles existunt, ⁊ nihil iuris mihi tribuunt nisi probem quale ius habuerit concedens seu vendens per.l.legaui.ff.de libera.lega.⁊ impedit acquisitionẽ possessionis ⁊ vsucapionem.d.l.locus.⁊ cum illa decisione concordat Oldra.consi.clxiiij. Ad quod etiam facit quod voluit Bartol.in l.cotem.§.qui maximos.in.iiij.qđ.ff.de publici. Ex quibus apparet ꝙ alia sequẽtia ⁊ de quibus opposuit idem de Mõte in dictis articulis vsq; ad decimũquartum articulum inclusiue non refragantur nec obstant prefatis actoribus.

4 **† Etiam nec obstãt proposi**ta ⁊ deducta in.xv.⁊ alijs sequentibus articulis dictorum articulorum, quatenus ibi opponitur ꝙ bona parte dictorum actorum in hac causa petita sunt feudalia ⁊ quorum fratres minores sunt

5 incapaces. † Tum quia hic opponebatur parte dicti de Monte de iure tertij in quo non proponebat se ius habere idem de Monte. Non ergo erat audiendus.l.is consequenter.§.j.⁊ quod ibi docto.ff.famil.erciscun.l.ij.et quod ibi glos.et docto.ff.si ager vectiga.et.l.ij.C.de iure emphi.ad quod facit.l.loci corpus.§.competit.ff.si serui.vendi.l.si prior.§.si simpliciter.ff.qui poti.in pigno.et.l.cum seruum.et quod ibi docto.C.de serui.fugi.⁊ quod in simili voluit Oldrađ.loquens in re feudali consilio.cxxix.exordiente, Ad habendam aliqualem notitiam ⁊c.versicu.sextum cũ hec bona sint feudalia ⁊c. Ex cuius verbis colligitur ꝙ esto citra preiudicium veritatis quod de hoc opponere potuissent domini directi rerum feudalium, de hoc tamen opponere non potuit idem de Monte, vtpote tertius ⁊ qui ius non habebat a domino directo, nisi forte dicatur ꝙ immo idem de Monte ius haberet a dominis directis, ⁊ ꝙ ipse pro bonis huiusmodi eisdem homagiuz prestiterat, sed respondeo quod hec nõ obstant. Tum quia de eis

6 non constat. † Tum ⁊ quia per homagium prestitum non agitur vt ius aliquod acquiratur homagij prestanti, et presertim hodie cum cõsueuerint homagium recipientes protestari se nolle preiu

dicare iuri suo vel alieno. Et ita presumendum est hic fuisse factum in dicto pretenso homagio si de illo appareat prout non apparet, nec etiã obstat prefatis actoribus quod parte dicti de Monte, reperitur oppositum, scilicet quod testamentum dicti quondam nobilis Antonij fuerit et sit nullum propter preteritionem filiarum. Tum quia idem quondam Antonius eis reliquit dotes, quod videtur sufficere etiam si dictum non extiterit iure institutionis, et ita videtur voluisse Anto. de butri. in capitu. raynutius. de testa. 7 † Tum quia dicte filie tacuerunt et sic earum taciturnitate conualuit testamentum. l. filio preterito. et quod ibi docto. ff. de iniust. rup. et irri. testamen. 8 † Tum et quia in testamento huiusmodi apposita fuit clausula codicillaris. Si non valet iure testamenti &c. per quam censentur ipse filie grauate et rogate de restituendis earum portionibus dicto fratri Andree heredi vniuersali instituto. l. eam quam. et. l. ex testamento. et quod ibi not. C. de fideicommis. l. quia autem. in princip. et quod ibi not. ff. si quis omis. cau. testamen. l. ex ea. §. j. et quod ibi glos. et docto. ff. de testamen. et est bonus text. secundum lecturam Hugo. et ibi hoc sequitur Angel. in. l. si patroni. §. fina. ff. ad trebel. et ad hoc est bonus text. in. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicommissa. liber. quod etiam voluit Bartol. et Bald. in. l. ij. ff. de legat. iij. et docto. communiter in autenti. ex causa. C. de liberis preteri. vel exhereda. 9 † nec poterant detrahere nisi vnam quartam cum grauamen esset purum non in diem vel sub conditione, per id quod not. glo. Bartol. et docto. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamen. et in. l. quod. C. ad legem falcid. in qua debebat imputari dos relicta, per id quod not. Bartol. et doctores in. l. in quarta. C. ad legem falcid. Uidetur igitur non obstantibus ex aduerso et parte dicti de Monte allegatis sententiam debuisse ferri pro dictis actoribus. Et que etiam pro eis lata est per primum iudicem, et postea confirmatum per egregium virum dominum iudicem appellationum et nullitatum Dalphinatus, et que etiam diu est propter desertam appellationem transiuit in rem iudicatam. Et sic non videtur oportere de illa disputare.

¶ Allegatio secundi quesiti.

Ad secundum dico et respondeo quod licet probationes, de quibus supra, facte fuerint contra dictum de Monte, quia tamen hoc insigne parlamẽtum per eius ordinationẽ voluit quod probationes facte cõtra ipsum de Monte, valerent et probarent etiam contra dictum magistrum Ludouicum, ille debent sibi nocere et haberi perinde ac si contra eum facte essent: 10 † quia illa ordinatio vtpote nullo remedio suspensa transiuit in rem iudicatam et sic fecit ius inter partes predictas, et pro veritate accipienda est. l. res iudicata. cum suis similib. ff. de regu. iuris. videtur igitur quod per fundamenta de quibus supra, et quibus potuerunt et debuerunt dicti actores vincere dictũ de Monte, possint etiam et debeant ipsi vincere dictum magistrum Ludouicum.

Quibus non obstãt proposita et deducta parte eiusdem magistri Ludouici in quodam pretenso eius libello appellatorio inserto, fo. xvij. Et primo quidem non quod deducitur in primo secundo et sequentibus articulis vsque ad. xiiij. et. xv. articulũ dicti pretẽsi libelli inclusiue. Tũ et in primis quia esto quod per quoddam pretensum instrumentũ in hac causa parte eiusdem Ludouici productum et insertum. fol. 757. probaretur matrimonium contractum per verba de futuro, per et inter quandam Alisiam pretensam filiam cuiusdam Aymari falconis et nobilem Bertrandum sextoris, et quod in dotem et pro dote huius Alisie: idẽ Aymarus dicto Sextoris cõstituisset quingentos florenos. Nõ tamen apparet quod matrimonium huiusmodi cõtractũ extiterit per verba de presenti inter eos, 11 † sine quo tamen dos esse non poterat. l. iij. ff. de iure do. l. fina. §. sicut. C. de donatio. ante nup. et autenti. de trien. et semis. §. sed nec. collat. iij. Etiam nõ apparet quod postea et vita functo dicto Sextoris prefata Alisia matrimonium contraxerit, cum quodam Nicolao de polini, nec quod ex matrimonio huiusmodi procreatus extiterit idem Desiderius depolini a quo dictus magister Ludouicus pretendit se causam habuisse per medium nobilis Joannis de anione, cui dictus Desiderius donasse pretẽditur dictam dotem quingentorum florenorum. Insuper etiam nec apparet quod iste frater Andreas vel aliquis eius predecessor heres extiterit dicti pretensi nobilis Aymari falconis, vel quod bona dicti quondam nobilis Antonij falconis patris huius fratris Andree fuerint dicti quondam Aymari, aut quod illa obnoxia seu obligata extiterint pro dicta dote soluenda. Et ita in eis fieri non potuerunt nec de iure debuerunt ille pretense executiones quas in eis fieri fecisse pretẽditur prefatus de Anione assert' cessionarius dicti Desiderij depolini. Preterea per deducta et probata parte dictorum conuentus et fratris Andree in articulis exordientibus, Excipiendo &c. insertis. fol. xxij. apparet quod ille pretense executiones quas fieri fecit prefatus de Anione fuerunt simulate et fictitie, ac etiam fraudulente facte, videlicet in fraude domini Rupis et aliorum creditorum, et vt sub vmbra harum executionum per quas non intendebat idem de Anione sibi ius acquirere seruarentur bona sororibus dicti fratris Andree et earum maritis, prout apparet ex his que testes parte dictorum actorum in causa producti deposuerunt super decimosexto, decimoseptimo, et decimooctauo dictorum articulorum, dicte ergo executiones ex mente contrahentium fuerunt non quidem vere quoad iuris effectũ, 12 sed fictitie imaginarie et nulle, † vt dici solet de vẽditione vel alio contractu simulato, que reuera non est venditio aut contractus. l. simulate nuptie. ff. de ritu nuptia. l. imaginaria. ff. de regu. iur. et. l. emptor. ff. de aqua pluuia. arcen. quod etiam voluit Bartol. in. l. nemo potest. colum. ij. ver. quero an renuntiatio exceptionis simulationis, vbi etiam per alios scribentes. ff. de legat. j. et per docto. in. l. iij. C. plus vale. quod agi. et quod dixi de dictis pretensis executionibus etiam dico de pretensa locatione predictorum bonorum facta predictis sororibus seu earũ maritis, hoc est dicto Joanni de monte, et nobili Humberto bocheti, quod illa si tamen et quatenus de ea appareat etiam fuit simulata et fictitia, et ex qua idem de Anione nihil sibi prestari seu solui intendebat, in fraudẽ tamen predictorum domi. Rupis et aliorum creditorum, vt etiã apparet ex his que deposuerunt testes super articulis superius mentionatis aut eorum altero. Non est igitur quod dictus magister Ludouicus opponere potuerit de pretensis dotis constitutione executionibus et locatione predictorum bonorum. Et reuera parum probe et malefecit prefatus de Anione omnium horum conscius facere donationem de his in quibus sciebat se nihil habere, male etiam fecit idem de Rupe qui sciens et ab initio cause huius cepte, videlicet contra dictum de Monte Anno domini Millesimo quatercentesimo octuagesimotertio, et de mense Maij, de et super bonis superius mentionatis, procurauerit nihilominus sibi vel cuidam Ludouice eius filie de illis fieri donationem Anno domini Millesimo quatercentesimooctuagesimo quinto. et die decimaseptima mensis Nouembris, et sic post latam sententiam contra dictum de Monte, que lata dicitur anno proxime dicto et die secunda mensis Julij, que omnia vidẽtur facta in fraudem dictorum actorum, et vt frustrarentur iuribus suis et effectu sententie ante donationẽ huiusmodi pro eis promulgate.

Preterea etiã nec obstãt cõpromissum et sententia arbitramentalis de quibus opponere conatus est idem, et pro illarum defensione multa verba emisit dictus magister Ludouicus. Tum quia de dicto pretenso compromisso non constat. Et quidem non per instrumentum non etiam per testes. 13 † Et primo non per depositionem cuiusdam fratris Antonij asterij. Quoniam vt fatetur ipse tempore eius pretense depositionis erat compater dicti magistri Ludouici. Non ergo videtur sibi credendum, per id quod ponit Alexand. de imol. cõsil. xxxiiij. exordiente, Uiso processu cause vertentis &c. colum. fina. in tertio volu. qui post Bald. in. l. generaliter. ff. de in ius vocã. videtur voluisse quod compater non potest esse testis pro compatre, qui etiam inducit not. per Bald. in. l. j. fol. iiij. versicu. sed an commater vel compater potest accusare occisorem &c. C. qui accusa. nõ possunt. 14 † vbi voluit Bald. quod quemadmodum mulier non repellitur ab accusando pro iniuria illata personis sibi coniũctis, iuxta. l. feminam. cum ibi not. C. ad turpilli. et. l. ij. C. de accusatio. ita non debent repelli sed admitti si accuset de iniuria vel homicidio facto in personam compatris sui. Tum etiam non videtur probari dictum pretẽsum compromissum per dictum Asterij et fratrem Jacobum malegrassi pretensos cõpromissarios seu arbitros vel arbitratores: 15 † quia quemadmodum non creditur notario asserenti certam commissionem sibi fuisse factam vel de ea instrumentũ recipienti, per id quod no. Hostien. in. c. quoniam contra falsam. in. j. colum. de proba. Joan. andr. in regula cum quid. de regu. iur. in sexto. Bald. in. l. ad personas egregias. ff. de iureiuran. in. l. iurisiurandi. C. de testib. et plenius in. l. iudices. C. de fide instrumẽ. ita nec videtur debere credi prefatis Asterij et Malegrassi deponentibus de compromisso in eos facto. argu. l. in exercendis. C. de fi. instru. Pro quo bene facit. l. ex fina. ff. de testa. tute. Et quod is id quod ibi no. Bar. in ver. induco istã. l. &c. videat facere cõtra predicta. Puto tñ quod si bñ inspiciat dictũ Bar. illud facit pro eo quod p dixi, nõ 16 cõtra ipm. † Dicit enĩ quod si alicui cõmittat aliquod officiũ, ipse idẽ nõ potest cõmissionem huiusmodi scribere. d. l. ex sententia, sed si cõmittatur

committat vnus articulus effici, vt verbi gratia: ꝙ recipiat testes in vna causa vel aliquid simile, tũc nõ est ꝓhibitum ꝙ scribat: etiã Ange. in repeti. l. sciendum. ff. de verborum obligatio. dicit practicari, ꝙ ille cui delegatur iurisditio etiam si sit notarius ea nõ scribat manu sua, qđ dicit verum esse in totali vel vniuersali delegatione, secus in delegatione huius articuli, puta si delegetur notario examinatio testiuʒ. Cũ igitur prefati Asterij ⁊ Malegrassi pretendant ac etiam testificari ⁊ deponere nitantur in eos fuisse compromissum de tota causa p̄dictorum cõuentus et fratris Andree ex vna parte, et dicti magistri Ludouici ex alia nõ est eis credendũ etiam ex sententia seu doctrina Bart. et sequacium. Et quemadmoduʒ non est eis credendũ de predicto compromisso, ita nec eis credendũ est de laudo seu pretensa arbitrali sententia quaʒ tulisse pretendũtur, et quaʒ se p̄tendunt scripsisse ⁊ signasse, et hoc ratiõe affectionis, quia presumptio est ꝙ semper velint eoꝝ factum, hoc est dictam scripturam defendere ⁊ tueri, et quia etiam quẽadmodum in ꝓcuratore/aduocato/et proxeneta est suspitio ꝙ affectionem habeãt ad id qđ cõfecerunt, et ꝓpterea testificari nõ possint: ita nec vidẽtur dicti fratres Asterij ⁊ Malegrassi posse testificari de pretẽsa eoꝝ sententia seu laudo. Pro quo allegasse sufficiat, qđ plene not. Anto. de butri. cõsilio. xxiiij. exordiẽte, Questio hec dubia vulgaria habet. col. v. ver. nũquid aũt arbitratori dictũ in aliquo iuuet ⁊c. quod aũt fortasse p̄tenditur ꝙ de premissis nõ soluʒ deposuerint p̄fati Asterij ⁊ Malegrassi p̄tẽsi arbitri vel arbitratores, sed etiam quidã frater Stephanus cholassij ordinis fratrum minoꝝ non multũ releuat p̄dictum Ludouicum. Tũ quia vnꝰ ⁊c. l. iurisiurandi. C. de testi. et. c. tam literis. eo. titu. Tũ et quia idem frater Cholassij videtur variare in eo, vcʒ ꝙ primo videtur dixisse sentẽtiam arbitralẽ fuisse ꝓnuntiatã tam ꝑ eum q̃ dictos Asterij et Malegrassi, et postea dicit illã fuisse ꝓnũtiataʒ ꝑ ipsos Asterij et Malegrassi. Taceo ꝙ cõtra hos omnes ⁊ ad eoꝝ obiectationẽ multa ꝓposita ⁊ deducta extiterunt parte dictoꝝ conuentus ⁊ fratris Andree que videtur non in modico derogasse fidei eorũdem Asterij, Malegrassi, et Cholassij. Super quibus tamẽ vtpote nõ necessarijs non insisto.

Adijcio ꝙ etiaʒ cessantibus

p̄missis que non cessant dicta tamen p̄tensa arbitralis seu arbitramẽtalis sentẽtia eisdem cõuentui ⁊ fratri Andree nõ obesset, ꝓ eo quia illa fuit ⁊ est nulla. † [18] Tũ quia idem fratrer Andreas sine autoritate superioris ⁊ nõ obseruata iuris solennitate cõpromittere nõ debuit. Pro quo allegasse sufficiat qđ voluit Panor. in. c. contingit. de arbitris. et cõsilio suo. lvj. exordiente, Casus cõtingẽtia talis est. Bal. in. l. preses. C. de transac. et quod voluit Bar. et post euʒ alij scribẽtes in. l. nulli. ff. de transac. et Pet. de ancha. consilio cccx. exordiente, Uidetur prima facie dicendũ lauduʒ valere. quia latum in fauorẽ ecclesie ⁊c. Tũ et quia cũ tempore dicti p̄tensi compromissi et ante illud penderet et factus fuisset magnus ꝓcessus tunc existens, non quidẽ in manibꝰ hoꝝ fratrum Asterij ⁊ Malegrassi. Sed in hac insigni ciuitate et qui non dixerim ꝑ duos religiosos iurium ignaros, sed nec ꝑ viros doctissimos poterat diffiniri eo tempore quo isti p̄tendunt fuisse in eos compromissum et deinde ꝑ eosdem negotiũ terminatum ⁊ decisum: non est p̄sumendum ꝙ ipsi Asterij ⁊ Malegrassi viderint dictuʒ ꝓcessum, vel al's ꝓut oportuit audiuerit partes p̄dictas et negotiũ discusserint, qđ tamen facere nitebantur. Et ideo ipsum p̄tensum laudũ non valuit. per id quod voluit do. Jason may. in. l. ij. colũ. v. ver. adde etiã ꝙ si sit factum cõpromissuʒ ⁊c. C. de eden. † [19] vbi dicit ꝙ etiam si sit factum cõpromissum cũ ampla ⁊ plenissima potestate, tamen nõ potest immediate post cõpromissum ꝓnuntiare cõpromissarius, quia sic ꝓnuntiaret sine cause cognitione, qđ esset cõtra ius. Pro quo refert ita voluisse Jaco. butri. et Bal. in loco ꝑ eum allegato. quod etiam voluit Panor. ꝑ hoc multa referens, que causa breuitatis non recito, in. c. quintauallis. col. penul. ver. sed ad predicta adde limitationem solennẽ, ꝙ si arbitrator ꝓcessit ex obrupto ⁊c. de iureiuran. Et ita videt sensisse Ange. consilio. cxcvij. exordiẽte, Uisa facti narratione. ver. coniecturatur. et Pet. de ancha. consi. cccx. exordiente, Uidetur prima facie dicendũ ⁊c. Ex quibꝰ omnibus apparet si non desipio dictum p̄tensum laudũ seu arbitralem sententiam nõ valuisse nec valere, et de quo potuit et potest coraʒ hac insigni curia opponi. per id quod habetur in. l. quotiẽs. C. de iudi. et si de hoc oppositum nõ fuerit sufficit ꝙ de eo constet et appareat huic insigni curie. per id quod not. glo. ⁊ docto. in. l. vbi. C. de transac. Alexan. de Jmol. in. l. dies cautioni. §. hoc autem iudicium. colũ. vij. versi. Jtem supplet repellendo. ff. de dam. infec. † [20] et quod maxime debet in ea procedere cum ex antiquissima consuetudine functa extiterit, et fungatur vice prefecti pretorio, et possit iudicare ꝯm conscientiam, vt dicit do. Gui. pa. decisione. xxix. et representat principem cuius vices gerit, et qui potest supplere in casibus in quibus est iudex. c. cum nobis olim. de elec. et. c. bone. et quod vtrobiq; not. glo. de postula. prela. quod etiam voluit Alex. de Jmol. in dicto. §. hoc aũt iudicium. colũ. viij. ver. supplent etiã papa et imperator. iunctis his que de principe non recognoscẽte superiorem ponit Barto. et docto. in. l. infamẽ. ff. de public. iudi. Joan. de Jmol. et Fran. de aret. in. l. continuus. §. cum quis. ff. de verborum obliga. Feli. in. c. j. colũ. ij. de rescrip. et alij in alijs locis. Ex quibus omnibus puto ꝙ nõ obstantibus ꝓpositis/deductis/et ꝓbatis parte dicti magistri Ludouici debuerit ⁊ debeat sententia ferri ꝓ eisdem cõuentu ⁊ fratre Andrea. Et hec sub correctione huius magnifici Dalphinalis parlamenti.

Consiliũ. CLXXIX.

☞ De legatis iure institutionis relictis per filiam matri, cuius heredes amplius nihil petere possunt.

Summarium.

1 ☞ Filius sub conditione casuali vel mixta non potest heres instituti sed sub potestatiua, et prime due conditiones reijciuntur ꝓ conseruatione testamenti.

2 Filiusfamilias an possit transmittere ad quoscunq; eius heredes ius dicendi paternum testamentum nullum.

3 Clausule codicillaris effectus.

4 Grauamen purum non in diem vel sub conditione vnam tantum quartam detrahere potest.

Viso casu mihi exhibito parte ꝓuidi viri Joãnis collectoni habitatoris loci de Mouis, vna cũ instrumẽto seu copia instrumenti honeste quondã mulieris Bertrane vxoris eiusdẽ Joannis collectoni. Dico ⁊ respõdeo ꝙ multa sunt ꝓpter que quidã p̄tensi heredes honeste quõdam mulieris Hugue dicte Bertrane matris nihil petere possunt super bonis et hereditate dicte quondam Bertrane, et si quid petere valeant nihil tamen petere possunt vltra ⁊ preter legitimã, quam p̄fata quõdam Hugua petere poterat in bonis dicte Bertrane eius filie. † [1] Pro quo dicto breuiter induco ꝙ p̄fata Bertrana non videtur omnino p̄terijsse dictam Huguã eius matrem cũ eam instituerit et sibi multa reliquerit etiã iure institutiõis, saltẽ sub cõditione casuali seu mixta. ꝓpter qđ videtur ꝙ ꝓ conseruatione testamenti debuerit conditio reijci, saltẽ vsq; ad legitimã ꝓut tenuerũt multi de filio in p̄ris potestate existẽte, et sic instituto, vt videri potest in. l. si pater. C. de institu. et substitu. sub condi. fac. quod si ita fiat aut fieri debeat in testamẽto patris in quo filius in ipsius potestate cõstitutus, ⁊ cui magis vel saltẽ nõ minus debetur paterna hereditas q̃ debeatur hereditas filie sue matri: multo fortius aut saltem nõ minus fieri debet in testamẽto filie in quo matri reperitur aliquid relictũ iure institutionis, q̃uis sub conditione casuali seu mixta. † [2] Preterea esto ꝙ filius nõ emancipatus transmitteret ad quoscũq; eius heredes nõ solum paternam hereditatẽ, sed etiam ius dicẽdi nulluʒ paternũ testamentũ, de quo tamẽ aliqui et quidẽ magne autoritatis dubitarunt, ꝓut al's autore dño cum dabitur maior oportunitas ostendet, non tamẽ videtur ꝙ dicta quondam Hugua mater p̄tensa dicte Bertrane, vtpote que postea semꝑ tacuit transmiserit ad quosdam eius p̄tensos heredes extraneos ius dicẽdi nullũ testamẽtum dicte quondam Bertrane ꝓut etiam autore dño al's ostẽdetur. Et ita non vidẽtur heredes p̄fate Hugue posse petere hereditatẽ seu bona eiusdẽ quõdam Bertrane ex capite pretense nullitatis testamenti dicte Bertrane. † [3] Adijcio ꝙ etiam p̄supposito citra p̄iudiciuʒ veritatis ꝙ testamẽtum p̄dictum nõ valuisset aut valeret vt et tanq̃ testamẽtum, valuisset tamen ⁊ valeret vt et tanq̃ codicillus ꝓpter illam clausulã, hoc est tamẽ suum vltimuʒ testamẽtum ⁊c. ibi, qđ et quã voluit ordinauit/p̄cepit/disposuit/iussit/atq; mandauit valere iure nouissimi testamenti nũcupatiui in scriptis: et si non valet aut valere non potest iure nouissimi testamenti in scriptis, voluit et ordinauit ꝙ valeat iure codicilloꝝ. per quã clausulã censetur ipsa Hugua fuisse rogata et grauata de restituenda hereditate dicte Bertrane eius filie prefato Joanni collectoni heredi instituto. l. eam quã. et. l. ex testamento. et qđ ibi not. C. de fideicommis. l. quia aũt. in principio. et quod ibi not. ff. si quis omis. cau. testa. l. ex ea. §. j. et quod ibi glo. Bar. et doct. ff. de

testa. et est bonus text. sm lecturã Hugoli. et ibi hoc sequit Ange. in. l. si patroni. §. fi. ff. ad trebel. et ad hoc est melior text. qui reperia tur in iure. in. l. generaliter. §. ex testamẽto. ff. de fideicõmis. liber. quod etiam voluit Bart. Bal. & docto. in. l. ij. ff. de lega. iij. et doct. cõmuniter in auth. ex causa. C. de libe. preteri. vel exhere. 4 † Nec poterat dicta quõdam Hugua cum viueret detrahere nisi vnã quartam vel debitum iure nature vel trebellianicã cũ grauamen esset purum non in diẽ vel sub cõditione. per id quod not. glo. Bart. et docto. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. & in. l. quoniã. C. ad leg. fal. et Panor. in. c. raynutius. de testa. Nihil ergo vel saltem non vltra legitimam, que est tertia pars bonorũ dicte quondã Bertrane, deducto ere alieno, et funeris impensa petere possunt heredes prefate quondam Hugue in et super bonis dicte quõdam Bertrane prout al's autore domino cum dabitur maior oportunitas plenius ostendetur. Et ita mihi videtur sub correctione &c.

Cõsilium. CLXXX.

De legato relicto vxori per maritum in loco dotis quã fatetur in testamento recepisse.

Summarium.

1 Mulier vbi nõ apparet dotẽ constitutam fuisse solutam nisi per recognitionem aut cõfessionem mariti in testamẽto: non põt tanq̃ dotale petere sed tanq̃ legatum.
2 Laudimiũ ex parte bonorũ in locum dotis ex actu contrahentium cõstante matrimonio surrogata an debeatur.
3 Binuba qualiter filijs primi matrimonij succedit.

In isto casu mihi exhibito parte nobilis et honeste mulieris dñe Philippe relicte nobilis Bertrandi veteris, et dubijs ex casu hmõi elicitis. Dico & respondeo breuiter et succincte ad dubia hmõi put infra. Et pmo ad pmũ. 1 † Premittens tamen p faciliori solutione eius qd in eo queritur, q si nõ appareat de solutione illorũ mille florenorum constitutorũ per nobilẽ quondã virũ Rolandũ desiderij Ville auripetre in dotem et p dote eiusdẽ nobilis Philippe, nisi p confessionem seu recognitionem quã de illis fecisse dicitur idem quondam nobilis Bertrandus eius maritus in suo vltimo & nũcupatiuo testamento: ipsa dña Philippa non potest nec poterit illos petere tanq̃ dotales, sed tanq̃ sibi legatos. l. si non designata. et quod ibi Bal. & docto. C. de fal. cau. adiec. lega. et quod not. Bar. in. l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de legat. iij. et. l. qui vxori. ff. de auro et argen. legat. Angel. consilio. clxxxij. exordiente, ✱ et Pau. de cast. consilio. ccclxxxvij. et docto. cõmuniter in. l. generaliter. C. de nõ numera. pecu. et hoc procederet nisi saltem semiplene pbaretur solutio dictorũ mille florenorũ aliter quã p confessionem seu recognitionem superius mẽtionatam. Si enim saltẽ semiplene pbari posset solutio aliter q̃ p dictã recognitionem: posset forte hmõi semiplena probatio cõiungi ad faciendum vnam integram pbationem cum dicta recognitione, ad hoc vt peti possint dicti mille floreni tanq̃ dotales. Quib9 premissis dico & respondeo ad quesitum, q si peti non valeant nisi vt legatum: certũ est q ipsa dña Philippa petere non posset tertiam partem bonorũ indiuisorũ, de quib9 in dicto casu. Cui dicto addo p maiori aduisamento eiusdem do. Philippe, q si ipsa conuolet ad secunda vota, ipsa perdet istud legatum mille florenorũ: et hoc quo ad pprietatem, q̃uis remansura sit vsufructuaria seu quasi, q̃diu viuet. l. femine. et qd ibi doc. C. de secũ. nup. Si vero vt pdixi pbari possit solutio dicte summe, saltem semiplene aliter q̃ p dictã recognitionem, tunc posset esse maius dubium: an vez peti possit dicta tertia pars bonorũ, aut peti debeat summa huiusmodi. Ad qd tamen respondeo et dico q cũ ex casu premisso appareat summam pecuniariã fuisse in dotem cõstitutam, non dictã tertiã partem bonorum, nec appareat q hec tertia pars fuerit ex mẽte contrahentium et actu gesto inter eos surrogata in locũ dicte summe dotalis, q ipsa domina Philippa petere non possit dictã tertiam partem bonorũ, sed petere debeat dictos mille florenos. vbi vero appareret ex aliquo actu gesto inter partes predictas q voluerit surrogare dictam tertiam partẽ bonorum in locũ dotis predicte, tunc putarem q illa pars peti posset. per id quod eleganter voluit Oldra. cõsilio mihi. cxciij. exordiente, Quidã paterfamilias habebat filiam vnicã cui dotem &c. Pau. de cast. cõsi. ccclxij. exordiente, Videtur q dicta sententia fuerit bene lata. & Joan. de pla. in. l. j. C. de castren. pecu. lib. xij. Et per hec patet responsio ad primum quesitum.

2 † Ad secundũ vero quesitum respondere non oportet, cũ vt predixi peti debeant dicti mille floreni nõ dicta tertia pars bonorum, nisi vt predixi, ex mente & actu contrahentium fuisset illa tertia pars surrogata in locum dictorũ mille florenorũ, et sic facta dotalis, qd fieri poterat etiam cõstante matrimonio, quo casu non putarem deberi laudimia, quia sic retransisset dñium huius tertie partis ipso iure mortuo dicto quondam nobili Bertrando. l. in rebus. C. de iu. doti. no. Bal. & docto. in. l. dotis. C. solu. matrimo. et voluit Bald. consilio. ccxxxiij. exordiente, Queritur vtrum pactũ quod vxor soluto matrimonio &c.

Ad tertium quesitum dico et respõdeo q in illis quadringẽtis florenis relictis posthume postea vita functe successerunt dicta dña Philippa mater et fratres & sorores dicte, si que sint dicte postume, quilibet vez in virilem portionem: ita q tantũ habere debet vnus ex fratribus seu sororibus q̃tum mater: intelligo tamen de fratribus & sororibus vtrinq̃ cõiunctis nõ de alijs, vt pbant hec in auth. de heredi. ab intest. §. consequens. et. §. seq. collat. ix. et transumptiue in auth. defuncto. C. ad tertul. 3 † Super quo tamen aduertat dicta do. Philippa, q si ipsa cõuolet ad secunda vota, ipsa perdet partẽ suã quo ad pprietatẽ, q̃uis sit remansura vsufructuaria seu quasi. per id quod habet in auth. ex testamento. C. de secund. nupt. et in corpore vnde sumitur. Et idem etiam dico de illis quadringentis florenis quos dictus quõdam nobilis Bertrandus legauit ipsi domine Philippe, scz q ipsa illos perdet quo ad proprietatem, quãuis vt predixi sit remansura vsufructuaria seu quasi. dicta. l. femine. C. de secun. nupt.

Consiliũ. CLXXXI.

De remissione bonorum omnium iurata cum renũtiatione restitutionis in integrum que obstat petenti bona pretextu codicillorum.

Summarium.

1 Beneficio. l. ij. C. de rescin. vendi. an possit expresse renũtiari in quittantia bonorum.
2 Remittens cũ iuramento et renuntiatione in integrum qd ignorabat, an qualiter et quando nancisci possit.
3 Supplementum legitime expresse remitti an possit.
4 Hereditas iure directo in codicillis relinqui an possit.
5 Juramentum habet vim expressi.

Christi nomine inuocato. Viso casu mihi exhibito parte nobilis Petri veteris, et dubio ex illo elicito. Dico & respondeo ad dubiũ hmõi: in primis q si tempore facte quittantie p nobilem Saucheriũ veteris dicti nobilis Petri fratrem, idẽ Saucherius habuisset notitiam codicillorũ factorum per patrem. Idem Saucherius videretur repellẽdus ppter dictam quittãtiã iuratam, et cuius verba sunt ampla. Idem enĩ nobilis Saucheri9 contẽtus de legato centum florenorũ sibi facto per nobilem Bertrandum veteris eius patrem quittauit/liberauit/& absoluit dictũ nobilem Petrũ eius fratrem de omnibus iuribus et rationibus eidem Saucherio in et super bonis paternis tam ratione legitime, trebellianice quã alia, q̃uis ratione, titulo seu causa tũc cõpetentibus aut competituris et cũ iuramentum in ea prestitum seruari possit sine detrimẽto salutis eterne illud seruandũ esset. c. cum contingat. de iureiuran. et. c. q̃uis pactum. de pact. in. vj. et quod vtrobiq̃ not. doc. et in auth. sacramẽta puberum. C. si aduer. vẽdi. Ipse enĩ ppter iuramentũ per eũ prestitum se exclusit a beneficio restitutionis in integrũ. dicta auth. sacramẽta puberũ. et quod ibi doc. 1 † Cum etiam expresse renũtiauit vt apparet in dicta quittãtia, ipse etiã renuntiauit beneficio. l. ij. C. de rescin. vendi. & c. penul. de emptio. & vendi. quod facere potuit, vt not. docto. in dicta auth. sacramenta. et in allegato. c. quãuis pactum. de quo per Joannẽ de Jmola in repetitio. dicti. c. cum contingat. in tertio membro de iureiurand. 2 † Si vero tempore facte quittantie idem nobilis Saucherius

Saucherius ignorasset predictos codicillos, tũc putarem esse cõsiderandum, an idem Saucherius vsq; ad vicesimumquintum sue etatis annũ bene, probe, honeste ⁊ nobiliter vixerit: ⁊ viuẽdo sine infamia se habuerit, ⁊ ita apparuerit in veritate ex relatione notoria, ⁊ amicorum propinquorũ eiusdem nobilis Saucherij, ⁊ non constiterit manifesto de sinistro, nec apparuerit criminosus aut male et inhoneste vite, an non. Et in hoc secũdo casu putarem sine dubio quod idem Saucherius deberet repelli propter quittãtiam per eum factam, ⁊ quia institutio facta in dictis codicillis fit conditionalis que sic seu isto casu non fuisset purificata ꝓpter defectum conditionum seu conditionis in eis appositum, ⁊ sic effectualiter non poterat idem Saucherius petere nisi dictos centum florenos sibi relictos in testamento et supplementum legitime si illi centum floreni non sufficiebant: quia ipse Saucherius in illa per dictum eius patrẽ grauari non potuit. l. omnimodo. ⁊ l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. † Ipse vero Saucherius hoc supplementum legitime expresse et specifice remittere potuit, per id quod not. doctores in. l. si quando. §. et generaliter. C. de inoffi. testa. Et quia vt audio ipse Saucherius fuit presens in dictis codicillis, ⁊ sic eorum ignorantiam pretendere non potuit neq; potest. Existimo quod dicta quittantia eidem preiudicauerit ⁊ preiudicet ratione de qua supra, hoc est quia verba sunt ampla. Et quia renuntiauit etiam remedio. l. ij. C. de rescin. vendi. et hec omnia cũ iuramento. Et quia etiam ipse post mortem dicti quondam Bertrandi eius patris sic vixit et male conuersatus est vsq; ad vicesimumquintum sue etatis annum, et postea vixit vt dixi non possit quod institutio sub qua in dictis presentis codicillis heres institutus extiterat fuerit purificata. † Et ita inquirere aut disputare non oportet an in dictis codicillis potuerit eidem Saucherio iure directo relinqui hereditas de quo habetur in. l. sceuola. ff. ad trebel. in. l. hereditas. C. de codicil. et per doctores in. l. militis codicillis. ff. de testa. mili. et. in. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testa. Preterea quodcunq; dixerimus hoc est siue dicamus dictum nobilem Saucherium fuisse inuitatum verbis directis, ⁊ sic debuisse esse heredem dicti quondam nobilis Bertrandi eius patris pro dimidia parte, siue dicamus dictum Petrum eius fratrem fuisse grauatum et rogatum de eidem restituendo dimidiam partem paterne hereditatis, adhuc videtur quod quittantia ⁊ iuramentum de quibus supra eidem nocere debeant et de facto noceant et obsistant. Tum quia verba eiusdem quittantie, vt etiam supra dixi sunt multum ampla et pinguia. † Tum et quia iuramẽtum habet vim expressi, vt dicit Bald. in. l. j. C. commoda. ⁊ Roma. in. l. j. §. si quis ita. colum. vltima. ff. de verborum obligationibus. et videtur perinde esse, acsi etiam iurasset ipse Saucherius nõ venire contra vel nihil petere etiam pretextu dictorum codicillorum in et super bonis et hereditate dicti quondã Bertrandi eius patris, per id quod not. Joan. de imol. in repeti. c. cum cõtingat. de iureiuran. Barto. et docto. in. l. sub pretextu. la. ij. C. de transac. et in. l. sed et si. §. quesitum. ff. si quis cau. per. l. qui iure militari. ff. de testa. mili.

Cõsilium. CLXXXII.

De testamento in quo filia que pro dote renuntiauit cum iuramento est preterita valido, Et de clausula codicillari, Et de reuocatione testamenti coram. vij. testibus.

Summarium.

1 Testamentum inter liberos non indiget magna solennitate.
2 Filia que pro dote constituta renuntiauit cum iuramento bonis paternis an sine metu nullitatis testamenti preteriri possit.
3 Clausula codicillaris grauamen includit, quod si sit purum vnam tantum quartam detrahit.
4 Filius preteritus in suũpsius preiudicium ⁊ aliorum an possit approbare paternum testamentum.
5 Pater an possit dilationẽ imponere in legitima soluẽda vel eius supplemento.
6 Testamentum solenne an sublatum videatur coram. vij. testibus per testatorem vocatis vt potius censeatur testator voluisse decedere intestatus.
7 Scheda diuersis manibus scripta an faciat fidem.
8 Supplementum legitime an peti possit vel cõditione ex lege vel hereditatis petitione.

In isto casu mihi exhibito parte venerabilis viri magistri Petri seruerij notarij ciuis Tricastrinẽsis vna cũ scripturis de quibus mentio plenior habetur in casu huiusmodi, ⁊ cũ dubijs seu quesitis ex casu elicitis, dico et rñdeo ad quesita et dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum qđ nihil apparet aut colligitur ex testamentaria dispositione honorabilis quondã viri magistri Joannis seruerij dicti magistri Petri quõdam patris, per quod dici valeat aut concludi dispositionem huiusmodi nõ fuisse ab initio efficacem ⁊ validam. † Et quidem non ratione defectus numeri testium: quia licet duo suffecissent cũ testaretur idem quõdam magister Joães inter suos liberos. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de test. in dicta tamẽ testamẽtaria dispositione interfuerũt septẽ testes etiã rogati q̃uis eos rogari nõ oportuisset. Etiam nec impugnari potest ratione preteritionis liberorum: quia licet idẽ quondam magister Joannes non instituerit nisi vnũ heredem vniuersalẽ, scz egregiũ virũ dñm Joãnẽ seruerij iuriũ ꝓfessorem, ipse tamen alijs suis liberis tã masculis q̃ feminis, et eorum cuilibet iure institutionis aliquid reliquit, ⁊ ita satisfecit dispositioni iuris vt ꝓpter preteritionẽ dici nõ possit dicta testamẽtaria dispositio fuisse nulla. C. de libe. preteri. auē. ex causa, ⁊ in corpore vnde sumitur. Nisi forte quis dicat qđ immo dicta testamentaria dispositio fuerit nulla ratione preteritiõis honeste mulieris Dulcete seruerie vxoris Matthei de portayrolis dicti Joãnis quõdã filie cui nihil legitur in testamẽto eiusdẽ Joãnis fuisse relictũ iure institutionis, quod tamẽ fieri debuit. dicta auē. ex causa, et auten. vt cũ de appella. cogno. §. aliud quoq; capitulum. colla. viij. † Sed vereor ne istud non multũ prosit. Tũ quia forte dicta Dulceta cõtenta dote pro ea cõstituta renũtiauit cum iuramento bonis paternis: qđ si ita sit, nõ oportuit aliquid sibi relinqui iure institutionis, sed potuit etiam sine metu nullitatis testamẽti preteriri, per id qđ voluit Bal. in. l. filio ꝑterito. col. penul. ver. ⁊ hoc est vtile scire ꝓpter filias q̃ patre viuente renũtiãt hereditati cũ iuramẽto ⁊c. ff. de iniust. rup. ⁊ irri. testa. vbi etiã. col. ij. versi. ⁊ hoc facit ad id qđ hic tetigit Bal. hoc voluit ⁊ sequutus est Joã. de imol. † Tum et qꝛ in testamẽto dicti quõdam magistri Joannis fuit forte posita clausula codicillaris. Si nõ valet iure testamẽti ⁊c. q̃uis eã nõ legam in clausula mihi exhibita, sed forte extẽdeř sub illa clausula. Hoc est aũt testamẽtũ meũ nũcupatiuũ ⁊c. quod si ita est, cẽsenda esset ipsa Dulceta rogata de restituẽdo eiꝰ quotã ⁊ portionẽ dicto domino Joanni herede instituto. l. eã quã. ⁊ l. ex testamento. ⁊ qđ ibi not. C. de fideicommis. l. qꝛ aũt. in prin. ⁊ quod ibi not. ff. si quis omis. cau. testa. ⁊ l. ex ea. §. j. ⁊ quod ibi glo. Joan. de imol. ⁊ docto. ff. de testa. l. si patroni. §. fina. ꝭm lecturã Hugo. ⁊ quod ibi Ange. ff. ad trebel. ⁊ est ad hoc tex. reputatus singularis in. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicommis. liberta. not. glo. Bartol. ⁊ doc. in. l. ij. ff. de lega. iij. Dy. in. l. codicillis. §. fina. ff. de lega. ij. Cy. Bartolus Bal. ⁊ doctores communiter in dicta autenti. ex causa. C. de libe. preteri. vel exhereda. nec posset ipsa Dulceta detrahere de fideicommisso ab ea relicto nisi vnam quartam, cum grauamen fuerit purum non conditionale vel in diem. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit glos. Barto. et doctores in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. glo. et Barto. in. l. q̃ q̃. C. ad legem falci. et alij in alijs locis. Et quemadmodum non posset ipsa Dulceta detrahere nisi vnam quartam, ita nec possent alij liberi detrahere nisi vnam quartã si et quatenus pretenderent q̃ ratione dicte preteritionis dicte Dulcete testamentum fuerit nullum, et quod huiusmodi preteritio, ⁊ cõsequẽter nullitas inde contingens ꝓdesse debeat, nõ solũ ipsi Dulcete, sz etiã alijs liberis ꝑfati quõdã Joãnis. l. post mortẽ. §. fi. ff. de bono. pos. contra tabul. Et hoc dico ne plus iuris cõsequanť alij liberi ꝓpter ꝑteritionẽ dicte Dulcete q̃ ipsa cõsequi possit. Preterea hic est aduertẽdũ an ipsa approbauerit testm̃ dicti quõdam magistri Joãnis testatoris eius patris. † Nã sunt qui dicũt filiũ preteritũ vel filiã posse nõ solũ i suũpsius preiudiciũ, sed etiã aliorũ approbare paternũ testamẽtũ vt videri põt in his que not. Jo. de imol. in. d. l. filio preterito. col. lvj. versic. expeditis glo. redeo ⁊c. et Alex. de imol. in. l. posthumo. C. de bono. possess. cõtra tabu. super quo tamẽ non insisto nisi prius intellexero an dicta Dulceta renũtiauerit bonis paternis cũ iuramẽto, aut sciuero an in testõ ꝑdicto fuerit posita clausula codicillaris.

Ad secũdũ dico et respõdeo breuiter et succincte q̃ licet trigita libre turoneñ. quas iure institutionis reliquisse legitur idẽ quõdã magister Joães prefato magistro Petro seruerij eius filio naturali ⁊ legitimo nõ sufficiũt ad legitimã eidẽ magistro Petro i bonis paternis debitã seu q̃si: nõ

tamen ob hanc causam possit dici testamētū predictum fuisse nullum seu etiam annullandum, per id quod voluit glos. in aut. vt cū de appellatio. cogno. §. sancim⁹. super verbo, preterire. colla. viij.

5 †Est tamen verum quod pater nullam dilationez ponere potuit in legitima nec facere, quominus post mortem ipsius statim expediretur, ꝛ in bonis seu substātia bonorum paternorum si in substātia ꝛ bonis huiusmodi ꝛ non in pecunia eam habere voluerit ipse magister Petrus. l. scimus. §. repletionem, et quod ibi doct. communiter. C. de inoffi. testa. quod etiam voluit Barto. Joannes de imol. et doctores communiter in. l. suus. in principio. ff. de heredi. institu. Et cū vt ex discursu et lectura testamenti dicti quondā magistri Joannis appareat eum tempore testamenti huiusmodi habuisse sex liberos primi gradus hoc est tres filios et tres filias naturales ꝛ legitimos, quos puto eidem superfuisse, legitima horū omnium fuit semis hoc est dimidia pars bonorum eiusdem magistri Joannis deducto ere alieno, et funeris impensa. autenti. de trien. et semis. §. j. colla. iij. et transumptiue in autenti. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta dicta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eodem titulo. Et sic legitima cuiuslibet fuit ꝛ est duodecima pars bonorum dicti quondaz magistri Joānis, deducto vt predixi ere alieno et funeris ipēsa. Et in qua duodecima parte nō potuit idē magister Petrus grauari, quominus illā habeat, et eodem cōtextu in pecunia vel in bonis vt predixi. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. ꝛ dicta. l. scimus. C. de inoffi. testa.

6 †Ad tertium dico ꝛ respōdeo quod licet Joannes de imol. in. l. si ita scriptum. §. regula. ff. de liberis et posthumis. videatur sensisse quod quia in reuocatione, et cassatione testamenti superius mentionati fuerunt per dictū magistrum Joannem vocati septem testes, fuerit testamentum huiusmodi reuocatum, quasi censeatur idem Joannes voluisse decedere intestatus, per. l. conficiuntur. in principio. ff. de iu. codicillo. Bartolus tamen in. l. si iure. ff. de lega. iij. tenuit contrarium quez si recte inspiciatur sequitur Baldus in. l. sancimus. et ibi Alexāder de imol. C. de test. Petrus de ancharano in. c. cū esses. vbi etiā colum. xj. Idem voluit Joānes de imol. de testa. Rapha. in repeti. l. si filius qui in potestate. colum. xxvj. vel circa. ff. de liberis et posthumis. Paulus de castro in autenti. hoc inter liberos. C. de testa. et Alexander de imol. in dicta. l. si ita scriptum. §. regula. vbi etiam respondet rationi ibi allegate per Joannem de imol. qui vt predixi, ibi tenet contrarium. Et quia hec opinio Barto. est communior, non est ab ea in iudicando aut consulendo discedenduz. l. j. versic. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. et in. l. j. ff. de senato. de quo doc. in. c. j. de constitu. Et per hec patet responsio ad quartum ꝛ quintum quesita.

7 †Ad sextum dico quod pro faciliori responsione voluissem intelligere in specie quid in pretensa scheda predicti testamenti fuerit alia manu detractum seu correctum vel additum ad hoc vt melius intelligere potuissem an scheda huiusmodi vtpote scripta varijs manibus dici possit immunda, et sic consequenter non facere fidem aut factum suspectuz, per id quod habetur in auten. de trien. et semiss. §. et quod sepe. colla. iij. et quod not. Bald. in. l. contractus. colum. iij. versi. deinde quero si apparet scriptura acta diuersa manu. C. de fide instru. ꝛ quod not. Baldus et doctores in. l. si vnus. C. de testa. quod sine his secure ꝛ plene dicere non possum. Adijcio tamen quod supposita falsitate illius prime schede non videret̄ forte ibi cōtenta reualidari per codicillos, quos postea fecisse dicitur ipse quondam magister Joannes, nisi appareret eum habuisse notitiam de detractis seu correctis ꝛ additis alia manu.

8 †Ad septimū dico et respondeo nulli esse dubiū quin idē magister Petrus seruerij agere possit pro supplemento legitime si dicte triginta libre turoneñ. non ascendant ad valorem duodecime partis bonorum dicti quondā Joannis deducto ere alieno ꝛ funeris impensa: ꝛ peti poterit supplementū huiusmodi vel conditione ex lege, vt not. glos. in. l. omnimodo. i verbo, exigere. ꝛ quod ibi Raynerius. C. de inoffi. test. Bald. in. l. si quis in suo. et Salice. in dicta. l. scimus. eodem titu. ꝛ Ange. in dicta. l. papinianus. §. si conditioni. col. j. ff. eodem tit. siue petitione hereditatis vt voluit Bald. in dicta. l. si quis in suo. et in. l. non est. C. famil. erciscun. et in repetitione. l. pater filiū. ff. de inoffi. testa. Sed qd̄ predixi verius est. Et expediet dare libellū cōtra heredē ꝛ possessorē bonoꝝ in quo effectualiter deducet̄ numerus liberorum, estimatio seu valor bonoꝝ, ꝛ quātū desit ad supplementum predicte legitime ꝛ petetur illud supplementum in substantia et bonis testatoris vt predixi. Et hec via videtur mihi securior. Que omnia dixerim ꝛc.

Cōsiliū. CLXXXIII.

De donatione reciproca inter coniuges facta, et est fragmētum cuiusdam consilij.

Summarium.

1 Donatio reciproca inter coniuges mutuo facta an sit mera et simplex.
2 Donatio proprie que dicatur, et simplex donatio que sit.

1 Quod † mutuū pactū seu reciproca donatio de qua supra ꝛ q̄ mutuo ꝛ vicissim sibi inuicem facta legitur per Dionysium de grello et Steuenam cōiuges nō fuerit proprie seu mera aut simplex donatio hoc fuit originaliter dictum Oldra. consilio. cxxxix. exordiente, Ad habēdam aliqualem notitiaz ꝛc. quē sequutus est q̄uis eum non alleget Joan. and. in addi. Specu. ti. de instru. edi. §. porro. in vltima colū. ver. fuit ꝛ alia questio. Et idem voluit Ange. in. l. hereditariam. ff. de bo. auto. iudi. possi. in. l. sancimus. C. de dona. ꝛ consilio. clxxxj. exordiente, Uisis instrumentis predictis de eorum valore ꝛc. col. x. versi. venio ad tertium. Roma. post alios in. l. acquilius regulus. ff. de dona. Albe. in. l. fi. colum. j. ver. sed que species contractus erit ꝛc. C. de pac. Alexan. de imol. in. l. licet. ad fi. vbi etiam Jason may. col. fi. eo. titu. et Alexan. de imol. consilio. xxviij. in tertio volu. vbi plene. Nō igitur videtur dubiū qd̄ pactio de qua supra seu mutue ꝛ reciproce donationes de quibus in pactione huiusmodi dici nō debeant proprie seu mere aut
2 simplices donationes, † quia donatio proprie sumpta est illa que simplex est, ꝛ tunc simplex dicitur quādo nulla alia causa donationis assignari potest nisi sola liberalitas. l. j. ff. de dona. Hic autem assignari poterat ꝛ potest alia causa, illa vcz quia ideo donauit vir vxori sub cōditione si premoriretur: quia vxor sibi donauit sub cōditione si premoriret̄, ꝛ econtra vxor donauit viro pro eo quia vir sibi donauit, et sic donatio facta per virū vxori ex causa finalis donationis facte viro per vxorem, ꝛ contra vt etiam colligitur ex verbis Angel. in dicto consilio. clxxxj. que dico adherendo scriptis Spectabilis domini primo scribentis.

Cōsilium. CLXXXIIII.

De prescriptione decimarum, Et de insufficienti illius probatione.

Summarium.

1 Processus per iudicem recusatū factus an sit nullus vel annullandus cum sententia. nu. seq.
2 Uicarius episcopi suspecti suspectus est.
3 Nouale quid dicatur.
4 Prescriptio imemorialis est annosa ꝛ an sit maior cētenaria que habens contra se ius commune titulum requirit.
5 Decime noualium quanto tempore prescribantur.
6 Testis deponens de dominio rei an probet si causam cōcludentē non reddat sine interrogatione.
7 Depositio testis super negatiua loco ꝛ tēpore coartata an pbet.
8 Testis computans tempus suorum predecessorum in prescriptione immemoriali, an possit causam sue scientie reddere, et que forma seruanda. nu. 10. 12.
9 Testis in depositione dicens se vidisse tota vita an concludat. numero. 20.
10 Infantia ignorat quod videt.
11 Dictum testis obscurū ꝛ dubiū cōtra producētē an interpretādū.
13 Testis deierantis super pertinentibus vnius articuli sub iuramēto inclusis an possit illius dictum super alijs articulis valere. numero seq.
14 Testis dictum semper est vnicum, et sub vno iuramento fundatum.
15 Testis deponens super fama publica per sensum corporeum per quem percipere non potuit, an probet. nu. 22.
16 Indefinita an comprehēdat vniuersalem in depositione testis super fama publica deponentis. nu. 21.
17 Testis an reddat causam incongruam si dicat nunq̄ aliter se vidisse ꝛ audiuisse.

Credulitas

18 Credulitas testis sola, an iuuet depositionem.
19 Non verisimile est larua falsitatis.
20 Vox publica ⁊ fama per visum cognosci an possit.
23 Testis de publica voce deponens, an videatur probare si admin⁹ duos non nominet specifice etiam non interrogatus.
24 Fama publica a quibus originem sumere debet.
25 Fama publica per duos testes probari an possit, ⁊ qualiter.
26 Rumor populi publicam famam an possit facere.

Viso processu cause cepte ⁊ diutius agitate per et inter reuerendũ in Christo patrẽ dominũ Venciẽsem episcopuz, ⁊ venerabilem virum dominũ Antonium andree priorem parochialis ecclesie oppidi seu loci de Cauha Venciẽsis diocesis actores seu instãtes ex vna parte, ⁊ venerabiles viros dominos Joannẽ bermundi canonicum ⁊ sacristam ecclesie Venciensis ⁊ prebendatum in loco Villenoue, ⁊ dominum Thomam de tenda vicariuz eiusdem loci. Dico breuiter ⁊ succincte ad dubia que pro nunc vi-
1 dentur mihi mouẽda prout infra. † Et primo ꝙ licet exceptio suspitionis seu recusatiõis iudicis parte dictorũ dñorũ Bermũdi ⁊ de Tenda opposita videatur prima facie parum apte opposita. Puto tamen ꝙ dominus vicarius ⁊ officialis Vẽciensis, coram quo opposita extitit debuerit supersedere, ⁊ ꝙ processus postea ꝑ eum factus vna cũ sententia per eũ lata fuerit et sit vel nullus vel annullandus, nullus quidem si sequamur opinionem Hostiẽ. in c. cum speciali. de appella. Barto. et sequaciuz in. l. quia poterat. ff. ad trebel. Pet. de ancha. ⁊ Geminia. in. c. iudex. de offi. delega. Alexand. de imol. consi. lxxxviij. exordiente, Diligenter consideratis his que in themate ⁊c. in primo volu. Pro qua opinione solet allegari. l. j. C. si quacun. predi. potesta. ⁊ hec opinio fuit originaliter glos. in. c. quotiens episcopi. ij. qõ. vj. et in. c. quia suspecti. iij. questi. v. et in. l. apertissimi. C. de iudi. Nullus etiam vel annullandus si sequamur opinionem Innocen. in dicto. c. cum speciali. quam ibi sequuntur Anto. de butri. ⁊ domi. Cardi. ⁊ Specu. in titu. de recusa. §. qualiter. Angel. et Rapha. in dicta. l. quia poterat. ⁊ alij in alijs locis, ⁊ hoc postq̃ verum est prefatos Bermũdi et de Tenda appellasse a non admissione seu repulsione predicte exceptionis. Et idem si sequamur opinionẽ Lapi dicentis ex futuro euentu pendere validitatem vel inualiditatem processus facti per iudicem recusatum: quia si pronuntietur iudicẽ non fuisse legitime recusatum valebit processus, secus vero si pronuntietur iudicem fuisse legitime recusatum prout in simili dicitur de ꝓcessu facto per iudicem a quo pendente appellatione ab interlocutoria. c. non solum. de appellatio. in sexto. Cum igitur dictus domi. vicarius ⁊ officialis Vẽciensis fuerit ex causa legitima recusa-
2 tus, † pro eo quia eoipso ꝙ episcopus est suspectus, etiam eius vicarius vel officialis censendus est suspectus, vt voluit Joanñ. de imol. in. c. insinuante. de offic. delega. ⁊ post eum Philip. fran. in c. postremo. colum. vj. ver. duodecimo quando iudex esset cõmensalis ⁊c. de appella. Est igitur pronuntiandum pro recusantibus et sic apparebit ꝓcessus fuisse nullus aut saltẽ irritandus. Et idẽ si sequamur opinionem Joan. de imol. in. l. quidam cõsulebãt. ff. de re iudi. quam quarto loco recitauit Alexan. de imol. in dicta. l. qua poterat. col. v. versi. quarta fuit opinio ⁊c. Et ita existimo ꝙ de nouo erit agendum et porrigenda petitio in materia principali.

3 † Dico preterea et secundo ꝙ decime noualium, hoc est eorũ prediorũ que reducta sunt a centum annis citra ad culturam debentur prefatis do. Venciensi et priori postq̃ noualia hmõi, vt apparet tam cõfessiõe aduersariorum q̃ depositionibus testium per eos productoruz seu pars illa in qua pretendunt se decimas percepisse ⁊ percipere sita est infra limites dicti prioratus seu parochialis ecclesie loci de Cauha, cũ enim prefati Bermundi et de Tenda non inuitantur priuilegio
4 sed prescriptioni, † nec illa sufficiat in hoc casu nisi sit tãti temporis de cuius initio aut contrario memoria hominũ non existat. c. j. de prescriptio. in sexto. Et sic oportet ꝙ sit centenaria seu centum annorum, per id quod voluit Cyñ. in. l. ij. in. ix. qõ. C. de seruitu. ⁊ aqua. Anto. de butri. in. c. veniens. in princip. vltime colum. vbi etiam Inno. circa fin. ij. colum. de testib. Alexan. de imol. in. l. cum aliquis. C. de iure deliberan. ⁊ Bartho. vero. in suo tracta. de seruitu. sub rubri. quomo. ⁊ quali. ⁊ quan. cõstitua. ⁊ acqui. colum. iij. versi. quando autem dicatur esse tantum tempus cuius nõ extat memoria in cõtrarium, nõ igitur sufficit minus tempus, quin imo plus dicit domi. Fely. in. c. ad audientiam. col. penul. versi. limita quinto. ⁊ in. c. cum nobis. colũ. ij. tempus cuius initij memoria non existit est maius q̃ tempus centum annorum, ⁊ centũ anni non dicuntur tantum tempus cuius initij memoria nõ existat, quod etiam voluit Cardi. floren. in. c. si diligenti. in fin. de prescrip. quod secundum eum patet, quia vbi est tantum tempus cuius initij ⁊c. non requiritur titulus etiam eo casu vbi ius commune est in contrarium. in dicto. c. j. ad fin. de prescriptio. in sexto. ⁊ tamen in prescriptione centenaria habente contra se ius commune
5 requiritur titulus in dicto. c. si diligenti. † Cum igitur prefati domini Bermundi et de Tenda, etiam coniungendo eorum pretensam possessionem seu quasi cum pretensa possessione suorum predecessorum in prebenda et vicaria prementionatis dici non possint fuisse a centum annis, et per eos in possessione continua percipiendi decimas prediorum reductorum ad culturam a centum annis citra, ipsi pretendere non possunt illas se prescripsisse. Et quicquid super hoc ex aduerso scriptum extiterit hoc videtur esse somnium ꝙ de hoc sint boni text. in capi. cum contingat. et capi. cum in tua. et quod vtrobiqꝫ Hostien. de deci. iuncto dicto. c. j. de prescriptio. in sexto. Consulo tamen quod in processu fiendo articuletur ad maiorem cautelam sigillatim de singulis predijs ⁊ possessionibus reductis ad culturam a dictis centum annis citra. Et quod fiant articuli in forma vt sic testes super illis examinandi, illos probent partim per visum, ⁊ partim per id quod de reductione huiusmodi dici audiuerint a suis progenitoribus et alijs maioribus.

Quo vero ad prescriptionez decimarum non noualium, an videlicet illa probata extiterit, videtur esse maior difficultas forte propter conflictum opinionum vel varietatum scribentium in causa, et etiam quia testes deponẽtes super articulis ex aduerso productis, et in quibus deducta est prescriptio huiusmodi vidẽtur aperte, et pleno ore deponere, immo reuera deponunt omnia contenta in illis esse vera, et presertim in secundo et tertio articulis schedule exordientis, Volentes predicti domini Joannes bermundi ⁊c. Sed salua rectiori sententia cuiuslibet melius sentientis, existimo quod si prout oportet videantur et attendantur depositiones testium parte eorundem Bermundi et de Tenda in causa productorum et super dictis articulis examinatorum, illi nõ probant dictam pretensam prescriptionem. Et vt hoc et plenius et planius appareat, premitto ꝙ dictus secũdus articulus cõtinet principaliter duo dicta. Primũ est ꝙ ꝑtensa ꝑbenda loci de Villanoua protenditur ⁊ ampliatur vsqꝫ ad territoriũ de Cauha inclusiue, in certa tamẽ parte seu particula eiusdem territorij de Cauha incipiendo ⁊c. prout deducitur ibi, vsqꝫ ad versicu. et in qua parte seu particula ⁊c. Et hoc dictũ, scilicet ꝙ hec pars seu particula sit pars prebende, vel de prebẽda dicti loci de Villanoua, non est probatũ per aliquez ex testibus parte dictorum Bermundi ⁊ de Tẽda in hac causa ꝓductis. Et hoc ꝓ eo q͛ si inspiciãtur depositiones singulorũ testiũ, nullus ex illis reddidit causam scientie pertinentẽ ⁊ aptã, ⁊ per quã concludatur hoc ita esse, quã tñ ad probationẽ faciendã reddi opor-
6 tuerat per ipsos testes, etiã si interrogati nõ extitissent: † q͛ quẽadmodum testis deponens ⁊ dicens hanc rem esse illius, et sic de dominio rei nõ probat, nisi etiã nõ interrogatus causam pertinentẽ aptã ⁊ cõcludentẽ reddiderit, quod cõtingit ex eo quia dominiuz sensu corporeo cognosci nõ potest, vt ꝓbãtur hec ꝑ doctrinã quã ponit Inno. ⁊ sequũtur ibi Hosti. Joã. and. in nouel. ⁊ doct. in. c. cũ causam. de testi. Bar. in tractatu de teste. Bal. ⁊ alij in. l. solum. C. de testi. ita nec ꝓbant testes ꝑdicti quatenus deponere nituntur dictã ꝑtensam particulã esse ꝑbende seu de prebẽda dicti loci Villenoue, nisi etiã nõ interrogati causam de qua supra reddant: quia hanc particulã territorij ⁊c. esse prebende vel de prebẽda dicti loci Villenoue, nõ est perceptibile aliquo sensu corporeo, hanc tñ causam nõ reddunt, vt clare apparet ex inspectione depositionum eorundem.

Continet preterea et aliud dictum idẽ secundus articulus, scilicet ꝙ prefatus dñs Joannes bermundi fuit ⁊ est cõputato tẽpore suorũ predecessorũ in possessione seu quasi a. xxx. xl. l. lx. ⁊ etiam a longissimo tẽpore de cuius initio hominũ memoria nõ est in contrariuz ⁊ citra ꝑcipiẽdi decimas fructuũ ⁊c. Et q̃uis oẽs testes parte dictoꝝ Bermundi ⁊ de Tẽda sup eo examinati deposuerint ⁊ dixerint cõtẽta in dicto articulo esse vera, ipsi tamẽ nõ ꝓbant. Et primo quidã nõ Joãnes fontaine etatis vt dicit sexaginta annorũ. Tum quia cum in reddition e cause eius scientie dixerit se ⁊ vidisse ⁊ audiuisse contenta in articulo nec aliter distinxerit ipse incurrit periurium, non enim ipse qui vt dicit est etatis sexaginta annorum, potuit vidisse quod dominus Bermundi computato tempore suorum

predecessorum fuerit in possessione percipiēdi decimas predictorum fructuum, et in particula superius mentionata, a longissimo tempore illo videlicet de cuius initio etc. quod vel est tempus centum annorum, vel vt superius dixi maius. Et profecto certum est eum non potuisse hoc videre, vtpote nondum existentem in rerū natura. Nō entis enim nulle sunt actiones quemadmodū nec cause, ipse ergo Fontaine dicens se vidisse, falsum dicit et periuriū incurrit, non ergo probat. c. testimonium. cum suis similib. de testi.

7 † Pro quo facit, quia si testis deponens de et super negatiua non probat, saltem si non est loco et tempore aut quo ad personas coartata. c. cum ecclesia sutrina. et quod ibi Innocen. et docto. de causa possessionis et proprietatis, et hoc propter anceps periurium, multo fortius nec probat dictus Fontaine, qui vt predixi, in redditione cause sue scientie dicit se vidisse dictum Bermundi computato tempore suorum predecessorum in possessione percipienda decimas fructuū per tempus de cuius initio etc. quod certum est eū videre non potuisse.

8 † Tum etiam non probat, quia supposito citra preiudicium veritatis quod illa redditio cause eius pretense scientie distingui deberet, vel etiam posset. et distinguendo dici q ipse viderit dictum dominum Bermundi computato tempore suorum predecessorum in possessione etc. a quinquaginta annis et citra, et q' hoc et reliquū, dici audiuerit dici tamē nō posset q ipse quoad reliquum reddiderit causam sue scientie, iuxta et secundum aliquam ex theoricis que colliguntur ex his que not. Innocen. in. c. veniens. de verbo. significatio. in sexto. Hostien. et Ioan. and. in nouel. et docto. in. c. quid per nouale. eod. titu. in anti. et Specu. titu. de probatio. §. j. versicu. vltimo queritur qualiter fiet probatio communis opinionis. glos. in. c. j. ad fin. et quod ibi docto. de prescriptio. in sexto. Tum etiam non probat dictus testis: quia vt apparet ex per eū dictis super dicto secundo articulo, ipse fuit et est varius et sibiipsi contrarius, quatenus inibi dicit dictū dominum Bermundi computato tempore suorum predecessorum fuisse per tempus de cuius initio etc. in possessione percipiendi decimas fructuum ex omnibus fundis et terris in dicta parte seu particula territorii de Cauha sitis et existentibus, et tamen postea respondendo vni interrogatoria, respondit q a quadraginta annis citra aliqua predia inibi existentia fuerāt reducta ad culturam que antea herema extiterant. Quod si ita est seruari nō potest eius dictum, scilicet q idem dominus Bermundi computato tempore predecessorum fuerit in possessione percipiendi decimas a tempore et per tempus de cuius initio etc. immo nec a tempore et per tempus quinquaginta annorum. Et iisdem rationibus et motiuis impugnatur depositio seu dictum Guillielmi fontaine secundi testis parte dictorum Bermundi et de Tenda in causa productis.

9 † Etiam nec probatur dictum secundū dictū per depositionē cuiusdam Antonii voragii. Tum q' licet ipse prout et ceteri, conetur deponere contenta in dicto articulo esse vera, causa tamē eius pretense scientie quam reddere visus est nō concludit: dicit enim illam reddens, q toto tempore ei9 pretense vite sic vidit, que ratio est impossibilis, nō enim censetur hoc vidisse cum esset anniculus aut duorum annorum vel al's infans, et si videre potuisset vel vidisset, de hoc tamen non posset deponere:

10 † q' huiusmodi etas qd videat ignorat. l. j. §. impuberes. et quod ibi glos. et docto. C. de fal. mone. Et vt videtur iste testis in redditione sue cause incurrit periurium, nō ergo probat. dicto. c. testimonium. Preterea esto q deponere potuisset de toto tempore eius pretēse vite: quia tamen respondendo interrogatoriis respondet et dicit se esse etatis sexaginta annorum, ipse cēseretur deposuisse de sexaginta annis non de pluri tempore, qui tamen nō sufficiunt ad prescriptionē superius mentionatā. Adiicio ad impugnationē depositionis seu dicti huius testis, q ipse etiam videtur varius cum si inspiciatur eius pretensa depositio super dicto secundo articulo ipse deposuerit toto tēpore eius pretense vite q dictus domi. Bermundi cōputato tēpore suorum predecessorum fuit in possessione percipiendi decimas fructuū etc. ex omnib9 prediis et possessionibus sitis in dicta particula, et tamen postea dicit et deponit q a quadraginta annis citra fuerunt multa herema reducta ad culturam, non ergo probat. l. qui falsa vel varia. ff. de testibus.

Preterea nec etiam probat dictum secundum dictus Antonius truqui quartus testis: quia licet dicat contenta in dicto secundo articulo esse vera, ipse tamen non reddit causam sufficientem et concludentem, quatenus causam reddit de per eum visis, solum enim deponit de sexaginta annis de quibus se pretendit habere memoriam, qui vt apparet ex predictis non sufficiunt, nec multum proficere videtur quod respondendo alteri ex interrogatoriis sibi factis dixerit q de tempore suo nunq audiuit contrarium nec a suis senioribus, sed audiuit ab ipsis veluti quibusdā Alegre Sardemqui Georgio, Andree, et Ioāne portanerii quod ipsi semper soluebāt decimas terrarum suarum sitarum infra limites ex prebendato Villenoue, quos dicit migrasse ab hoc seculo a triginta annis citra, et tempore eorum mortis fuisse sexagenarios vel circa. Et primo quidem quia non deponit iuxta et secundum aliquam ex theoricis positis per glos. et docto. in locis superius allegatis. Tum et quia nō apparet quod prefati Sardemqui, Andree, et Portanerii, etiam si hodie viuerent essent tanti temporis, hoc est cētum et quatuordecim annorum q possent si viuerent testificari et deponere se soluisse decimam predicto prebēdato per tempus de cuius initio etc. quinimo nec colligitur vel apparet ex dicta depositiōe, quod tpe illi9 dicti Sardēqui, Andree, et Portanerii fuissent si vixissent septuaginta annorum. Dicit enim q tempore mortis erant sexaginta, et quod ab annis triginta citra ab humanis decesserūt, per quod non apparet de tempore mortis horum trium: quia etiam si mortui fuissent die depositionis, et pauloante, esset verificatum dictum testis, per ea que not. Hostien. Ioan. andr. in nouella. super verbo, et citra. et quod ibi Panormi. in. c. licet causam. de probatio. Bartol. in. l. celsus. ff. de vsucapi. Bald. in. l. falsus. colum. iij. C. de furt. et in. l. iudicia. C. de rei vendica.

11 † Hoc ergo dictum testis quatenus deponit de tempore mortis est dubium et obscurum ergo contra producentis interpretandum. c. in presentia. et quod ibi docto. de probatio. et quod not. Bartol. et Alexand. de imol. in. l. inter stipulantem. §. stichum. ff. de verbo. obligatio.

Insuper etiā non probatur dictum secundum membrum predicti secundi articuli per depositionem seu dictum cuiusdam Antonii voragii quinti parte dictorum Bermundi et de Tenda in hac causa producti. Et quidem non quatenus deponit de per eum visis: quia sic non deponit nisi de pretensa possessione quadraginta annorum, qui vt apparet ex predictis non sufficiunt ad dictam pretensam prescriptionē. Nō etiam probatur per ei9 depositionē seu dictū, quatenus deponit de auditu dici a quodā Paulo voragii eius patre: q' vt sic nō deponit secundū aliquā ex theoricis superius mētionatis, nec apparet aut colligi potest ex dicta ei9 depositiōe, q idē quodā Paulus eius pater fuisset tēpore dicte ptense depositionis si vixisset tāte etatis q deponere potuisset de possessiōe eius tēporis cuius initii etc. Preterea si idē testis dicat q a quadraginta annis, et p eos prefatus do. Bermūdi fuerit computato tpe suorū predecessorū in possessione percipiēda decimas fructuū omnium prediorū etc. ipse variauit, et vt videtur periurium incurrit, cum vt ipse idē testificatur et respōdet multe terre que antea erant hereme reducte extiterint ad culturam a quadraginta annis citra. Etiā nō probatur p depositionē Ioānis martini sexti testis: q' vt apparet ex tenore eius depositionis ipse erat tempore illius etatis triginta sex annorū. Et sic nec deponere potuit quoad eū visa de tempore de quo eū deponere oportebat. Nec etiam deposuit in forma se ab aliis audiuisse.

Preterea etiā non probatur dictū secūdū mēbrū seu dictū per Petrū raybaudi septimū testē. Tū q' cū dicat in redditione cause eius pretēse sciētie sic vidisse et audiuisse cōtēta in articulo nec aliter distinxerit, ipse incurrit periuriū: quia cū non esset etatis centū et quatuordecim annorū, sed vt pretēdit octuaginta, et sic longe minoris videre nō potuit q dictus do. Bermundi computato tpe predecessorū suorū fuerit in possessiōe percipiendi decimas ex prediis etc. per tēpus de cui9 initio memoria nō existeret tēpore lati testimonii, videtur igitur incurrisse periurium causis et rōnibus allegatis in ipugnatiōe depositiōis primi testis.

12 † Preterea quaten9 idē testis deponere nititur de auditu a progenitoribus vel aliis, ipse non deponit in forma. Adiicio et hoc sufficit ad impugnationem sui dicti seu depositionis, quod ipse interrogatus que essent predia seu possessiones et terre in dicto territorio cultiuate a tempore de cuius initio memoria etc. respondit ignorare. quod si ita est, quomodo potuit scire cōtenta in dicto secundo articulo fuisse et esse vera. Profecto non video nec etiam video quod ex depositione huius testis aliquid certum colligi valeat ad probationem contentorum in dicto secundo articulo, super quo etiā dicit q a quadraginta annis, multa herema fuerunt reducta ad culturam, et quod etiā ipse innuit in eius depositione.

Nunc autem videndum restat an proposita et deducta parte dictorum Bermundi et de Tenda

Téda in tertio articulo dicte eorum schedule probata extiterint. Ad quod respondeo et dico q licet vel omnes testes vel fere omnes parte dictorum domi. Bermũdi z de Téda in hac causa producti, z super dicto articulo examinati deposuerint z dixerint cõtenta in illo esse vera, ipsi tamen non probãt. 13 † Et primo quidem nõ dictus. R. primus testis, quia vt apparet ex his que dicta extiterunt cõtra eũ super depositione per eũ facta super dicto secũdo articulo ipse deierauit, z non super impertinentibus sed pertinẽtibus ad causam, z que poterãt includi z includebantur sub iuramento per eundẽ prestito. Non igitur valuit aut valet eius dictũ sup aliis articulis. Pro quo allegasse sufficiat not. per Inno. z docto. in. c. fraternitatis. de hereticis. per glos. Franci. de are. z alios in. c. in nostra. de testi. per Oldra. cõsil. mihi. lxxix. aliis vero. xxxv. exordiente, Ad primã questionẽ qua queritur an depositiones testiũ quorũ quilibet zc. Bald. Sali. z moderni in. l. si ex falsis. C. de transac. Bald. in titu. de cõtrouersi. inuesti. super rubrica. col. ij. et in. l. ij. C. de fideicõmis. liber. z in. l. fi. in quarta oppo. C. de edic. diui adri. tollen. Frã. de are. in. l. j. §. penul. col. penul. de verbo. obliga. Alexand. de imol. cõsi. xliiij. colũ. ij. versi. nam ex quo iurauit zc. z consi. xlv. col. ij. in secundo volu. de quo Specu. titu. de teste. §. j. versi. item q aliquid de suo. z in titu. de instru. edic. §. instrumentum. versi. quid si aliquid zc. Bald. Angel. z moderni in. d. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verbo. obliga. 14 † Et huius dicti illa solet ratio assignari: quia dictũ testis semper est vnicum, vtpote fundatum semp vnico fundamento scilicet iuramento. l. iurisiurãdi. C. de testi. facit. l. cũ eiusdẽ. ff. de edil. edic. z quod habetur in. c. pura. z. c. si ad sacras. iij. q. ix. Ergo si falsum deposuerit testis super vno in nullo est sibi credendum. z quemadmodum ex eo capite impugnatur dictũ seu depositio primi testis, ita z aliorũ testiũ quos superius dixi, varia dixisse z periuriũ incurrisse. 15 † Adiicio q depositio huius testis super dicto tertio articulo, inualidatur etiam ex hoc q ratio seu causa pretense sciẽtie per eũ reddita est insufficiẽs, quinimo omnino impertinẽs. Articulus enim hmõi z quẽ seu cõtenta in eo, dixit z respõdit esse vera, formatus est super fama z voce publica, z interrogatus de causa sue sciẽtie dicit quia sic vidit a quinquaginta annis citra: z tamẽ certũ est q vox publica z fama videri nõ possunt, non ergo valet dictũ huius testis. per id quod not. Bal. in. l. testiũ. colũ. iij. versi. secũdo quero zc. z quod ibi Salice. colũ. iiij. versic. quero tertio testis interrogatus zc. C. de testi. Joan. de imol. in. c. tam literis. eo. titu. Preterea esto q idem testis hmõi causam redderet per sensum cõgruentem hoc per auditũ, adhuc tamẽ nõ probaret, pro eo quia non reddit causam sufficiẽtem z per quam colligi valeat seu possit quod de contentis in articulo sit vox publica et fama. Interrogatus autem, an penes omnes sit vox z fama de qua in articulo, respõdit q est penes illos de Cauha z de Villanoua, 16 † vbi aduertendũ est q non dicit vniuersaliter illã esse penes omnes aut maiorẽ partẽ illorum de Villanoua aut de Cauha, sed idefinite illã esse penes illos de Villanoua zc. Ex cuius dicto non concluditur vniuersalis, scilicet q penes omnes vel etiaz q penes maiorẽ partem: q illa propositio penes illos de Villanoua aut de Cauha verificatur in duob?, per id quod not. Panor. in. c. auditis. colũ. iiij. versi. mihi non placet hoc secundũ membrũ. vbi etiam. col. xiij. versi. gusta etiam quotidianum verbum zc. de prescrip. z Alexand. de imol. consi. vij. exordiẽte, Super hac dubitatione zc. z consil. cx. exordiẽte, Visis acutissimis dubitationibus zc. in primo volu. quod tamen non sufficit, videlicet q istud idem testis a duobus audiuerit, per id quod not. Bar. in. l. de minore. §. plurimũ. al's. §. tormẽta. ff. de questio.

Etiam nec probatur dictus tertius articulus per Guillielmũ fontaine secundũ testem. 17 † Tuz quia reddit causam insufficientẽ z incongruã, scilicet q nunq vidit nec audiuit cõtrariũ. Pro quo allegasse sufficiat no. per Inno. in. d. c. veniens. versi. nec videtur sufficiens, si testes dicant non est opinio omniũ zc. vbi etiã Joan. and. in nouel. de verbo. signi. z Specu. tit. de proba. §. j. versi. vltimo queritur. ibi, nec videtur sufficiens si testes dicant, non est opinio hominũ zc. 18 † Ipse etiam interrogatus si dicta pretensa vox publica z fama sit penes omnes respondit se credere q sic: non ergo probat, per id quod not. Alexand. de imo. in. l. ij. §. idem labeo. ff. de aqua pluuia. arcen. Et eodem modo impugnatur depositio Antonij voragij filij Joannis tertij testis qui interrogatus de causa sue scientie: respondit q nõ vidit nec audiuit contrarium. Et q̃uis postea respondendo alteri interrogatorio dixerit vocem z famam esse penes omnes, hoc tamen partem producentem non releuat. Tum quia non est verisimile hanc pretensam famam et vocem publicam esse penes omnes simpliciter, prout ipse dicit et ita habet eius dictum quandam imaginem falsitatis: 19 † quia non verisimile est quedam falsitatis imago, vt voluit Bal. in. l. j. C. de seruis fugi. z. C. de proba. in rubrica. z in tracta. scisma. quem posuit in rubrica. C. si quis ali. testa. prohibue. quod etiam voluit Alexand. de imol. consi. xxvij. colũ. vltima. in secundo volumi. z Andre. barba. consil. vj. col. iiij. Preterea esto q omnes scirent, nõ tamen est verisimile q hic testis ab omnibus audiuerit seu etiam a maiori parte.

Etiam non probatur per depositionem Antonij truqui, z quidem non quatenus reddendo causam eius pretense scientie dicit se ita vidisse toto tempore vite sue. 20 † Tum quia vt dixi impugnando primum testem iste nõ reddidit causam per sensum congruentem, hoc est per auditũ sed per visum per quem vox publica z fama cognosci non possunt. Tum z quia dicit se sic vidisse toto tẽpore eius vite quod nõ fuit nec est possibile, z signãter durãte tẽpore infantie, z sic videtur deierasse. Et ita in nullo est sibi credendũ per predicta. Nõ etiam quatenus causam reddens dicit q nunq audiuit dici aut fieri cõtrarium: q istud non sufficit, per ea que not. Inno. Jo. and. z Specu. in locis superius allegatis. Et aduertendũ est super depositione huius testis q interrogatus quid sit vox publica z fama, respondit q id quod ipse deposuit, et interrogatus an penes omnes esset vox et fama hmõi, respondit q sic apud sciẽtes. Ex cuius dicto quid certum resultet aduertat reuerenda paternitas domini in hac causa ius reddituri.

Insuper etiaz nec probatur per depositionẽ Antonij voragij filij Pauli. Tum quia interrogatus de causa eius pretẽse scientie, dicit q nunq vidit de tẽpore suo nec audiuit cõtrariũ, que vt superius dixi nõ sufficit. Tum et quia interrogatus quid sit vox publica et fama dixit ignorare. 21 † Tum z quia interrogatus an vox et fama huiusmodi sit penes oẽs, respondit indefinite q est penes illos de Cauha et Villanoua, quod vt superius dixi non sufficit, per id quod not. Panor. et do. Fely. in. d. c. auditis. z Alexand. de imol. consi. vij. z consi. cx. in primo volu. Etiã nec probatur per depositionẽ Joannis martini sexti testis, z qui vt dixit erat etatis trigintasex annorũ. Tum q interrogatus de causa sue scientie, respondit quia vidit, collegit, et soluit que causa est impertinens quoad contenta in articulo. Etiam interrogatus quid sit vox z fama respondit ignorare, z interrogatus an vox et fama hmõi sit penes omnes dixit se credere q sic quod non sufficit vt superius dixi. Et per predicta etiã satis apparet de inualiditate depositionis Petri raybaudi septimi testis cum de causa sue sciẽtie interrogatus respõderit q nunq viderit poni debatũ nec audiuerit a patre suo z aliis senibus, quod vt predixi, post Inno. Jo. and. z Specu. nõ sufficit. Dixit etiã idem testis se nescire qd sit vox publica z fama: z interrogat? an penes omnes existeret, respondit q erat apud illos qui sciunt. Ex cuius dicto nihil certũ colligitur. Adiicio q vt superius dixi impugnãdo dictum huius testis super secũdo articulo, ipse incurrit periurium z sic in nullo est sibi credendum.

Postremo venio ad quartũ articulum dicte pretense schedule, quẽ etiã dico non esse probatũ per testes parte dictorũ do. Bermundi z de Tenda in causa pductos. Et primo quidẽ non per primũ testẽ. Tum q vt predixi, ille est periurus. Et sic in nullo sibi credendum est per predicta. 22 † Tũ et quia causam reddit per sensum per quem percipere non potuit inibi contenta. Et sic non probat, per ea que not. Bald. et Salice. in. d. l. testiũ. C. de testi. in locis videlicet superius allegatis. Etiã nec pbatur p depositionẽ Guillielmi fontaine secũdi testis: q licet respõderit z dixerit cõtenta in dicto articulo esse vera, z q semper ita vidit z audiuit, ipse tamẽ dicit se ignorare quid dicatur prebẽda z per quam cõstituatur, ipse etiã interrogatus qualiter scire posset q dicta particula territorij de Cauha deputari, teneri, z eẽ cõsueuerit de prebẽda ecclesie Villenoue, respõdit q nunq vidit nec dici audiuit contrariũ, quod nõ sufficit vt predixi. Et q̃uis dicat se aliquid a patre audiuisse, hmõi tamen dictum non sufficit, vt satis colligi potest ex predictis.

Vlterius etiã nec probatur per depositionẽ Antonij voragij filij Joãnis tertij testis: q interrogatus de causa scientie, respondit q nunq vidit nec dici audiuit contrarium, que vt sepius dixi est insufficiens. Etiã nec probatur per Antoniũ truqui quartum testem. Et quidem non quatenus causam scientie reddens dixit q ita semper viderit tempore suo: quia vt predixi, hec causa non est reddita per sensum aptũ ad percipiendum id de quo in articulo, non etiam quatenus respondit quod non audiuerit contrarium: quia vt predixi, hec causa non est sufficiens. Non etiam quatenus dicit quod vidit, et ab omnibus dici audiuit; quia non deposuit secundum formam

seu theoricam ad hoc requisitā. Et eodē modo impugnatur depositio seu dictū quinti ⁊ sexti testiū, qui sextus testis causam sciētie reddens dicit quia ipse soluit, tam de cultis q̄ de nouo cultiuatis, ⁊ ꝙ vidit ⁊ collegit ab alijs seminantibus que ratio seu causa est insufficiens, vt apparet per predicta. Ad impugnationem de- 23 positionis huius testis ⁊ pluriū aliorū, † etiā facit quia etiam non interrogati debuerunt ad minus nominare duos specifice, aliter enim testis deponens de publica voce ⁊ fama non videtur probare, per id quod no. Inno. in. c. cum oporteat. de accusa. ⁊ tenet Joan. and. in. c. qualiter ⁊ quando. le. ij. eo. titu. in nouel. ⁊ Angel. in 24 l. ea quidem. C. de accusa. Et huius dicti videtur ratio, † quia si fama debet habere originē ab honestis ⁊ prouidis ⁊ non maliuolis neq̧ ab eo in cuius cōmodum venit. vt. l. miles. §. mulier. et quod ibi Barto. de adulte. ⁊ in. d. c. qualiter ⁊ quando. impossibile est ꝙ iudici constet vtrum ab honestis, an vero a suspectis personis fa- 25 ma traxerit originē nisi certe persone nominētur. † Preterea etiā ad impugnationē depositionis huius testis ⁊ aliorū facit: quia licet fama probari possit per duos testes, opus est tamē illos sic testificari ⁊ depoonere ꝙ ex eorum depositionib⁹ colligatur ⁊ appareat totum populū seu aliā vniuersitatem aut maiorē illius partē ita sentire vt apparet ex his que not. Barto. in. d. l. de minore. §. plurimū. al's tormēta. ff. de questio. sed sic nō deposuit dict⁹ Raybādi vltimus testis, quinimo nec alij super dicto quarto articu- 26 lo, ergo illi nō probant vocē ⁊ famā de qua ibi. † Preterea non apparet de aliqua presumptiōe legitima ex qua verisimiliter orta extiterit dicta pretēsa vox publica et fama, et sic videtur potius esse quidam rumor populi q̄ fama, ⁊ sic non valere. l. decurionū. C. de pe. ⁊ quod not. Barto. in. d. §. plurimū. col. vj. versi. vltimo principaliter quero ⁊c. Bal. in. c. suborta. ibi, verum puto si fama sit vestita rationibus. de re iudi.

Ceterū impugnare depositiones

aliorum testium olim examinatorū in causa compromissoria ⁊ sententiā inde latā per dominū arbitrū non oportet, cū per alios scribentes satis ample ostēsum extiterit compromissum et alia predicta, nō potuisse nec posse preiudicare prefatis do. episcopo Vannensi ⁊ priori. Quibus addo id quod habet in. c. veniēs. ⁊ c. decetero. de transact. ⁊ in. c. peruenit. de arbi. ⁊ quod voluit Panor. consi. lvj. ⁊ consi. lxij. in primo volu. ⁊ in. c. contingit. de trāsac. Que omnia dixerim ⁊c.

Consilium. CLXXXV.

☞ De cautione per actorē non prestanda, ⁊ de probando dominio directo in perceptione cēsus terre emphitheoticarie, etiā per productionem instrumenti recognitionis.

Summarium.

1 ☞ Actor an cauere debeat hodie in limine iudicij de lite prosequenda ⁊ reficiendis expensis.
2 Terra per recognitionē an efficiatur emphitheotecaria, et talem esse probetur cōtra recognoscentis heredes sicuti contra recognoscentem.
3 Ecclesia an possit ratificare gesta per syndicum in processu ex defectu mandati nullo, ⁊ sententiā pro ea latam approbare si ante appellationē exceptio falsi procuratoris non opponatur.
4 Suspitio episcopi transit in suū vicarium.
5 Exceptioni recusationis renuntiasse voluntarie litigans an videatur.

Viso pcessu cause cepte ⁊ aliquādiu agitate, per ⁊ inter honorabilem virū Jacobū baymundi pretēsū procuratorē ⁊ sindicū ecclesie ⁊ cōuēt⁹ monasterij beate Marie, vulgo dicti de Pinerolio ex vna parte. Et honorabiles viros Symōdū, Georgiū, Michelinū, ⁊ Ludouicum condole fratres filios quōdā naturales ⁊ legitimos Bartholomei cōdole ex alia, ac dubijs mihi relictis. Dico ⁊ respōdeo breuiter ⁊ succincte ad dubia hmōi put 1 infra. Et primo ad primū ꝙ licet de iure prestari debuerit ⁊ prestāda esset parte dicti pretensi pcuratoris ⁊ sindici cautio prestari petita parte dictorū Symondi, Georgij ⁊ fratrū: tamē aut. generaliter. C. de episc. ⁊ cleri. ⁊ in corpore vnde sumitur, illa tamen de cōsuetudine prestari nō solet vt post Tancre. voluit Specu. titu. de satisda. §. j. vbi etiam refert Joan. and. Tancre. dixisse ꝙ audiuerat do. Azo. sic dicentē. dicit etiā ⁊ refert Jo. and. ꝙ Pil. et Tancre. dicunt ꝙ suis tēporibus satisdatione predictā, ⁊ eas de quibus habetur in aut. libellum. C. de litis contesta. ⁊ in aut. quod fieri. C. de dila. prestari nō viderunt. que ideo dicit Joā. and. se referre ne quis credat hoc esse nouissimū. Idem voluit Jo. fab. Bart. Bald. ⁊ doct. cōmuniter in dicta aut. generaliter. et alij in alijs locis. Et ideo nō puto esse tutum ꝙ prefati Condole prosequantur appellationē parte eorū interiectam, pro eo quia do. iudex a quo pronūtiauit cautionem seu satisdationē hmōi nō esse prestandā.

Ad secundum dico ⁊ respondeo

ꝙ licet interrogatorijs parte dicti pretensi pcuratoris ⁊ syndici in causa oblatis idē assertus procurator pposuerit ecclesiā ⁊ cōuentū predictos fuisse ⁊ esse in possessione seu quasi percipiendi annis singulis fictū de quo ibi: q̄r tamen in libello postea oblato tacuit de possessiōe hmōi, ⁊ vt videtur tam ex narratis q̄ cōclusione potius intētare petitoriū p dicto pretenso censu, ipse syndicus tenetur ⁊ debet ad victoriā obtinendā probare ꝙ terra de qua in actis tenetur de ⁊ sub dominio directo dictorū ecclesie ⁊ cōuentus quod fieri poterit, si pduceretur instrumentū affictamēti seu cōcessionis in emphitheosim olim facte dicto quōdam Bartholomeo cōdole vel alteri cui prefati fratres vniuersaliter vel titulo hereditario successissent, vel producēdo instrumentū recognitionis olim facte per ipsum quōdam Bartholomeū vel aliū cui iure 2 hereditario immediate vel mediate successissent dicti fratres: † q̄r licet per recognitionem hmōi terra predicta facta nō extiterit emphitheotecaria, illa tamen pbaretur esse talis cōtra ipsos fratres heredes recognoscentis, sicuti ⁊ cōtra recognoscentem si viueret. l. publia. §. fin. ff. deposi. quod etiā post Gense. voluit Joā. de imol. in cle. romani. colū. vj. de iureiuran. Et idem voluit Pet. Jaco. in suis libel. sub rubrica. de reivendi. versi. decimo ponit. Etiā si parte dicti sindici pducerentur testes qui deponerent ecclesiam ⁊ cōuentum predictos fuisse in possessiōe percipiendi ab eis ⁊ predecessoribus fictum seu censum predictum de ⁊ pro terra tanq̄ emphitheotecaria ⁊ possessa, de ⁊ sub ptēso dominio directo dictorū ecclesie et conuentus, ⁊ hoc per triginta aut quadraginta annos. Forte etiam isto modo probaretur terra esse emphitheotecaria.

3 † Ad tertium dico ⁊ respōdeo

ꝙ licet processus predictus fuerit nullus defectu mādati dicti pretensi pcuratoris ⁊ syndici. Poterunt tamē ecclesia ⁊ cōuētus predicti ratificare gesta per ipsum pretensum pcuratorem ⁊ syndicū ⁊ sententiā pro eis latā, per id quod not. glo. in. l. si mater. §. hoc iure. ff. de excep. rei iudi. l. licet. ⁊ quod ibi Bar. ⁊ doct. ff. de iudi. no. Bart. in. l. iulianus. in. v. qō. ff. qui satisda. cogan. Jo. de imol. in l. sepe. colū. xxv. ff. de re iudi. ⁊ in. l. ij. §. voluntate. ff. solu. matri. Et hec est cōmunis opinio. Fateor tamen ꝙ si in appellatione parte dictorū fratrum interiecta, ⁊ sic ante ratificationem fuisset opposita exceptio falsi pcuratoris: non potuissent processus ⁊ sentētia predicti ratificari. l. licet. C. de procura. Sed nō reperio hoc factū in dicta appellatione vel ante eā. Et per hoc patet respōsio etiam ad quartum quesitū. Super quo etiā dico ꝙ cū nullitas dicti processus allegata nō fuerit in dicta appellatiōe, prefati fratres non possunt eā psequi corā reuerendissimo in Christo patre ⁊ do. do. Ebredunensi archiepo. cle. appellante. de appella.

4 † Ad quintum dico et respondeo

5 † Ad quintũ suspensa solutione quarti dico ⁊ respondeo ꝙ si insula nata in flumine publico, si quidẽ mediã partẽ fluminis teneat communis est eorum qui ab vtraq; parte fluminis prope ripam predia possident. Si vero sit alteri parti proximior, illa facta est eorum qui ab ea parte prope ripam predia possident. §. hac insula. institu. de re. diui. l. adeo. §. insula. l. inter eos. ⁊ l. ergo. §. tribus modis. ff. de acquiren. re. domi. 6 † sic igitur si illa pars insule vendita postea fuerit augmentata seu eidem parti alia insula per alluuionem adiecta, istud augmentum acquisitum est domino parti vendite per iura predicta, etiam si dicta pars non fuisset vendita cum incrementis. Preterea cum incrementum se habeat per modum accessorij, et pars vendita per modum rei principalis quemadmodum potuit vendi dicta pars, ita et incrementum. regula accessorium. Et per hec patet responsio ad quartum quesitũ. Super qua non oportet insistere cum iure alluuionis incrementum huiusmodi acquisitũ extitisset sine pacto domino dicte partis.

Consilium. CCXVII.

☞ De raptu virginis per testes singulares probato, ⁊ de affectione magistratus. ¶ Et super hac causa est aliud consiliũ supra parte prima. Consilio. 355.

Summarium.

1 ☞ Magistratus delatoribus nõ debet assentire ⁊ fauorem vni ex partibus minime prebere contra iuris formam.
2 Processus rei in questione missi nõ preuijs sufficiẽtibus indicijs, an iustificetur ex indicijs postmodũ superueniẽtibus vel ꝓbatis.
3 Incarceratio ab initio iniusta, an videatur iustificari si postea indicia sufficientia superuenerint.
Incarceratio maxime districtior censetur quedam tortura.
4 Interrogatorijs litis decisorijs reus an teneatur respõdere, si positiones dispositiue date non fuerint in scriptis, et quid in preparatorijs.
5 Accusatio criminalis an debeat certum cõtinere, ⁊ in illa inseri locus ⁊ tempus licet agatur ciuiliter.
6 Solennitas ciuilis sublata, an videatur per mandatũ ꝙ procedatur summarie, simpliciter, ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij, ⁊ an sublatio eorum in quibus partis defensio consistit inducta videatur.
7 Expressio temporis ⁊ loci perpetrati delicti. iuxta. l. libellorũ. ff. de accusat. exigitur, vt reus negatiuam loco ⁊ tẽpore coarctatam probando se defendat.
8 Tempus ⁊ locus commissi criminis quemadmodũ in petitione debent inseri ita ⁊ probari.
9 Testis consanguineus vel multũ amicus an faciat semiplenam probationem ⁊ sit omni exceptione maior, ⁊ an habeat verum in teste inimico.
10 Indicia plene probanda sunt vt ad probationem probandam vniantur.

1 Et † ab initio ⁊ postea sepissime processit nimiũ affectionate ac preter, quinimo ⁊ contra iuris formã ⁊ in fauorem nimiũ Guillielmete amblarde ⁊ suorũ, contra ꝓuidũ virũ Antoniũ millani barbitonsorẽ incolã ⁊ habitatorẽ Tricastrinũ dñs balliuus Tricastrinꝰ, ⁊ q̃dez ab initio cũ nullis p̄cedẽtibꝰ informationibus, ⁊ ad solius partis priuate ⁊ sibi fauores nimios prestantiũ instantiã, incarcerauit ⁊ detinuit seu ĩcarcerari ⁊ detineri fecit per multas septimanas, etiã contra mentez magnifici Dalphinalis parlamẽti honorabilẽ virꝫ p̄dictũ Antoniũ millani, ⁊ tã in ciuitate Tricastrina q̃ in locis circũuicinis, parẽtibꝰ, ꝯiũctis, ⁊ amicis prorsus ⁊ oĩno destitutuz, q̃ō tñ fieri nõ debuit, 2 † ⁊ quẽadmodum processus torquẽtis p̄tẽsum criminosum nõ p̄cedẽtibꝰ sufficiẽtibus indicijs, ⁊ de q̄bus constat nõ iustificat̃ ex indicijs postea supueniẽtibus vel ꝓbatis, per id q̃ō no. doct. in. l. qui in aliena. §. celsus. ff. de acqui. heredi. ⁊ quod not. Ange. are. in suo tracta. crimi. in glos. super verbo, ꝙ fama publica precedente. versic. quinto iudex torsit ⁊c. 3 † Ita nec videtur iustificari incarceratio, et in carceribus detentio ab initio iusta, etiam si postea superueniant sufficientia indicia cum illa in multis casibus sit ⁊ esse cẽseatur quedã tortura, per id quod voluit Bartol. in. l. j. §. diuus seuerus. ff. de questio. Salice. in. l. ij. C. de exhibi. reo. ⁊ quod habetur in clemen. 4 j. post principium. de hereti. Postea vero ⁊ in discursu cause etiaz processit idem domi. Balliuus nimium fauorabiliter, quatenus cõpulit eundem Antonium penarum impositionibus respondere interrogatorijs, ⁊ quidem non litis preparatorijs sed decisorijs vt patet in examinatione per eum facta ⁊ inserta. fol. xxiij. quod tamen facere non debuit, q̃uis factis positionibus seu articulis parte dicte Guillielmete, de et super his super quibus examinatus extitit idem Antonius: et eis adueratis per dictam Guillielmetam potuisset idem Antonius postea interrogari ⁊ deinde cogi respondere positionibus seu articulis huiusmodi, per id quod voluerunt domini de Rota decisione. xxxij. exordiente, Item voluerunt et ordinauerunt ⁊c. et Panormita. in capitu. cum causam. colum. vj. versicu. quarto dicit glos. de iuramento 5 calumnie. † Etiam processit idem dominus Balliuus nimium

fauorabiliter

fauorabilē,pro eo quia eum in quadā pretēsa petitione facta parte eiusdē Guillielmete,ꝛ fundata sup ꝑtēso stupro,vt pretēdebat in ea ꝛ cū ipsa per dictū Antoniū cōmisso ꝛ ꝑpetrato.Nō fuissent expressi annus mensis ꝛ locus hmōi pretensi stupri,nō debebat nec debuit petitio hmōi admitti.Pro q̄ allegasse sufficiat,id qđ voluit Bar.in.l.pretor edixit.in princ.ff.de iniu.ꝛ in.l.idē exigit.ff.de dolo.ꝛ Ange.are.in.§.ex maleficijs.versic.dixi etiā in libello hoc ꝛ de presenti mēse.ibi,est aduertendū ꝙ predicta sunt vera ꝛc.institu.de actio.ꝛ institu.de excep.super rubrica.charta.ix.ver.tertio est videndū an sicut quādo proponitur actio ex crimine debet inseri locus ꝛ tēpus delicti licet ciuiliter agatur.ꝛ Alexā.de imol.in.l.edita.col.v.versi.annectit ꝛ etiam hic Bar.C.de eden.

6 †Nec opponat aliquis ꝙ cū ex mandato magnifici Dalphinalis parlamēti,posset idē domi.Baillinus procedere summarie simpliciter ꝛ de plano ꝛ sine strepitu ꝛ figura iudicij.Non fuerit opus in petitione predicta ponere locū ꝛ tēpus quasi per mādatū huiusmodi fuerit reiecta omnis solēnitas iuris positiui,per ea que habētur ꝛ no.in cle.sepe.de verbo.signifi.ꝛ quod no.Barto.in extrauagāti ad reprimendam.in verbo,sine figura.Quoniā respōdeo ꝙ esto ꝙ per mandatū predictū videretur reiecta ciuilis solēnitas,non tamē videtur inducta sublatio eorū in quibus consistit defensio partis.dicta cle.sepe.in 7 verbo,defensionis.†Sed.l.libellorū.ff.de accusa.ꝛ alie que ꝛ temporis ꝛ loci perpetrati delicti expressionē exigunt non alia causa illam exigere vidētur,nisi vt reus se possit defendere probādo negatiuā coarctatam expressione loci ꝛ tēporis.quod etiam voluit Roma.consilio.cxcj.exordiēte,Instabo circa primū ꝛc.col.ij.ver.allegatur vltimo ꝛc.Debuerunt ergo in dicta petitione exprimi annus mensis ꝛ locus dicti pretensi stupri.

Preterea prout alias dixi et scripsi in schedula exordiēte,Proposita ꝛ deducta parte Guillielmete ꝛc.inserta.f.clxx.prefata Guillielmeta nō probauit eius pretensam intentionē,quod puto satis ostēdisse iuribus,rationibꝰ,ꝛ motiuis inibi allegatis,que si placet cū eas refricare nō intendā inibi videātur.Quibus addo nō fuisse vel esse credendū dictis et depositionibus Stephani/Hugonis/ꝛ Alaysie eius vxoris.Tū causis alꝭ allegatis.Tum ꝛ qꝛ nō deponunt quibus anno ꝛ mēse viderint ꝛ repererint prefatū Antoniū cū dicta Guillielmeta,solum videlicet cū sola in domo cuiusdā Antonij charerij,quod ta8 mē erat necessariū:†quia quemadmodū debuerunt poni in dicta pretēsa petitiōe annus mensis ꝛ locus,ita ꝛ probari:qꝛ alꝭ frustratorie cogeret lex actorem ad specificandū tēpus ꝛ locū.Tū ꝛ quia prefata Alaysia,prout apparet ex eius depositione facta super generalibꝰ interrogatorijs est cōsobrina secūda matris dicte Guil9 lielmete.†Et sic est cognata ipsius Guillielmete,cuius propterea testimoniū nō valet.arg.eius quod habetur in.l.lex cornelia.ff.de iniur.l.lege iulia.ꝛ quod ibi glo.ff.de testi.ꝛ quod no.Archid.iiij.q.iij.§.item.l.iulia.ꝛ si omnino nō repelleretur,est tamen certū ꝙ ipsa nō est integra testis vtpote suspecta ratiōe cognatiōis.Pro quo videri poterit quod not.Bart.in.l.admonendi.col.ix.versi.venio ad tertiū.ff.de iureiuran.vbi dicit ꝙ testis cōsanguineꝰ vel multū amicus parti nō dicitur esse omni exceptione maior,ꝛ ideo secundū eum nō facit semiplenā probationē.quod etiam voluit Anto.de butri.ꝛ alij in.c.fin.de iureiuran.ꝛ Alexan.consi.xviij.in primo volu.vbi multa inducit.Tum ꝛ quia vt probatum fuit in prima instantia prefatus Stephanus hugonis est inimicus predicti Antonij,non ergo valuit eius dictum.Et si non omnino repelleretur,est tamen suspectum:ratione cuius dici debet euꝫ non esse omni exceptione maiorem.Et sic non probat semiplene,per ea que not.docto.in.l.admonendi.ꝛ in.c.fina.superius allegatis.ꝛ in.l.in bonefidei.C.de iureiuran.Quod si ita est:immo quia ita est,dici non potest esse plene probatum illud pretensum indiciū,scilicet ꝙ prefatus Antonius deprehēsus ꝛ inuētus extiterit cuꝫ dicta Guillielmeta solus videlicet cū sola.Nec debent quedā alia pretensa ꝛ remota indicia,de quibus pretendūtur deposuisse iungi cū depositione dictorum Alaysie ꝛ Hugonis ad integrandum 10 ꝛ perficiendum vnā probationē:†quia vt alias dixi nullū ex illis pretēsis indicijs probatū est plene,quod tamen erat necessarium ad hoc vt pro perficienda probatione vnirentur,per id qđ alꝭ dixi in predicta schedula post Bald.in.l.si quis ex argentarijs.post princi.ff.de eden.ꝛ Alexan.de imol.consi.xj.exordiēte,Sentio in dubium reuocari ꝛc.ꝛ consi.xix.exordiente,In his que in themate ꝛc.colum.iiij.

Adijcio ꝙ etiam supposito citra preiudicium veritatis ꝙ sufficienter ꝛ plene probatum extitisset,prout non est dictum magistrum Antonium fuisse deprehensum ꝛ repertum cum dicta Guillielmeta,solum videlicet cum sola prout non est,adhuc non esset probatum aliquid quod sufficiat ad violentam presumptionem carnalis copule,nec.c.literis.de presumptio.ex aduerso allegatum contrarium probat:quia in casu illius.c.non solum fuit ille Felix repertus cum muliere inibi mentionata,solus videlicet cum sola:sed etiam fuit repertus nudus cum nuda ꝛ in eodē lecto iacens cum iacente.Preterea ad validitatem depositionis predictorum testiuꝫ requirebatur ꝙ dicti Alaysia ꝛ Hugonis deponerent se credere ꝙ idem Antonius carnaliter cognouerat prefatam Guillielmetam.d.c.literis.et quod ibi Bald.ꝛ Panor.quod tamen nō fecerunt.Possunt ꝛ alia multa induci pro defensione boni iuris prefati Antonij:sed qꝛ premissa videntur mihi sufficere,vna cum alijs alꝭ per me scriptis,ego vlterius non insisto.Concludens breuiter sententiam contra euꝫ promulgatam fore ꝛ esse reuocandam,ꝛ ipsum Antonium ab impetitis absoluendum.Et si ad cautelam abundantiorē egregius vir dominus iudex cause huius eidem Antonio deferret iuramētum purgatorium,non forte male faceret sed bene.Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis.

Consilium.CCXVIII.

De communium rerum alienatione,ꝛ de vēditione per vnū ex socijs facta nō obstante minori etate,prodigalitate,ꝛ bonis restitutioni subiacentibus.

Summarium.

1 Diuidentes an videantur renuntiasse iuri fideicōmissi per simplicem diuisionem,ꝛ quid si clausule late apponantur.

2 Bona cōmunia in preiudicium sociorū vnus ex socijs quādo possit vendere ꝛ alienare.

3 Minori.25.annis,an obstet iuramentū si cōtra ratihabitionē petat beneficium restitutionis in integrum ex capite minoris etatis,ꝛ quid si ex capite lesionis dimidiam iusti pretij excedentis petierit.

4 Venditio facta per minorem iuramēto interueniēte,an cōfirmetur ꝛ impediat minorem contrauenire.

5 Prodigo bonorū suorū administratio quando interdicta:et contractus per eum celebratus quando inualidus.

6 Res que restitutioni fideicommissi in euētum cōditionis vel diei incerte subiacent an possint interim alienari,ꝛ si alienētur an trāsferatur dominium.

7 Substitutus an possit in sui preiudicium consentire alienationi rerū restitutioni subiacentiū,et facta venditione illam ratificare.

Voluissem ꝛ vellē pro pleniori ꝛ securiori respōsione faciēda ad dubia ꝛ q̄sita parte honorabilis viri Peroti basile hr̄e et videre instra aut copias instrumētorū vēditionū factarū ꝑ honorabilē virū Petrū basile eiꝰ fratrē ꝛ mutuorꝫ ꝑ ipm̄ Petrū receptorꝫ.Insup ꝛ instrumētū diuisiōis q̄ facta fuisse dr̄ ꝑ ꝛ inter ipsos Petrū ꝛ Perotū ac Joannem basile eorum fratrem,filios ꝛ heredes testamentarios et vniuersales honorabilis quondam viri Albergassij basile,vt videre valuissem ꝛ valerem an venditiones de quibus supra,facte extiterint per dictum Petrum suo duntaxat,aut suo ꝛ dictorum Peroti ꝛ Joannis nominibus.Et idem in mutuis per eundē receptis,an videlicet illas receperit suo duntaxat,aut suo ꝛ dictorum Petri et Joannis nominibus.Insuper et vt videre possem clausulas positas in instrumento diuisionis superius mentionate,ad quam relationem habet transactio vltimate facta per et inter eosdem Petrum/Perotum/ꝛ Joan1 nem.†Quia q̄uis certum sit ꝙ per simplicem diuisionem non renuntiant diuidentes iuri fideicōmissi,possunt tamē tales clausule poni in diuisionibus,que ꝛ nonnunq̄ ponuntur propter quas aliquando est dubium an iuri huiusmodi renuntiatum extiterit,et aliquando adeo pingues existunt clausule huiusmodi,ꝙ nemini potest vel debet esse dubium,quominus eidem renuntiatum extiterit,signanter vero et maxime quando diuidentes habuerunt notitiam fideicommissi,et vbi fideicommissum erat reciprocum et coequeuum,vt colligi potest ex his que notant antiqui et moderni in.l.qui rome.§.duo fratres.ff.de verborum obligatio.et multi in.l.tres fratres.ff.de pactis.in.l.qui cum tutoribus.ff.de transactio.Angel.in.l.papinianus.§.meminisse.ff.de inofficio.testamē.et in consil.cxlj.exordiente,Magnificus miles

dominus Antonius ⁊c. ⁊ alij in alijs multis locis, tam in scribendo ꝙ consulendo. Salua igitur visione instrumentorũ hmõi, insuper ⁊ instrumẽtũ vẽditionis quã fecisse ponitur dictus Joãnes prefato Petro eius fratri. Respõdeo ad predicta dubia breuiter ⁊ succincte prout infra.

2 †Et primo ad primũ dico ⁊ respõdeo ꝙ licet idẽ Petrus nõ potuerit ab initio vendere domos illas, de quibus in casu aut alia bona cõmunia in preiudiciũ dictorũ Joannis ⁊ Peyroti. l. j. C. de cõmu. re. aliena. l. rem alienam. ad fi. ⁊ quod ibi glo. cũ suis simili. ff. de cõtrahen. emptio. ⁊ vendi. Si tamẽ venditio hmõi facta extiterit per ipsum Petrũ suo ⁊ dictorum eius fratrũ nominibus, ⁊ deinde illi eã ratam habuerint ⁊ cũ iuramẽto perinde fuit ⁊ est acsi illã ab initio fieri mãdassent. regu-
3 la ratihabitionẽ. cũ suis simili. de regu. iur. in. vj. † Nec postea potuissent etiam si tẽpore ratihabitionis fuissent minores viginti quinq; annis cõtrauenire ex capite minoris etatis, ⁊ bñficio restitutionis in integrũ: q2 a beneficio hmõi fuerũt propter iuramentũ exclusi. auc. sacramenta puberũ. ⁊ quod ibi per doct. magis cõmuniter. C. si aduer. vendi. De quo glo. ⁊ doct. in. l. ij. C. de rescin. vendi. ⁊ in. c. penul. de emptio. ⁊ vendi. Fateor ꝙ si tẽpore facte ratihabitionis ipsi Peyrotus ⁊ Joãnes fuissent minores. xxv. annis ⁊ decepti vltra dimidiã iusti pretij, ipsi potuissent ꝯtrauenire ex capite lesionis excedẽtis dimidiã iusti pretij. Et hoc vbi dũtaxat iurassent nõ cõtrauenire ratione minoris etatis vel vbi simpliciter iurassent nõ cõtrauenire prout magis cõmuniter voluerunt doct. in dicta auc. sacramẽta puberũ. ⁊ in allegata. l. ij. C. de rescin. vendi. ⁊. c. penul. de emptio. ⁊ vendi. vbi vero iurassent non venire contra ratione lesionis hmõi, vel cũ iuramẽto renũciassent dicte. l. ij. nõ potuissent ipsi cõtrauenire secundũ cõmunẽ doctrinã doct. in locis predictis. de qua plene per Jo. de imol. in sua solẽni repeti. c. cũ contingat. in quarto mẽbro. de iureiurã. Et q2 in casu mihi misso ponitur ꝙ dicti Peyrotus ⁊ Joãnes cõputauerũt prefato Petro eorũ fratri de quota pretij predictarũ domorũ ⁊ mutuorũ per eũ receptorũ, nec dicitur quomodo, nõ possum expressius aut specialius respõdere nisi viso instrumẽto dicte diuisionis ⁊ pleniꝰ intellecto quomodo cõputauerint, ꝙuis etiã verear ne viso instrumẽto hmõi, nõ multum prosit dicto Peyroto obstante trãsactione de qua supra, ⁊ que post diuisionez facta est inter eosdẽ fratres.

Ad secundum dico ꝙ in illo ponũtur dubia que ⁊ eorũ quodlibet vidẽtur persuadere ꝙ venditio facta per dictũ Joannẽ, ⁊ presertim de bonis immobilibꝰ fuerit nulla scilicet minor etas ⁊ ꝓdigalitas dicti Joãnis, et q2 bona vendita subiacebãt restitutioni. Sed puto ꝙ his nõ obstantibus
4 predicta vẽditio valuerit. † Et primo quidẽ non obstitit vt puto minor etas, quia licet talis vẽditio facta per minorẽ sit nulla regulariter. l. non solũ. ⁊. l. si minor. cũ multis simili. C. de predi. mino. Hoc tamẽ fallit quando in ea interuenit iuramentũ: q2 non soluz per tale iuramentũ impeditur minor a cõtrauenie̾do beneficio minoris etatis, sed etiam confirmatur venditio secundũ opinionem docto. magis cõmunẽ in dicta auc. sacramẽta puberũ. pro qua facit. c. cum cõtingat. de iureiuran. ⁊. c. licet mulieres. eo. titu. in. vj. ⁊ c. ꝙuis pactũ. de pact. eo. lib. Puto autẽ ꝙ in vẽditione hmõi interuenerit iuramentũ. Et sic nõ videtur ꝙ ratione minoris etatis fuerit nulla ꝓdicta vẽditio. Nõ etiã videt̃ fuisse nulla rõne ꝓdiga-
5 litatis etiã si fuisset notorie ꝓdigꝰ: † q2 notorie ꝓdigo nõ est iterdicta bonorũ suorũ administratio, nec ꝑpterea inualidãtur eius cõtractꝰ, nisi facta fuerit interdictio ꝑ iudicẽ. Pro quo solet allegari. l. tres tutores. ff. de administra. tuto. l. iulianꝰ. ff. de cura. furio. ⁊. l. is cui bonis. ff. de verbo. signifi. quod etiã voluit glo. ⁊ post eaz Bart. Bal. Angel. Pau. de cast. Roma. Alexã. de imol. ⁊ docto. cõmuniter in. d. l. is cui bonis. ⁊ Franci. de are. in. l. is cui lege. ff. de testa. Cum igitur non supponatur ꝙ eidẽ Joanni fuisset interdicta bonorũ suorũ administratio, vel al's aut tanꝙ ꝓdigo vel tanꝙ minori prouisum de curatore, nõ videtur predicta venditio posse impugnari ex capite prodigalitatis. Preterea cũ ipse vt puto iurauerit valuisset vẽditio, etiã si antea sibi interdictũ extitisset, per id quod plene not. Joan. de imol. in dicta sua repetitione. c. cũ cõtingat. in tertio mẽbro. Et ita tenẽt cõmuniter Cano. ꝑut refert ⁊ sequitur Franci. de are. in. d. l. is cui bonis. ꝙuis Barto. ⁊ multi
6 legiste ibi tenuerint contrariũ. † Etiã nec dici potuit predicta vẽditio fuisse nulla, pro eo quia bona vendita subiacebãt restitutioni: quia licet res alienate vel per fideicõmissum pure vel in diẽ certum vendi, vel ex aliquo modo alienari nõ possint, res tamen que subiacẽt restitutioni fideicõmissi in euentũ cõditionis vel diei incerti possunt interim alienari: ⁊ si alienantur trãsfertur dominiũ. l. fin. §. sed quia nostra. ⁊ quod ibi per glo. ⁊ omnes scribẽtes. C. cõmu. de lega. Cũ igitur res ꝓdicte nõ subiacerent restitutioni fideicõmissi pure vel in diẽ relicti, sed relicti in euentũ conditionis, nõ obfuit predicte remissioni ꝙ res vẽdite tempore facte vẽditionis subiacerẽt restitutioni. Fateor tamẽ ꝙ si nihil factũ extiterit, propter quod censeatur idem Peyrotus renũtiasse dicto fideicõmisso, predicta vẽditio fuit ⁊ est quoad partẽ eundẽ concernentẽ resoluta. d. §. sed quia nostra. ⁊ quod ibi docto.

Pro plena respõsione faciẽda ad tertiũ ⁊ quartũ quesita vellem videre, vt iam dixi instrumẽtum diuisionis, pro eo quia vltimũ capitulũ transactionis premẽtionate est relatiũ ad ipsam diuisionẽ. Et ideo secure dicere non possum, an idẽ Peyrotus censeatur renuntiasse iuri totius fideicõmissi, ideo autẽ dico totius q2 cum per dictam transactionẽ idẽ Peyrotus laudauerit ⁊ affirmauerit venditionẽ predictã, non videtur ipse posse cõtrauenire nec in vim substitutionis seu fideicõmissi petere restitutionẽ bonorũ venditorũ pro parte eũ concernẽ-
7 te: † quia nõ est dubiũ quin substitutus possit ⁊ valeat in sui preiudiciũ consentire alienationi rerũ restitutioni subiacentiũ. l. si fundũ per fideicommissum. ff. de lega. j. l. nihil. §. ab omnibus. l. cũ pater. §. libertis. ff. de lega. ij. ⁊. l. quotiens. la. j. C. de fideicom. Et nõ solum potest substitutus consentire venditioni quando fit, sed etiam factam ratificare. d. l. si fundum per fideicõmissum. per quã hoc voluit Bald. in auc. res que. col. fina. C. cõmu. de lega. relictis autẽ adaptari possunt. not. per Barto. in. d. l. qui rome. §. duo fratres. in. viij. q. ⁊ quod ibi Alexan. de imol.

Consilium. CCXIX.

De cõtractu pignoris causati ex vẽditione simulata in fraudem vsurarum per pactum de retrouendendo cum pretij vilitate.
¶ Et super hac cõtrouersia habet simile cõsilium supra in ista parte consi. 32. cui istud egregie respondet.

Summarium.

1 Pretij vilitas ⁊ pactum de retrouendendo, an presumãt cõtractum in venditionẽ sonantem fuisse pigneratitium vel simulatum in fraudem vsurarum. nu. 4.
2 Simulatio in cõtractu pigneratitio, an probari possit ex modico pretio.
3 Pactum de retro uendendo an faciat presumi pignus, etiã factũ cum vsurario.
5 Glosse autoritas quanta sit, ⁊ quomodo in consulendo ⁊ iudicando sit ei adherendum, remissiue.
6 Opinio illa in dubio sequenda que saluti consulit.
7 Glosse an potius adherendum ꝙ doctoribus eam improbantibus.
8 Contrahentibus, an ⁊ quomodo licitum se adinuicem decipere.
9 Pactum de retrouẽdendo an licitũ, ⁊ quid si pretij vilitati mixtũ an faciat apparentem venditionem ⁊ non existentem.
10 Juramentũ an firmet contractum simulatũ ⁊ obliget contrahentem ad non contrauen iendum. nu. sequẽ.
11 Juramentum regulatur secundum mentem contrahentium.
12 Juramentum an extendatur ad consensum deficientem in contractu simulato, et tantum importet quãtum simplex cõtractus.
13 Juramentũ nõ auget obligationem, sed ei intra suos limites manenti religionis vinculum addit.
14 Juramentũ quoad vinculum periurij est personale.
15 Actio personalis ex vendito vel prescriptis verbis, an detur contra singularem successorem.
16 Dominiũ in pacto legis commissorie ⁊ adiectiõis in diẽ an ipso iure retransferatur, ⁊ quid in pacto pignoris.
17 Apoche ⁊ remissionum probatio ⁊ fides qualis ⁊ quatenus procedat, ⁊ quando eis credatur.
18 Jurisditio ante literarum presentationem nec confertur nec aufertur.
19 Judex facta recusatione omni iurisditiõe priuatur, cuius postea processus est nullus.
20 Error ex actis elisus sententiam an reddat nullam.
21 Usure repeti an possint, non solum in foro ecclesiastico sed etiam seculari.
22 Symonia ⁊ heresis sunt crimina mere ecclesiastica.
23 Judex secularis cognoscere an possit de criminibus ecclesiasticis, ⁊ de quibus.
24 Leges an permittant vsuras.
25 Judex sc̃laris vbi scd̃m leges nõ pot̃ de cã cognoscere ex defectu iuris litigatoris, est tñ cõpetẽs si canones aliter prouidẽt, ⁊ omissis ll. iudicat secundum canones, saltem eo casu vbi est facti questio.

Cum scriberem

1 [C]Um† scriberez super pcessu cause dudũ cepte ⁊ aliquãdiu agitate, per ⁊ inter honorabilẽ virũ magistrũ Jacobũ gobaudi ex vna parte, et nobiles Claudiũ ⁊ Spiritũ de aymonetis ex alia, non dixi put nec nũc dico ꝙ pretij minoritas ⁊ pactũ de retrouendẽdo faciant presumi, ꝙ cõtractus sonans in vẽditionem fuerit et sit, nõ quidem cõtractus vẽditionis, sed cõtractus pignorationis vel simulatus in fraudẽ vsurarum, sed dixi ꝙ ptij vilitas et pactum de retrouẽdendo faciunt psumi qd predixi. Sciebã em̃ ꝙ glos. ordinaria in. c. cõquestus. de vsu. non loquitur absolute de ptij minoritate, sed loquit̃ de ptij modicitate. Etiã. c. ad nostram. de emptio. ⁊ vendi. per qd pbatur dictum glos. nõ loquitur de ptij minoritate, sed de ptio qd vix medium iusti pretij cõtingebat, vbi pter hoc aduerbiũ vix, disputant Hosti. ⁊ Jo. de Jmol. an sufficiat ꝙ lesio sit vsq̃ ad dimidiã iusti pretij, vel opus existat ꝙ lesio hm̃oi illam excedat. Sciebam etiam Panor. dixisse in dicto. c. ad nostram. ꝙ nõ sufficiebat quelibet iniustitia ptij, sed debebat esse ptium valde tenue respectu valoris rei. Ad que si aduertisset egregius vir dñs ille iudex siue cõmissarius qui in hac causa sentẽtiam tulisse dicit̃, ipse pfecto cõperisset multos ex docto. ex aduerso cõtra id qd dixeram allegatis, nõ esse locutos cõtra glo. dicti. c. conquestus. et sequaces. Et primo quidẽ non Jaco. de are. et Cy. in. l.

2 ij. C. plus vale. quod agi.† Et quidem nõ in eo ꝙ ibi dicunt ꝙ ex modico ptio non põt pbari simulatio, sc3 ꝙ fuerit pignus, or nec ego asserui ꝙ pretij modicitas hoc psumi faciat. Sed dixi ꝙ pretij modicitas seu vilitas et pactũ de retrouẽdẽdo hoc psumi faciant. Neutrũ em̃ p se non sufficeret, sed opus est vtroq̃, vt etiam clarissime expressit Jo. de Jmol. in dicto. c. ad nostrã. col. ij. etiã nec Jaco. de are. nec Cy. in dicta. l. emptione. loquũtur cõtra id quod pdixi, quatenus inibi dicũt ꝙ licet pbetur emptorẽ fuisse vsurarium ꝙ res pluris valeret, et pactum de retrouẽdendo. Non ppterea psumitur pignus, quia isti nõ exprimũt de illa pluri valentia, de qua dixeram ⁊ dico, hoc est de ea que facit videri pretiũ valde tenue seu vile et modicũ. Et sic nõ loquuntur isti absolute cõtra glo. pdictã, et id qd dixi. Cõtra quos etiam refert Albe. in dicta. l. emptione. se obtinuisse in cõtingentia facti. Etiaz dicto Cy. respõdet Alex. de Jmol. cõsilio. xliiij. infra allegando. in tertio volu. Et qd dixi de Jaco. de are. et Cy. Jdipsuz dico de Sali. qui quo ad hoc fuit eor

3 recitator.† Etiam nec dictũ Bal. facit cõtra glo. pdictaz, qr Bal. nõ loquitur ibi de ptij vilitate seu modicitate, sed dicit ꝙ pactum de retrouẽdẽdo etiã factum cũ vsurario nõ facit presumi ⁊c. Et sic q̃uis Bal. loquatur de pacto de retrouẽdendo, nihil tamen dicit de ptij vilitate, quẽ ego posui alterum extremorũ. Ange. vero quẽ audio allegari in dicta. l. emptione, nihil oĩno de hoc ibi dicit in ea lectura, dico in mea: ⁊ hoc ideo quia scio eũ pluries legisse. C. Et sic nolo negare eũ aliquid de hoc dixisse in alia lectura. Ceterũ etiam dico ꝙ licet Ange. ipse allegetur ex aduerso in. l. ij. et in. l. si a te. C. de pac. conuẽ. Jpse tamen ibi nihil scripsit cõtra id qd dixi. solum em̃ scripsit ꝙ pactum de retrouẽdendo nõ facit psumi pignus qd ego cõfiteor. Etiã nec obstat ei qd dixi id quod not. Bald. in. c. j. de feu. da. in vicẽ legis cõmisso. ex aduerso allega. Qm̃ respondeo ꝙ Bal. nõ loquitur in terminis nostris, nihil em̃ ibi dicit de ptij vilitate seu modicitate. Et ita etiã illi dicto Bal. respondet And. sic. cõsilio. lj. exordiẽte, ✱ col. iij. ver. et l3 Bal. ⁊c. in primo volu.†

4 Et ꝙ pretij modicitas ⁊ pactũ de retrouẽdendo faciant psumi cõtractum sonãtem in vẽditionem esse cõtractum pignoratitiũ et sic simulatum vltra alios docto. al's p me allegatos. tenuerũt sequentes, vc3 Albe. vt pdixi. in dicta. l. emptione. C. plus vale. quod agi. vbi etiam dicit ita de facto obtinuisse corã magnis peritis. et affirmat ꝙ ita no. p Bernar. Jnno. et Hosti. in. c. p eum ibi allegatis. Hanc etiam partẽ secutus est Ambro. de vina. in repeti. dicti. c. ad nostram. vbi etiã affirmat ꝙ hoc voluerunt Joan. an. et Anto. de butri. post Jnno. in dicto. c. ad nostraz. et. c. illo vos. de pigno. Et subiũgit ꝙ hec est opinio cõmunis. Hanc eandẽ sententiaz secut' est Pau. de cast. in dicta. l. emptione. C. plus val. qd agi. et cõsilio cclxxx. exordiente, Uiso pcessu ⁊ attestationibus. Pro hac parte cõsuluit Joã. de ana. cõsilio. lviij. exordiente, Uisis instrumentis et alijs vidẽdis. Etiã p dicta parte cõsuluit Rapha. Fulgo. consi. cxxxiij. exordiente, Jn questione versa coraz dño capitaneo Trigesti ⁊c. Andre. sicu. vulgo Barba. cõsilio. lj. exordiente, Scripsit sapiẽtie fons Salomon ⁊c. in pma parte. vbi multa inducit. Etiã p dicta parte cõsuluit Alex. de Jmol. cõsi. xliiij. exordiente, Circa presentis cõsilij materiã ⁊c. in tertio volu. vbi etiã refert Bal. alicubi hoc sensisse. p dicta opinione bene facit dictum. c. ad nostrã. de emptio. ⁊ vendi. cui s̃m mentem Joã. an. in. c. illo vos. nõ bene respõdetur per Jaco. de are. et Cy. et idem dicit Alberi. in dicta. l. emptione. quod et reuera verũ est, put patere põt intuẽti dictum c. ad nostram. et respõsionem ad illud datam p Jaco. de are. et Cy. Etiam p hac opinione facit, quia nõ est verisimile ꝙ quis voluerit suum iactare, signãter vltra dimidiã iusti pretij. l. cum de indebito. de pba. Et dicit Alexã. de Jmol. in dicto cõsilio istã opinionem videri magis cõem, est ergo sequenda tam in cõsulẽdo ꝙ iudicando. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. et in. l. j. ff. de senato. de quo plene p cano. in. c. j. de constitu. vbi videri põt do. Feli. charta penult. col. ij. Preterea hec fuit opinio glo. in dicto. c. cõquestus. que vt pdixi habet multos et quidem non contẽnende autoritatis, sed toto orbe famosissimos qui eaz sequunt̃. Nõ est ergo ab ea recedendũ, per id qd voluit Jaco. butri. quẽ oẽs vbiq̃ ad hoc ppositum allegant in. l. j. qui p sua iurisdic̃. iudi. da.

5 dari ve pos.† Quãta autẽ sit glo. autoritas, et quomodo in cõsulendo ⁊ iudicando sit ei adherendũ videatur si placet Andre. sicu. in dicto cõsilio. lj. col. iiij. ibi, et in dubio iudicandũ est p opinione glo. cõsi. xlv. exordiente, Mãdato et iussu dñor sexdecim ⁊c. colũ. iiij. ver. et quante autoritatis sit glos. in iudicante, apparet ex doctrina Bal. in. l. cũ hereditas. C. de po. ⁊c. in scda parte. et consil. lx. exordiente, Jllud afferam in mediũ, qd sapiẽtissimus Salomon dicit ⁊c. col. x. versi. et claruz est ꝙ autoritas glo. omnes antecellit. in scda parte. in quibus locis et multa ⁊ elegantia cõmemorat ad

6 glo. cõmẽdationẽ.† Preterea vt dicit Alex. de Jmol. i dicto cõsi. xliiij. Jsta opinio vtpote magis tuta p salute ⁊ exoneratione aĩarum, esset etiam in dubio amplectanda. c. iuuenis. de sponsa. Ex quibus vna cũ his q̃ al's dixi infert̃ dictum cõtractum fuisse, non quidem venditionis ⁊ emptionis, sed pignoris: ita vt dici debeat pratum et hortum fuisse pignori datos nõ venditos, et sic illorum dñium remansisse penes ptensum venditorẽ qui presumitur fuisse mutui receptor ⁊ impignerator dictorum pdiorum.

7 † Ad opposita ex aduerso respondeo primo quo ad autoritates docto. multi sunt, vt predixi, qui pace salua dixerim nõ loquuntur in terminis q̃stionis. Et sic effectualiter nõ cõtradicunt dicto glo. in. c. cõquestus et sequaciũ. si qui vero existant qui loquant̃ in terminis et glos. contradicant. Dico vt iam dixi potius esse adherendũ dicto glo. et sequacium. causis et rõnibus allegatis. Ad id vero qd opponit̃ de. l. in cause.

8 la. ij. §. penult. ff. de mino.† sc3 ꝙ licitum est cõtrahẽtibus seinuicem decipere. Respõdeo ꝙ q̃uis licitum existat, immo forte non existat, sed magis. l. ciuili permissuz ꝙ cõtrahentes reipsa se decipiant vsq̃ ad mediam iusti ptij. Nõ est tamẽ licitum, quinimo nec permissum ꝙ vltra illã se decipiant. l. ij. C. de rescin. vendi. et. c. penulti. de emptio. et vendi. hic autẽ fuit ille ptensus venditor deceptus nõ vltra dimidiam, nõ etiam dũtaxat vsq̃ ad illam, sed lõge

9 vltra.† Ad secundũ dico ⁊ respõdeo ꝙ licet pactum de retrouendendo q̃tũ est de se, et si aliud nõ interueniret sit licitũ, quãdo tamen miscetur pretij vilitati, facit psumi aliquid qd al's nõ psumeretur, sc3 ꝙ cõtractus sonans in vẽditionẽ sit apparẽs ⁊ nõ existẽs venditio, et reuera contractus pignoris. Ad aliud ꝙ opponitur

10 de iuramento, dico ⁊ respõdeo ꝙ nõ obstat.† Tũ quia iuramẽtũ nõ firmat cõtractum simulatum, nec obligat cõtrahentem ad nõ cõtraueniendũ, vt voluit glos. et docto. cõmuniter in dicta. l. emptione. Joan. de Jmol. in. l. nemo põt. vbi etiam per Alexã. colũ. vj. versi. sed est dubium quid si in cõtractu simulato ⁊c. ff. de lega. j.

11 † quia iuramẽtum regulatur s̃m mẽtem cõtrahentium. l. si. C. de nõ numera. pecu. de quo Bart. in. l. si quis p eo. in octauo mẽbro. ff. de fideiusso. et dicit Alexan. de Jmol. in dicta. l. nemo. col. vij. ꝙ glo. in dicta. l. emptione. quam Ange. ibi reputat singularẽ. tenet ꝙ cõtractus simulatus nõ firmetur iuramento, et ꝙ illam cõmuniter sequuntur legiste. Joan. de Jmol. in dicto. c. ad nostraz. col. si. ver. an aũt iuramentum. post Flori. ⁊ Pet. de ancha. dicit ꝙ iu-

12 ramentum nõ impedit quominus dicat̃ de simulatione,† quia cũ cõsensus deficiat in cõtractu simulato, iuramentum ad ipsum nõ extenditur. per id qd habetur in dicta. l. si. C. de non numera. pecu. et. l. si. ff. qui satisda. cogã. vbi enim cõtractus deficit ratione cõsensus, tantum importat iuramentum q̃tum simplex cõtractus. per theoricam quam ponit Barto. in dicta. l. si quis p eo. versus si. et post eum Fran. de are. in. l. j. §. si quis ita. col. vj. ver. tu aũt aduerte. ff. de verb. obliga. que pbatur s̃m ipsuz Fran. in dictis duabus. ll. supra p hoc dicto allegatis. Pro quo bene facit quod voluit Oldra. cõsilio mihi. clxxxvij. exordiente, Cum mulier donatrix post

13 donationem ⁊c.† Dicit enim ꝙ iuramentum nõ auget obligationem, sed ei intra suos limites manenti, adijcit religionis vinculum. quod dictum refert Bal. in dicta. l. si. circa principium. C. de nõ numera. pecu. Tum etiam nõ obstat iuramentuz p eo: quia ille pretensus venditor nõ agit sed cessionarius qui nõ astringere-

14 tur iuramento, etiam si al's cedens esset astrictus,† quia iuramẽtum quo ad vinculum periurij est personale, vt dicit Jnnocen. et

sequuntur docto.in.c.veritatis.de iureiuran.legiste in aut.sacramenta puberum.C.si aduer.vendi.et Bal.in dicta.l.emptione.et Porc.in.§.fi.institut.de here.quali.et diffe. Pro quo videri põt quod posuit do. Jason may.in dicta aut.sacramenta puberũ.col.x.ver.et si dicas.et Joan.de Jmol.in.l.qui supstitis.col.iiij.vel.v.ff.de acqui.heredi. Ad id qđ opponitur de eo qđ no.glo.in dicta.l.ij.C.de rescin vendi.et in.c.cum causa.de emptio.⁊ vendi.scz ꝙ iuramẽtum excludit a bñficio pdictorũ iurium. Respõdeo ⁊ fateor ꝙ si est pstitum ꝑ maiorem, tunc excludit ſm opinionẽ magis cõmunẽ: sed hic non apparet ꝙ ille pretensus venditor esset maior. Preterea ⁊ istud magis placet hic non est intentatum remedium illoꝝ iurium: non enĩ psupponimus fuisse verã venditionem, sed apparentẽ ⁊ verũ pignus, et sic nõ sumus in terminis. Insup etiã nec obstat intentioni partis nostre id qđ opponitur ꝙ ipsa agere nõ potuerit cõtra dictos de Aymonetis, † cũ ex pacto de quo supra, oriatur actio psonalis ex vẽdito vel pscriptis verbis.l.ij.C.de pac.inter empto.⁊ vendi.que nõ datur cõtra singularem successorem.l.fi.§.fi.ff.de cõtrahen.emptio.et aliis multis allegatis ex aduerso in.§.preterea.et istud maxime ⁊c. Quĩ respondeo ad hec oĩa vnico verbo, scz ꝙ illa pcederent vbi pratũ ⁊ hortus fuissent vere venditi, et deinde in executionẽ vere vẽditionis traditi emptori, et sic dñium in eũ translatum. Sed vt dixi, isti nõ fuerunt vere seu existenter sed apparenter vẽditi et vere pignori dati ꝑ viginti florenis, qđ vt sepe superius dixi, psumitur ꝓpter illa duo, scz pretij vilitatẽ et pactum de retrouendendo. Potuit ergo ipse magister Gobaudi agere cõtra dictos de Aymonetis.

16 † Preterea etiam nec obstat qđ vlterius opponitur, scz ꝙ ſm glos.⁊ docto.cõmuniter speciale est in pacto.l.cõmissorie et adiectionis in diem, ꝙ dñium ipõ iure retransferatur ꝑ iura q̃ ex aduerso allegãtur in.§.pterea. Pro hac parte facit ⁊c.de quo plene ꝑ Alexan.de Jmol.consilio.x.ꝑ totũ. in primo volu.et consilio.xcij.exordiente, Perspectis his que in themate ⁊c.in eodẽ volu. Quĩ respondeo ꝙ et iura ⁊ docto. ex aduerso allegatis, et plenius ꝑ Alexan.in dictis cõsiliis, presertim in x.loquuntur eo casu quo vere in vim primi cõtractus translatũ est dñium: eo enĩ casu, etiaz si resoluatur cõtractus, nõ tamen retrãsit dñium ipso facto, sed opus est traditione regulariter, nisi vbi resoluitur in vim pacti legis commissorie vel adiectionis in diẽ: sed hic nõ est sermo de resolutione cõtractus vel retransitu dñij predictorum prediorum: quia vt predixi, hic vere fuit cõtractus pignoris per quẽ non transfertur dñium non cõtractus vẽditionis, nisi simulate ⁊ apparenter et in fraudẽ vsurarum, vt vez possent dicti aduersarij sine metu ⁊c.fructus interim percipiendos facere suos. Et eodẽ modo respõdeo ad ea de quibus opponitur in.§.pterea. ꝙ in pacto legis cõmissorie et adiectionis in diem ⁊c.

17 † Preterea etiã nec obstat qđ vlterius inducitur ex aduerso in.§.preterea intentioni dicti magistri ⁊c.quia quicquid ibi dicatur nõ est plene ꝓbatum quod dñs Antonius albi scripserit apocham, de qua ibi.pro quo remisisse sufficiat ad ea que aĺs scripsi in schedula exordiente, Pretij vilitas ⁊c.§.intẽtioni vero dicti magistri ⁊c.que refricare nõ oportet, quinimo nec expedit: quibus tamen adijcio ꝙ dato citra preiudicium veritatis ꝙ sufficienter aut plene ꝓbatum extitisset dictam pretẽsam apocham fuisse scriptam ꝑ dictum dñm Antoniuz: illa adhuc non noceret ipsi magistro Jacobo eius cessionario, rationibus ⁊ causis aĺs per me allegatis, quibus nunc addo no.ꝑ Joã. andre.in addi.Specu.titu.de cessio.actio.§.j.in addi.exordiente, Guido de suza.mouens hoc dubium ⁊c.et titu.de teste.§.nũc tractemus.in addi.exordiente, Et huic contrario statur.et Pau.de ca.consilio.lxxxiij.exordiente, Ad id de quo queritur ⁊c. Nec premissis opponat aliquis ꝙ illa ꝓcedunt in cõfessione facta ꝑ cedẽtem post factam cessionez, sed in casu nostro remissio pacti de qua opponit pars, facta est ante cessionem. Quĩ respondeo ꝙ istud nõ obstat, ea maxime ratione, quia non apparet dictam ptensaz apocham ⁊ remissionis de qua in ea fuisse factas ante cessionem. Et quidem non per datam, quia illa non ꝓbatur per scripturam, nisi forte in preiudicium scribentis si illam recognosceret, et ita confiteretur, non autẽ in preiudicium tertij, vt aĺs dixi: non etiam per illos pretensos subscriptos, quia ipsi non deponunt de tempore, nec etiam affirmãt ꝙ tempore pretense date eiusdem apodexe hec facta extiterint, sed dicunt eorum aliqui se de tempore non recordari. Unus autem eorum dicit ꝙ nondum cucurrerant septẽ vel octo anni quibus illã subscripserat. Non etiaz per illos pretensos notarios qui deponunt apocham huiusmodi fuisse scriptaz manu dicti domini Antonij, quia illi nihil deponũt de data seu tempore facte remissionis. Et ita dici non potest fuisse ꝓbatũ ꝙ ante cessionem de qua apparet per publicum instrumentum facta fuerit dicta pretensa remissio, quod tamen ꝓbandum erat ad hoc vt exceptio parte dictorũ de Aymonetis opposita elideret intẽtionem dicti magistri Gobaudi per doctrinam quam ponit Barto. et post eum alij in.l.non soluz.§.sed vt probari.ff.de no.ope.nuntiatio. Et ita non obstant ex aduerso allegata in.§.preterea intentioni dicti magistri ⁊c.et in.§.de tẽpore autẽ.vsq3 ad ver. Et psupposito citra veritatis preiudicium ⁊c.

Insuper nec etiam obstant deducta ⁊ allegata in dicto ver. Et presupposito ⁊c.nec.l.quotiẽs. C.de rei vendi. Quoniam respondeo ꝙ inibi scripta.et.l.predicta ꝓcedunt in casu in quo res primo tradita est in vim contract⁹ apti seu habilis et idonei ad translationem dñij, cuiusmodi nõ est contractus pignoris in vim cuius non in vim vere venditionis pratum et hortus de quibus in causa traditi extiterũt dicti de Aymonetis. Ad id vero de quo vlterius opponiť in dicto.§.de tempore autem.ver.et vlterius cõstat ⁊c. Respondeo ⁊ dico dictos de Aymonetis opponere nõ posse de prescriptione, ea maxime ratione, quia non habuerunt pratum ⁊ hortum predictos ex cõtractu habili ad transactionem dñij, sed ex contractu pignoris. Nõ possunt igitur opponere, nõ dico venditori sed vero debitori seu cessionario illius, exceptionem prescriptionis, nec enĩ impedire quomin⁹ actione cõpetente dicta predia recuperet. Pro quo allegasse sufficiat breuiter et succincte not.per Ange.are.in.§.actionum.in materia pignoratitie actionis.institu.de actio.

Ex quibus apparet sentẽtiã pretensi domini commissarij fuisse et esse iniquam ⁊ iniustã, quinimo etiam fuit et est nulla, vtpote lata ab eo qui nullaz habuit iurisditionem, si est verum ꝙ litere commissionis ei presentate non extiterint, 18 † quia ante presentationem literarum nec cõfertur nec aufertur iurisditio, vt voluit Bald.in.l.j.C.vt lit.penden.de quo aliquid per glo.in cle.j.super verbo, receptis.de ꝓcura.per Alex. de Jmol.in.l.sed et si de sua.ff.de acquirẽ.heredi.per Inno.in.c.ex conquestione.de restitu.spolia. Ad quod optime facit.c.super eo.le.ij.de appella.vbi plenissime per docto.et signanter per Phili.fran.et do.Prepo. Fuit etiam et est nulla, quia lata post recusa.et electionem adiũcti.pro quo allegasse sufficiat qđ voluit Bart. 19 in.l.quia poterat.ff.ad trebel.per.l.j.C.si quacũ.pdi.potesta. † vbi facta recusatione iudex omni iurisditione priuatus est, ergo processus est nullus.c.licet.de offi.lega.et.C.si a non cõpeten.iudi. Et idem voluit Hostien.in.c.cum speciali.de appella. Hanc opinionem secuti sunt multi ⁊ graues viri relati per Alexan.de Jmol.in dicta.l.quia poterat.quã etiam sequitur ipse Alexan.

Etiaz nec obstat quod opponitur sententiam primi iudicis fuisse nullam, ꝑ eo quia in ea asseritur Benedictum scodi alterum ex testibus mortuum fuisse tempore apodexis, quod vt pretenditur nec fuit dictum nec propositum, nec mentio facta in ꝓcessu. Quoniã respondeo ꝙ ex hoc etiã si sic esset nõ concluderetur nullitas pdicte sententie, q2 ex hoc dici non posset error fuisse in sententia absolute, sed solum dici posset 20 ꝙ habita relatione ad acta eliceret ex illis, † sed error qui ex actis elicitur nõ reddit sentẽtiam nullam.per id quod no. Panor.in.c. inter ceteras.de re iudi.post glo.Inno.et Bar.in locis ab eo allegatis.de quo plene per do.Feli.in dicto.c.inter ceteras.colũ.j.per Alex.de Jmol.et alios in.l.vnica.C.de erro.calcu.tunc enĩ posset dici error, de quo supra, sententiam vitiasse si iudex dixisset sibi cõstitisse depositione A.et B.testiũ dictuz Scodi fuisse mortuũ ⁊c. si ex depositionibus predictorum A.et B.appareret eos respondisse se nihil scire.

21 † Insuper nec etiam obstat qđ opponitur pdictam sentẽtiam ideo fuisse nullam, quia lata est per iudicem laicuz, que tamen ferri debuisset per iudicem ecclesiasticum, et causa coraz eo agitari, cũ dictus magister Gobaudi pretenderet contractum fuisse vsurarium. Tũ quia vsure repeti pñt, nõ solũ in foro ecclesiastico, sed etiã in foro seculari ⁊ corã iudice seculari: qđ sic videť posse ꝓbari, q2 si dicam⁹ hoc fieri non posse corã iudice seculari, aut istud cõtingit, ꝑ eo q2 talis cognitio includit causam spiritualẽ seu rem cause spiritualis, sicut causa legitimitatis ꝓpter matrimonium.c.tuam.de ordi.cogni.et.c.lator.qui filij sint legi. Et hoc est falsum, quia causa vsurarũ nõ includit aliquaz 22 spiritualitatem, sicut nec alia crimina regulariter. † Dico regulariter ꝓpter crimen symonie et crimen hereseos, de quo dicit tex. ꝙ est mere ecclesiasticum in.c.vt inquisitionis.§.prohibemus.de hereti. Et ponderat Peť.de ancha.in repeti.c.ea que.charta.vij. de regu.iu.in sexto.verbum mere ecclesiasticuz, per quod ſm eum datur intelligi ꝙ nõ sint alia crimina mere ecclesiastica. Ratione

ergo

ergo spiritualitatis annexe dici non pōt istud crimen esse de foro ecclesie, aut dicemus ꝙ hoc contingat, ꝓ eo quia est crimen eccle-
23 siasticum.† Sed ꝓpterea nō videtur cognitionē debere denegari iudici seculari, sed potius permitti, ꝓut fit ꝛ fieri videmus in aliis criminibus ecclesiasticis etiam grauioribus, vt videri potest in sacrilegio ꝛ adulterio, de quibus in.c.cum sit generale.de fo.compe. Aduersus enim sacrilegos ꝛ adulteros sunt facte plures leges et penā statuunt, et per suos iudices illos puniri decernunt. De sacrilegio quidem patet in.l.si quis in hoc genus.C.de episco.et cle. et.l.sacrilegii pena.ff.ad legem iul.pecula.in.c.felicis.§.per hoc quoqꝫ.de peñ. De adulterio vero periurio / et incestu, patet.ff.de adulte.l.si adulterium cum incestu.et not.in.c.tue.de procura.l.si quis maior.C.de transac. Si eñ iuramentum ꝛ alia predicta non essent de foro seculari, tot nō essent leges edite super eis, qꝛ qui nō possunt iudicare non possunt statuere.c.ecclesia sancte Marie.de constitu.et quod not.ff.de iurisdi.omniū iudi.in rubrica. Si ergo alia crimina principaliter ꝛ vniuersaliter sunt de foro seculari, nō est dare causam quare crimen vsurarum nō sit etiam de foro secu-
24 lari. Preterea † si forte dicatur hoc crimen ideo nō esse de foro seculari, quia leges permittūt vsuras. Respondeo ꝙ hoc nō est verum, vt no. Joan.an.in regula peccatum.de regu.iu.in.vi.in mercuria. Adiicio ꝙ posito ꝙ de iure ciuili non essent ꝓhibite, nō ta-
25 men ex hoc sequeretur quin essent de suo foro.† Nā etiā vbi iudex secularis ƀm leges non potest de causa cognoscere ex defectu iuris litigatoris, tamen si canones aliter ꝓuident ꝙ̄ leges, iudex secularis erit competens: et omissis legibus iudicabit ƀm Cano. prout colligi potest ex his que habentur in.c.cum contingat.de iureiur. iuncto.c.licet.eo.titu.in.vi.et.c.ꝗ̄uis pactum.de pact. Et hoc voluit Pet.de ancha.in repetit.dicti.c.ea que.in secunda principali questione.qui etiam ibi refert se ita consuluisse: et est verum, scꝫ cōsilio.ccxxxvii.exordiente, Inherendo argumento questionis ꝛc. Pro hac parte etiam cōsuluit Gaspar.de calde. Idem voluit Jo. calde.in.c.post miserabilē.de vsu.et Pau.de leaza.in cle.vnica.super verbo, repetentibus.de vsu.quod saltem procedit eo casu quo est questio facti, an videlicet fuerit factum sic vel non, vt etiam voluit Bart.et docto.cōmuniter in.l.titia.ff.solu.matri.l.quotiens. C.de iudi.et.l.omni innouatione.C.de sacrosanc.eccle. Panor.in c.cum sit generale.de fo.compe. Multos refert qui etiā hanc partem tenuerunt. do. Prepo.in dicto.c.lator.col.fi.qui filii sint legi. vbi videri potest. Et dicit Bald.in dicta.l.quotiens.C.de iudi.ꝙ theorica Bart.de qua supra, seruatur de consuetudine. Et hec est opinio communis vt voluit Panor.in.c.cum sit generale.col.vi. ver.tertio ꝓsequēdo eādē glo.quero ꝛc.vbi ample ꝛ bene.de fo.cōpetē. Hic autem dubitatum est de questione facti nō iuris.

Consilium. CCXX.

De matre filie insolidum succedente, exclusis auo paterno et consanguineis fratribus, et de rebus alienis nō alienandis.

Summarium.

1 Mater in successione filie quos excludat, et an insolidū succedat, extantibus auo paterno et fratribus consanguineis.
2 Venditoris mala fides an noceat emptoribus, et qualiter conueniendus vbi possessores ꝑ prescriptionem se tuentur.

Christi nomine inuocato. Viso casu mihi misso parte honeste mulieris Catherine de salis relicte Antonii molini, et dubiis ex casu huiusmodi elicitis. Dico et respondeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi prout infra.† Et
1 primo ad primū, ꝙ ipsa Catherina debuit et debet succedere Alisie eius quondā filie, repulsis seu exclusis Petro molini auo paterno eiusdeꝫ Alisie, ac filio et filiabus ꝑfati quōdam Antonii ex prima vxore. Pro quo allegasse sufficiat id qđ habetur in auť.de heredi.ab intest.§.consequens.et.§.si vero cū ascendentibus.colla.ix.et transumptiue in auť.defuncto.C.ad tertulia. Et per hoc patet responsio ad secundum quesitum, ad quod dico ꝙ ipsa Catherina debet succedere insolidum.
2 † Ad tertium dico et respondeo, ꝙ cum ille Bertrandus molini patruus de quo in casu sciret aut scire deberet bona per eū vendita non esse sua, ipse fuit malefidei, et ipsius malafides nocuit et nocet emptoribus.auť.malefidei possessore.C.de prescript.long. tempo.

Ad quartum dico et respōdeo, ꝙ dicta Catherina debet agere et experiri cōtra possessores bonorum, vbi vero dicti possessores se possent defendere ꝛ tueri per ꝑscriptionem, quod non puto: tunc posset eadē Catherina agere cōtra dictum Bertrādum venditorem et petere pretium ꝑ eum habitum de bonis ratificando venditiones quas fecit.l.j.et quod ibi docto.C.de re.alie.nō alie.

Ad quintum dico ꝛ cōsulo eidem Catherine ꝙ ipsa vocare faciat possessores dictoꝝ bonorum cōtra quos offerat interrogatoria in quibus petat eos interrogari an teneant et possideāt bona dicte quōdam Alisie, et an insolidum aut ꝓ parte. Et si ꝓ parte ꝓ quota parte, insuper et an illa teneant et possideant ꝓ herede aut ꝓ possessore, an ve titulo aliquo, et quo. Et facta responsione deliberabitur sup datione libelli et actione in eo intentanda.

Cōsilium. CCXXI.

De legato relicto alicui vt suo filio, et de filiis ex vxore adultera natis qui patris esse censentur.

Summarium.

1 Vxor adultera partum in dubio mariti facit fauore ꝛ reuerētia matrimonii etiam si pater negaret, nisi tempore conceptionis ꝓbaret absentiam vel impotentiam.nu.seq.
2 Filiationem ex parte patris difficile est probare.
3 Matri filium ex adulterio natum dicenti, an credendum.
4 Legata relicta alicui vt suo filio an illi debeantur si non sit filius suus.

1 Cum† presupponatur in facto ꝙ tempore cōceptionis Joānis vulgariter dicti Rouerii, Catherina erat et antea extiterat vxor legitima ꝑbi viri Joānis gaudemaris, ꝙ qꝫ ipsa Catherina eidē Joanni gaudemaris suo marito cohabitabat: ꝑsumendū est in dubio fauore ꝛ reuerentia matrimonii ꝙ dictus Joannes fuerit filius naturalis ꝛ legitim⁹ prefati Joannis gaudemaris, etiā si verum esset ꝙ eo tempore eadeꝫ Catherina adulteraretur, vel al's alii viro, vel aliis viris carnali-
2 ter se commisceret, dici presumitur,† quia filiatio ex parte patris ꝓbari nō potest. Et ideo dicit lex, ꝙ mater certa est, pater autē est ille, idest esse ꝑsumitur, quē nuptie demonstrant.l.filium.ff.de his qui sunt sui vel alie.in.et.l.quia semp.ff.de in ius vocā.et ꝙ ꝑsumi debeat filius ꝑfati Gaudemaris, etiam si tunc eadē Catherina ei⁹ mater adulterabatur.est bonus text.in.l.miles.§.defuncto.ff.de adulte.ꝛ in.l.septimo mense.vbi etiā ꝓ hec iura hoc voluit Ange. Ideꝫ voluit Panor.in.c.transmisse.ver.in glo.penul.ibi, nat⁹ ꝛc. qui filii sint legi.et ideꝫ voluit in.c.accedens.ad fi.de purga.cano. et in.c.per tuas.de ꝓbat.et Andre.sicu.consilio.xxvii.exordiente, Scripsit doctissimus apud grecos.col.j.ꝛ consilio.lviii.exordiente, Sapienter dicit Psalmista ꝛc.quod ꝓcedit ƀm Panor.in dicto.c.accedens.etiaꝫ si idē Gaudemaris negasset vel negaret ipm Joannem esse eius filium, quia ex quo quis natus est ex vxore alicuius, ꝑsumitur natus ex marito, nec potest maritus eū non agnoscere in filiū suum nisi ꝓbaret se fuisse tempore cōceptionis absentem vel impotenteꝫ ad generandū ꝑ tex.not.in dicta.l.filiū.et qđ
3 ibi Bar.ff.qui sunt sui vel alie.in.† Procederet insuper qđ ꝑdixi, etiam si mater huius Joannis diceret vel assereret eum non esse filium ꝑfati Gaudemaris eius mariti, sed Hugonis rouerii forte eius adulteri, quia non esset illi credēdum in preiudiciuꝫ dicti filii per id quod not.in allegata.l.filium.et in.c.officii.vbi etiā ꝑ Panor.de peniten.ꝛ remis.

Quo sit vt potuerit dictus

6 †Ad sextū dico et respōdeo q̄ ipsa nobilis Dulceta vsufructuaria pro dimidia parte p̄dictorum bonorum, pro illa vero que donata est ipsi magistro Alziario, ipsa tenet et debet satisdare de vtendo fruendo arbitrio boni viri dicta medietate seu bonis predictis pro ipsa medietate, et de illis restituendis et reddēdis finito vsufructu, scz put extabunt siue sint res mobiles siue imobiles. l. j. l. si vsusfructus mihi. §. si vestis. et l. fi. cū ibi not. et fere per totum titulū. ff. vsufruct. quemadmo. caue. et l. quarta. et qd ibi p oēs. C. de vsufruc. et hoc pro reb⁹ q̄ vsu nō cōsumunt: p illis vero q̄ vsu cōsumunt vt est, vinū, oleū, frumētū, et alia hmōi prestari dz cautio de reddēda estimatione dictarum rerum finito vsufructu facta tamē prius estimatione anteq̄ cautio prestet et habito respectu ad estimationem scdm tēpus quo res tradunt vsufructuario, prout legitur. et not. in. §. cōficiunt. cū. §. seq. et qd ibi glos. in verbo, vestimēta. institu. de vsufruc. et. l. si cui. et seq. et fere per totū titulū. ff. de vsufruc. earū rerū que vsu cōsumū. et quod not. in. d. l. si vsusfructus mihi. §. si vestis. et in. c. fi. et quod ibi doc. de pigno. de quo plene per Alex. de imol. cōsi. lvj. in tertio volu. exordiēte, Habita sup narratis in themate rc. Debent etiam dicta bona describi, et de illis fieri inuentarium, per id quod etiam plene voluit idem Alex. in dicto consilio. lvj.

Cōsilium. CCXXV.

De rupto testamento per agnationem posthumi ex secūdo puerperio non comprehensi in institutione primi propter verbum presens, Et de legatis prestandis etiam rupto testamento.

Summarium.

1 Testator instituens vētrē vxoris an preterisse videatur posthumum ex alia pregnatura susceptum, et quando institutio posthumi non comprehendat omnes posthumos.

2 Testamento rupto per agnationem posthumi, legata an et quando debeantur.

Ponitur i facto q̄ duduz Anno vcz dñi. M. cccc xcij. et die. xxiij. mēsis Februarij, honorabilis vir Petrus blandini al's barier mercator, tunc deliberans visitare limina beati Jacobi apostoli Gallicie cōdidit suū vltimū testamētum in quo inter alia legauit iure legati reliqt honorabili viro Houdineto blādini eius fratri germano cētū florenos monete tūc currētis. Fecit et alia legata multa q̄ tñ nō ascēdebāt nec ascēdūt ad dimidiā partē, quinimo nec tertiā bonorum eiusdē testatoris. Heredē vero suū vniuersalem fecit et instituit posthumū seu posthumos equis partib⁹ et portionibus casu quo honesta mulier Anna eius vxor esset tunc pregnās, put eā esse credebat. Deinde fecit certas substitutiones inter posthumos et alias personas quas nō refero vtpote pposito non seruiētes. Successu tpis et infra mēsem dicta Anna vxor pregnās peperit vnū filiū: postea successu tpis, et forte post annū peperit aliū masculū, q post mortē patris vita funct⁹ est, et ab humanis decessit supstite dicto masculo prio nato, et ipsi defūcto substituto. Questitū est an legatū predictū debeatur insolidū aut p parte.

1 †Ad qd breuiter respōdeo q̄ hec dubitatio insurgit ex alia q̄ est, an posthumus scdo loco, et ex alia pregnatura suscept⁹ videat fuisse preterit⁹ vel institutus. Et videtur q̄ nō solū posthumus primo natus fuerit institutus: sed etiā posthum⁹ scdo loco nat⁹, p eo q̄ idē testator instituit posthumū seu posthumos, posthumi autē institutio cōprehēdit omnes posthumos. l. placet. ad fi. et. l. seq. ff. de libe. et posthu. Pro quo bñ facit quod voluit Oldra. cōsi. mihi. clxij. aliis vero. cxij. exordiēte. Quidā in suo testamēto sic dicit rc. et Jo. an. in addi. Specu. ti. de testa. sup rubrica. col. antepenult. ver. occurrit alia questio. vbi voluerūt q̄ si pater istituat vētrē vxoris et ex illa suscipiat idē testator multos posthumos, illi oēs cēsent instituti. Pro quo inducūt dictā. l. placet. cū. l. seq. et. l. cū inter veteres. ver. et maxime. C. de fideicōmis. liber. et hoc dictū sequut⁹ est Alex. de imol. in. d. l. placet. videt igit q̄ in casu nostro cēseri debeat fuisse institutus, non solum posthumus primo nat⁹, sed etiā alius postea et scdo natus. Et hoc esset verū si in testamento predicto nō essent posita illa verba, casu quo supradicta vxor meā esset nūc pregnans. Nā ppter illa verba videt se restrinxisse ad posthumū tūc existētē in vtero dicte Anne vxoris, et de illo sensisse nō de alio, per id qd voluit Ang. cōsi. l. exordiente, Symō notarius corpore et mente sanus rc. vbi voluit qd si testator dicat vētrem vxoris mee instituo si pregnans esset, vel dicat instituo illū qui esset in ventre, q̄ tūc nō videt posse cōprehēdi nisi ille qui tunc est in vtero. ar. l. bones. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. Et ideo alius posthumus postea genitus et natus videt rūpere testamētū tanq̄ preterit⁹. Et q̄uis hoc dictū Jo. and. nō videat placuisse Alex. de imol. in. d. l. placet. illud tñ videret pcedere in casu nr̄o i quo dictū est si pregnās est, in quo testator loquut⁹ est expresse per verbum presentis temporis, et sic videtur se retulisse ad illum posthumum qui tunc erat in vtero, et sic secūdo natus videtur rupisse testamentum.

2 †Sed quicquid sit puto qd si ne posthumus scdo natus nō ruperit testamētum siue ruperit, debeatur nihilominus legatū, de quo supra. aut. ex causa. C. de libe. prete. vel exhereda. et in corpore vnde sumit. que aut. habet locum etiā in preteritione facta ab ignorāte, vt tūc etiā cōseruentur legata, vt not. Bal. Sali. et Fulgo. in dicta aut. ex causa. et in hāc partem post multa videtur saltē disputādo inclinare Alex. de imol. hanc partē etiā sequut⁹ est Sali. in. l. j. C. de posthu. heredi. institu. et Jo. de imol. in. l. filio preterito. col. xiij. et multis seq. ff. de iniust. rup. et irri. testa. post Fran. de rāpo. vbi etiā dicit qd hoc voluit glo. fi. iūcto tex. in verbo, ignorāter. in. l. vxorē. ff. de manumis. testa. Et idē in effectu tenet Bald. in repeti. l. j. charta vlti. C. de sacrosan. eccle. Pro qua opinione facit. aut. vt cum de appellatione cognoscit. §. finautē obseruata. colla. viij. Et supposito citra preiudiciū veritatis qd opinio Bar. volētis cōtrariū in dicta aut. ex cā. et in suo cōsi. exordiēte, Quidam nomie Lap. rc. esset de iure verior, vel forte magis cōis, illa tñ nō pcederet in hoc casu in quo reperit saltem et sine dubio alius filius institutus. Quia queādmodū illum grauauit legatis, ita et grauasset posthumū scdo natum si de illo cogitasset. arg. l. titius. §. j. ff. de libe. et posthu. fm Bal. qui ita not. in. d. l. filio preterito. quē simpliciter sequit Alexā. de imol. in dicta aut. ex causa. Et hoc saltē debet pcedere in isto casu in quo idē testator instituit posthumū et posthumos, et sic videt voluisse legata deberi etiā si nascerent ex illo vētre tunc pleno plures posthumi. Si ergo ex illo vētre nō sit natus nisi vnus et postea alius qui mortuus est, nō est iniquū dicere q̄ iste fili⁹ teneat ad legata. Preterea opinio Bar. etiā restringit et limitat vt nō pcedat nisi legata ascēdāt vsq̄ ad dimidiā partē patrimonij, vel vltra fm Frā. de are. cōsilio xcij. exordiēte, Viso legato facto dñe Ymelde rc. col. vi. versi. modo cū preteritio rc. vbi multa elegāter dicit. Idē etiā voluit Ang. in. l. vxorē. ff. de manumis. testa. vbi limitat opinionē Bar. de qua supra vt nō procedat eo casu quo verisimiliter testator legata reliquisset, etiā si de filio cogitasset, qd dicit esse cōmittēdū arbitrio iudicis ispecta q̄titate et qualitate relictorum et personis quib⁹ relinquūtur. Et idē voluit Pau. de ca. i dicta aut. ex cā. Cū igit legata p dictū Petrū relicta nō ascēdāt ad dimidiā partē patrimonij, quinimo nec ad tertiā. Cumq̄ per institutionē per eum factā appareat eum voluisse q̄ legata soluerētur etiam si nascerētur plures posthumi, non videtur esse dubium quin in casu isto debeant legata solui, et signanter legatum dicto Houdineto eius fratre germano relictum. Et ita mihi videtur rc.

Consiliū. CCXXVI.

De renūtiatione successionis facta per matrem que filie nō obest, quominus succedat in gradu materno ex persona sua.

Summarium.

1 Renuntiatio successionis facta per filiam dotatam absente et nō cōsentiente illo de cuius successione agebat an sit nulla et cōtra bonos mores, et an firmari possit iuramento. nu. 5.

2 Renuntiatio patris qui decessit in vita illius de cuius hereditate agitur, an noceat suis liberis.

3 Filia renuntians successioni an videatur includere tacitam cõditionem si hereditas eidem deferretur: que si non euenit an habeatur pro non facta.

4 Liberi eius qui renuntiauit an possint venire ex persona matris vt succedant cum auunculis aut materteris auo: aut q succedãt in gradu materno ex persona tamen sua, vel q ex pacto repellantur.

6 Verbum potest positum in renũtiatione successionis trahitur ad futura quibus tempore renũtiationis ius re vel spe cõpetebat ex causa precedenti, secus aliter.

7 Paria sunt remittere iura que quis habet vel habere potest, et remittere iura que quis habet vel habere sperat sed ex causa precedẽti & nõ de futuro, scz directe successioni ab intestato.

8 Verbis pacti in futurum porrectis an pactio ad futura etiã porrigatur que peruentura sunt ex causa de futuro.

Christi nomine inuocato. Viso casu mihi exhibito parte nobilium Ludouici et Frãcesie de Mõteacuto filiorum naturalium & legitimorũ nobilis & generosi viri Joannis de Monteacuto, & nepotũ ex filia nobilis quondã et generose mulieris domĩe Guiraude day, dico & respõdeo renũtiationes seu quittãtias, de quibus in casu nõ nocuisse matri eorũdem nobilium Ludouici & Francesie, nec nocere seu obesse eisdem Ludouico & Francesie, quominus potuerit dicta eorum mater et possint dicti eius liberi ab intestato vna cum alijs de quibus in casu succedere nobili & generoso quõdam viro Rolando day. Et primo quidem non nocuit nec nocet renuntiatio seu quittantia facta per dictã nobilem Guiraudam. 1 † Et primo quidem eisdem nõ nocuit nec nocet quittantia facta per dictam dominam Guiraudaz. Tũ quia cum illa facta extiterit absente & non cõsentiente dicto quõdam Raymundo, de cuius successione seu hereditate agebatur, illa fuit & est nulla vtpote facta cõtra bonos mores. l. fina. C. de pac. que habet locum etiam isto casu, vt voluit Bald. consi. cccclxxij. exordiente, Quedaz puella fuit dotata a patre. in tertia parte. vbi Bal. reprehendit Bartol. in dicta. l. fi. colum. iij. volẽtem q si quis renũtiet spei de futuro, valeat renuntiatio. Et idem quod Bald. cõsuluit Fulgo. consil. lxxiij. exordiente, Paterfamilias habẽs filiũ patrie bãnitũ seu rebellem. vbi multa inducit. Idem voluit Frã. de are. in. l. qui superstitis. col. v. ver. est & quarta fallentia. ff. de acquir. heredi. Pet. de ancha. & Joan. de imol. in. c. q̃uis pactum. de pac. in vj. vbi etiam de hoc per Geor. na. col. xv. versi. decimo limita hanc decretalem &c. idẽ voluit Alexan. de imol. in. l. stipulatio hoc modo concepta. col. vj. ver. alias limitationes. vide etiam per eos. ff. de verbo. obliga. qui omnes videntur voluisse qd quittãtia seu renuntiatio successionis facta in manibus alterius q̃ illius de cuius successione tractatur non valet vtpote facta contra bonos mores et inducens votum captande mortis nec firmatur iuramento. regula non est obligatorium. de regu. iur. in vj. Et q̃uis Bart. in. d. l. fi. & Roma. in dicta. l. qui superstitis videantur tenere cõtrariũ, & quod etiam isto casu procedat dictum. c. q̃uis. tamen opinio precedens est cõmunis, & ideo nõ est ab ea vel in consulendo vel in iudicando recedendum. l. j. ver. crebrior apud veteres opinio. de offi. questo. l. j. ff. de senato. de quo per cano. in. c. j. de cõstitu. vbi domi. Feli. charta vlti. col. ij. ponit multas remissiones. Tum etiam nõ nocuit nec nocet dicta pretensa renuntiatio seu quittãtia cum dicta quõdam domina Guirauda ab humanis decesserit superstite & sibi superuiniente dicto quondam Rolando, 2 † quia exclusio seu renuntiatio patris qui decessit in vita illius de cuius hereditate agitur non nocet suis liberis. l. si ex patronis. §. fi. ff. de bo. liber. l. si qs filio exheredato. circa principiũ. ff. de iniust. rup. & irri. testa. 3 † Pro quo facit, quia renuntiatio per dictam do. Guiraudaz videtur habere tacitam conditionem si successio eidem deferretur, & ideo si illa tacita conditio non euenerit, prout nec euenit renuntiatio habetur pro nõ facta, & q renũtiatio huiusmodi nõ nocuerit liberis tenuit Bart. in dicta. l. qui superstitis. vbi etiam voluit Joan. de imol. col. ij. versi. an autem tale pactum filie habeat nocere filijs &c. et Fran. de are. col. vij. ver. tangit etiaz extra glos. Bar. hic nũquid nepotes &c. Bal. in. d. l. fi. col. iiij. versi. sed hic incidenter queritur &c. C. de pac. Alexã. de imol. in. l. pactum. col. iiij. versi. primo casu dic q nepotes &c. C. de colla. vbi etiã dicit istam esse cõmunẽ opinionem. & cõsil. lxxv. exordiente, Visis & diligenter prospectis. col. penul. versi. hoc pbatur ex his que not. Bar. &c. in primo volu. Non enim in hũc casum videtur ipsa domi. Guirauda renuntiasse bonis dicti Rolãdi. Sed solũ quando post illius mortem sibi delata extitisset eius hereditas. Et vbi appareret eam sic renuntiasse siue quittasse vt per quittãtiam tolleret spem que sibi competebat in hereditate dicti Rolandi, si que tamen sibi cõpetere dici poterat adhuc idem esset: quia ex quo filia dicte quõdã do. Guiraude successit in locũ eiusdem beneficio legis. aut. vt fra. filij. §. j. colla. viij. Nõ potuit hoc beneficium eis per matrem auferri. l. si arrogator. ff. de adop. Pro quo facit quod ponit Bar. in. l. liberorũ. ff. de verbo. signifi. quem etiam adducit Jo. de imol. in. d. l. qui superstitis. 4 † Et quod dixi dictam filiaz successisse in locũ prefate do. Guiraude, nõ intelligo qd sic in locum illius successerit, vt ppterea debuerit succedere ex persona matris, sed qd successerit in gradu materno, ex persona tamen sua. Et hinc est qd licet Sali. in. l. pactuz qd dotali. C. de pac. dixerit pactum nocere nepotibus quando volũt cum auũculis aut materteris succedere auo quasi tunc venire non possint ex persona matris que exclusa extiterat: communis tamẽ opinio est in cõtrariuz, scz q etiam isto casu nõ repellantur liberi eius qui renuntiauit vt potest videri per ea que no. doc. in. d. l. qui superstitis. & signanter Bart. Joan. de imol. & Fran. de are. Bald. Pau. de ca. & Jo. de imol. in. d. l. pactũ qd dotali. C. de colla. & doc. excepto Sali. in. d. l. pactum quod dotali. C. de pac.

5 † Etiã nec nocuit matri horũ liberorum, & cõsequenter ipsis liberis renuntiatio seu quittantia quam ipsa fecisse dicitur. Tum quia vt puto illa facta est absente & non cõsentiente dicto quõdam Rolãdo, et sic tanq̃ turpis rejici debuit vt superius dixi in quittãtia facta per dictã do. Guiraudã. Tum & quia quittantia hmõi non debuit extendi ad futura ad q̃ tempore quo facta est nulluz ius cõpetebat dicte matri re aut spe ex causa precedenti. l. qui cum tutoribus. & quod ibi Bart. & doct. ff. de transac. Cui dicto nõ obstat qd in trãsactione huiusmodi dictum fuerit ipsam matrẽ quittasse omne ius quod tunc habebat vel habere posset &c. 6 † Quoniam respõdeo q licet verbum potest aut verbum posset positũ in quittantia huiusmodi trahatur etiã ad futura. l. si ita quis. ff. de lega. ij. hoc tamen intelligẽdum est de illis futuris ad que tempore quittãtie huiusmodi cõpetebat ius re vel spe ex causa precedenti, vt voluit Bart. & post eum Alexã. de imol. in. l. quod seruius. ff. de condi. ob causam. idem voluit Bar. in. l. qui rome. §. duo fratres. in prima oppo. & in. vj. q. ff. de verbo. oblig. vbi etiam idem voluit Fran. de are. col. xviij. versi. adde etiã dictis Bar. &c. in. vj. q. & Alexan. de imol. col. lj. versi. itẽ inquãtuz 7 Bar. hic. in. vj. q. & Bal. in. l. spem. ad fi. C. de dona. † Pro quo facit quia remittere iura q̃ quis habet vel habere potest, & remittere iura que quis habet vel habere sperat ad paria iudicãtur vt dicit Bar. in dicta. vj. q. vbi etiã idẽ videntur sentire Frã. de are. & Alexan. de imol. in locis superius allegatis. Certuz est autem q cum quis remittit iura que habet vel habere sperat, intelligitur remissio facta de iuribus que habet vel habere sperat ex causa preexistenti nõ ex causa de futuro. d. l. quod seruius. & quod ibi Bar. & Alexan. de imol. ff. de cõdi. ob cau. l. si vxor. §. diuus. & quod ibi per illũ tex. not. Bart. ff. de adulte. & dicta. l. qui cũ tutoribus. ff. de transac. qd etiam voluit Bar. in. l. post emancipationem. ff. de libera. lega. ergo si quis remiserit ius quod habet vel habere potest, debet intelligi de eo quod habet vel habere potest ex causa preexistenti, nõ de eo qd habere potest ex causa de futuro. Per dictam igitur quittantiam nõ est censenda mater dictorum nobiliũ Ludouici & Frãcesie renũtiasse future & directe successioni ab intestato dicti quondam nobilis Rolandi eius auunculi: qr ad illam tempore facte renuntiationis huiusmodi nõ erat sibi aliqua spes. l. pretia rerũ. ff. ad leg. fal. not. Bart. in. d. l. post emãcipationem. & in. l. is potest. col. ij. ver. assumo illud scdm mẽbrũ. Et hic quero vtrũ ius adeũdi qd habet cõsanguineus &c. ff. de acqui. heredi. Sed forte opponeret aliquis q cũ hec mater nõ solũ simpliciter & absolute renũtiauerit iuribus q̃ habebat & habere posset in bonis &c. sed etiaz bonis que habebat & habere posset, tũc vel in futurũ, & ita videatur renuntiasse etiam illis iuribus que ex causa de futuro cõpetitura erant, per id qd not. Bart. in. l. j. col. ij. versi. quandoq; est aliquod ius qd 8 non cõpetit, nec re nec spe. C. de pac. † Vbi voluit Bar. qd si verba pacti porrigantur in futurũ, porrigatur pactũ etiam ad futura que postea peruenta sunt ex causa de futuro. Pro quo allegat in argumentum. l. si rem meam. ff. de verbo. obliga. & l. cum vir. & quod ibi not. ff. de vsu. per quod dictum dicit do. Jason may. in. d. l. j. colũ. vj. C. de pac. posse limitari decisionẽ Bar. in allega. l. post emancipationem. §. j. in. l. qui cũ tutoribus. in prin. in. l. qd seruus. ad fi. in. l. si vxor. §. diuus. l. qui rome. §. duo fratres. in prima colũ. & in quarta qõne. & duabus seq. Sed respõdeo q illud dictum Barto. in dicta l. j. C. de pac. nõ refragatur ei quod predixi: quia Bart. in dicta. l. j. loquitur eo casu quo verba sic concepta & formata extiterunt q ex illis apparebat contrahentes voluisse ea trahi etiam ad ea que cõpeterent ex causa de futuro. dicit enim, si verba pacti porrigerẽtur in futurũ,

in futurum, hoc modo, si quo tẽpore res ad me pertineret etiam ex causa de futuro facio tibi pactum de nõ petendo: quod nõ fuit factum in casu de quo queritur, ꝙuis enim mater horum nobiliũ Ludouici et Francesie dicant quittare omnia que habet vel habere posset tunc vel in futurum in bonis ⁊c. Non tamen dictum est vel adiectuz, etiã ex causa de futuro. Et ita nõ sumus in terminis in quibus loquitur Bart. in dicta. l. j. C. de pac. sed potius sumus in terminis in quib⁹ loquitur in dicta. l. qui rome. §. duo fratres. in prima opp. et. vj. q. Concludo igitur vt predixi quittantias predictas nõ obstitisse nec obstare dictis matri ⁊ liberis, ⁊ quod propterea eis nõ obstantibus successerit et succedere debuit dicta mater prefato nobili Rolãdo eius auunculo, vna cũ tribus eius materteris ⁊ nepotibus ex alia matertera predefuncta, ⁊ hoc ꝑ quinta parte. per ea que no. in aut. de heredi. ab intest. §. reliquum. colla. ix. et. aut. vt fratrũ filij. in prin. eadẽ colla. ⁊ transumptiue in auten. cessante. C. de legi. heredi. Que dixerim sub correctiõe cuiuslibet domini melius sentientis.

Cõsiliũ. CCXXVII.

De donatione iurata cõtemplatione matrimonij per patrẽ filio emancipato factam ⁊ insinuatam.

Summarium.

1 Arbiter rei sue an possit ea abuti maxime in donatione.
2 Causa an requiratur in donatione quemadmodum in alijs promissionibus.
3 Statutum Dalphinale super donationibus non faciendis sine certa solennitate, an habeat locum in donationibus factis cõtemplatione matrimonij ⁊ in iuratis.
4 Statutum secundum ius cõmune interpretandum.
Actus iuratus potentius est actu non iurato.
5 Emancipatis pater donare an possit sine iuramento, filijs vero familias cum iuramento.
6 Usufructus rerum donatarum retentio traditionem an operet̃.
7 Donatio an possit insinuari etiam postea ex interuallo.
8 Insinuationis potestas an sit volũtarie iurisditiõis ꝙ duret perpetuo vt ius adeundi hereditatem vel offerendi.
9 Donatio in qua donator cum iuramento renũtiauit insinuationi, an possit impugnari ex defectu insinuationis.
10 Donatio contemplatione matrimonij an sit simplex vel ob causam.
11 Excõmunicatus publice an possit de reb⁹ suis disponere, testari, et donare.
12 Preteritio vnius vel plurium ex filijs naturalibus ⁊ legitimis donationẽ factã alteri filio per patrẽ an anullet vel rescindat, ꝑpter immensitatem vsq̃ ad legitimam vel supplementum. nu. 14.
13 Legitima viuente patre filio an debeatur.
15 Legitima tanq̃ portio bonorũ nõ hereditatis post eris alieni et funeralis impense detractionem debetur.

1 N†re sua quilibet est moderator ⁊ arbiter, ita vt etiam ea abuti possit. l. in re mandata. C. manda. l. dudũ. C. de cõtrahen. emptio. ⁊ vendi. l. polla. C. de his qui. ĩ indig. c. de his. ad fi. de sepul. et. l. sed si lege. §. cõsuluit. ff. de peti. heredi. quod videtur maxime procedere in donatione in qua est pro ratione voluntas vt voluit Oldra. consilio. lxxij. exordiente, Factum tale est quedam certe et nominate persone ⁊c. ver. tertio queritur. 2 † Hinc est quod licet in promissionibus requiratur regulariter causa al's agenti ex eis obstat doli exceptio. l. pure. §. circa. ff. de doli excep. Secus tamen est in donatione, in qua vt predixi est pro ratione voluntas. l. j. ff. de dona. Quo fit vt potuerit nobilis et generosus quondam vir Guillielmus de vero donare nobili Joanni de vero eius filio emancipato et cõtẽplatione matrimonij tunc contracti, per ⁊ inter ipsum nobilem Joannem ex vna parte, ⁊ nobilem ⁊ generosaz mulierem. N. tholone ex alia.

3 †Cui quidẽ donationi in primis non refragatur neq̃ obstat quod in ea nõ interuenerit solennitas requisita per statutum Dalphinale, editum per Recolẽde memorie, serenissimum dominum Ludouicum tũc Dalphinum super donationibus non faciendis nisi sub ⁊ cum certa solẽnitate de qua in statuto huiusmodi. Tũ quia statutũ hmõi nõ habet locũ in donationibus factis cõtemplatione matrimonij vt etiã ibi expresse exprimit̃. Dicta vero donatio facta est ꝯtẽplatione dicti matrimonij vt in ea dicit̃ vt apparet ibi. Prefatus nobilis Guillielmus habẽs hmõi matrimoniũ vt dicebat acceptabile ⁊ iocundũ, ⁊ vt melius sortiat̃ effectũ ⁊c. Tũ ⁊ quia cum instrumentum de quo supra loquatur simpliciter, illud sibi locum nõ vendicat in donatione iurata vt ꝑbat Jo. de imol. in. c. cũ cõtingat. in tertio mẽbro. ver. nũc pro declaratione materie, an per statutuz possit ꝓhiberi ⁊c. de iureiur. 4 † quia statutum debet interpretari scd̃m ius cõmune. l. ij. C. de noxa. ⁊. c. cũ dilectus. de cõsue. Sed de iure cõi semper potẽtius operatur actus iuratus q̃ nõ iuratus. l. cũ pater. §. filius matrẽ. ff. de lega. ij. l. j. §. ⁊ cum lex. C. de rei vxo. actio. ⁊ in. l. pactum. C. de colla. iuncto dicto. c. cũ cõtingat. et. c. ꝙuis pactum. de pac. in. vj. Possunt pro hoc ⁊ alia multa allegari ⁊ induci, sed nec oportet nec expedit.

5 †Etiam donationi premẽtionate nõ refragat̃ neq̃ obstat qd̃ idẽ nobilis Joãnes esset fili⁹ naturalis ⁊ legitimus dicti quõdã nobilis Guillielmi. Tũ q2 ipse nobilis Joãnes erat ⁊ antea extiterat emãcipatus. Et quidẽ corã magistratu ad hoc cõpetẽti, ⁊ al's obseruatis debitis solẽnitatibus q̃ videri possunt, ⁊ deinde qd̃ habetur per Specu. tit. de natis ex libero vẽtre. col. x. ver. emancipationis aũt instrumẽtũ hoc modo cõficit̃ ⁊c. Filijs autem emãcipatis possunt eoruz patres donare. l. ij. cũ suis simili. C. de inoffi. dona. Et ita nõ obstat. l. donatiões. C. de dona. inter viruz ⁊ vxo. q2 illa loquit̃ in donatione facta filio existenti in patria patestate donatoris. Tũ q2 in donatione hmõi interuenit paternum iuramentũ per qd̃ fuit cõfirmata eadem donatio. vt not. Bal. in. l. si donatione. C. de colla. ⁊ apertius in. l. iij. C. de vsuca. pro dona. Et cõsi. ccclxv. exordiẽte, Premittẽdũ est ad euidẽtiã ꝙ donatio facta filio in potestate ⁊c. in tertia parte Alexan. de imol. in. d. l. si donatione. col. v. ver. vtrum autem donatio expresse facta a patre filio ⁊c. Et in cõsi. viij. exordiente, Uisis ⁊ cõsideratis his que in themate ⁊c. in secũdo volu. ⁊ cõsil. xx. in tertio volu. Fran. de are. cõsil. lxxvij. exordiente, Et ratio scribendi recte in cõsilijs ⁊c. col. iij. versi. circa tertium. de quo habetur in decisionibus magnifici Dalphinalis parlamenti decisione. cxlv. ⁊ decisione. cxlvj. 6 † Tum et quia si non fuisset iurata, quia tamen per retentionem vsusfructus idem quõdam nobilis Guillielmus censetur tradidisse res donatas dicto Joãni eius filio. l. quisquis. et. l. si qs argentum. §. sed si quidem. C. de dona. ⁊ quod not. doc. in. l. traditionibus. C. de pac. in. c. ij. de consue. ⁊ in alijs multis locis, fuisset ⁊ esset donatio hmõi per mortẽ eiusdẽ nobilis Guillielmi cõfirmata. d. l. donationes. C. de dona. inter virum ⁊ vxorem.

Etiã nec dicte donationi refragatur seu obstat qd̃ illa facta extiterit de castro rebus ⁊ iuribus excedentibus valorem quingentorum aureorum. Tum quia illa fuit ad postulationem tam dicti quõdam nobilis Guillielmi donatoris seu eius legitimi procuratoris ad hoc speciale mandatuz habentis, q̃ ad postulationez dicti nobilis Joannis rite ⁊ legitime insinuata. Cõstãte publico instrumẽto sumpto ⁊ recepto Anno dñi. M. cccc. xciij. ⁊ die octaua mẽsis Nouẽbris. 7 † Nisi quis forte dicere et opponere voluerit qd̃ insinuatio hmõi ideo nõ valuerit quia nõ tẽpore facte donationis de qua supra, sed post ex lõgo interuallo facta extiterit. Sed hoc non obstat: quia non solum potest efficaciter ⁊ valide donatio insinuari eo tẽpore quo fit, sed etiã postea ex interuallo, per id quod post Specu. not. Jo. and. in addi. Specu. titu. de instru. edi. §. porro. versi. donatio ⁊c. et Bart. in l. modestin⁹. ff. de dona. Pro quo allegat. l. fi. §. similiq̃ modo. C. de dona. ante nup. ⁊ vt dicit Ange. cõsi. clxxxj. exordiente, In dei nomine ⁊ sue matris virginis gloriose amẽ. Uisis instrumẽtis predictis ⁊c. col. penul. 8 † Cum potestas insinuationis sit actus mere facultatis ⁊ voluntarie iurisditionis qd̃ duret perpetuo sicut dicimus in iure adeundi hereditatem. l. licet. C. de iu. delibe. et in iure offerendi. l. cum acutissimi. per glos. C. de prescriptio. triginta anno. et in. l. j. per glos. C. de anna. prescriptio. Anto. vero de cana. in in suo tracta. insinuationũ. qõ. iij. credit qd̃ donator semper possit donationẽ per se factã insinuare seu insinuari petere causis ⁊ rõnibus per eũ allegatis super quibus nõ insisto, postq̃ illud certũ est donationẽ ꝑdictã potuisse insinuari etiã ex interuallo, ⁊ in tẽpore quo insinuata extitit. 9 † Tũ etiã nõ obstat q2 esto ꝙ illa insinuata non extitisset adhuc ex eo defenderetur tanq̃ efficax et valida: q2 idem quõdam nobilis Guillielmus renũtiauit insinuationi cũ iuramẽto, ⁊ iurauit nõ cõtrauenire. Nõ potest igitur donatio huiusmodi impugnari ex defectu insinuationis, per id quod voluit Joan. and. in addi. Specu. tit. de instru. edi. §. porro. ad fi. Federi.

cõsi. mihi. xcij. exordiente. Cum lis ⁊ questio. Alexã. de imol. multos referens in. l. nemo. ff. de leg. j. cõsi. iiij. exordiẽte, Circa primuꝫ quesitum. col. xij. ver. nec ad hoc obstat. ⁊ cõsil. xij. exordiente, Uiso instrumento donationis ⁊c. in primo volu. ⁊ in alijs multis, scꝫ cõsi. lxxxij. col. penulti. ⁊ si. in secundo volu. ⁊ cõsil. xx. in tertio volu

10 mine. † Preterea cum dicta donatio facta extiterit cõtemplatione matrimonij vt predixi, illa videtur fuisse donatio nõ quidẽ simplex, sed ob causam. ar. l. põponius philadelphus. quod etiam voluit Ambro. de vina. in quodam suo cõsi. exordiente, Pridem cõtractũ fuit matrimonium ⁊c. col. penul. pro quo etiam videri potest quod ponit domi. Gui. pa. in dicta decisione. cxlv. Non ergo fuit opus quod donatio huiusmodi insinuaretur, per id quod ponunt doc. in. l. attilius regulus. ff. de dona.

11 † Preterea etiam eidẽ donationi nõ obstat quod audio ex aduerso opponi vel de opponẽdo cõminari, scꝫ ꝙ tempore facte donationis dictus quõdam nobilis Guillielmus esset publice excõmunicat⁹, et quod propterea nõ potuerit de bonis suis disponere nec illa donare. Pro quo forte allegantur not. per Hostien. in. c. veritatis. de dolo et cõtuma. Sed istud nõ obstat. Pro quo allegasse sufficiat not. per Inno. ⁊ alios scribentes qui cõmuniter tenuerunt ⁊ tenent cõtra Hosti. vt ibi videri potest. Et quia hec opinio est cõmunis ⁊ fulsita multis rationibus ⁊ motiuis, non est ab ea in cõsulendo vel iudicando recedẽdum. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. l. j. ff. de senato. not. cano. in. c. j. de constitu. vbi do. Feli. charta vltima. col. ij. ponit multas remissiones.

12 † Etiã donationi predicte nõ refragatur neqꝫ obstat quod in ea mẽtio facta nõ extiterit de nobili quõdam adolescente seu iuuene. N. de vero mentecapto, filio naturali ⁊ legitimo eiusdem nobilis Guillielmi, quia licet paternuꝫ testamentum sit nullum regulariter propter preteritionẽ filij iam nati. auꝫ. ex causa. C. de libe. preteri. vel exhereda. et i corpore vnde sumitur. cuꝫ multis simili. Nõ tamen reperitur quod ꝓpter preteritioneꝫ vnius vel plurium ex filijs naturalibus ⁊ legitimis donatio facta alteri filio censenda sit nulla, immo potius cõtrariũ. auꝫ. vnde ⁊ si parens. C. de inoffi. testa. ⁊. l. j. l. ij. l. si totas. et. l. si liqueat. C. de ioffi. dona. Nõ est ergo hoc dicẽdũ. l. illã. C. de colla. et auꝫ. de trien. et semis. §. cõsideremus. colla. iij. Fateor tamen ꝙ si donatio predicta fuisset immensa, ⁊ ipse mentecaptus eidem nobili Guillielmo suo patri superfuisset, ipse potuisset petere legitimam aut supplementum legitime a dicto nobili Joanne. Et sic vsqꝫ ad legitimam seu supplementum huiusmodi obtinere rescisionem donationis nõ vltra, per id quod habetur in dicta auꝫ. vnde si parens. ⁊ l. si totas. C. de inoffi. dona. ⁊ qd not. doc. in. l. j. eo. titu.

13 † Sed quia hic filius mentecaptus vita functus est, ⁊ ab humanis decessit superstite ⁊ sibi superuiuente dicto nobili Guillielmo eius patre, nõ est hic querendum de sua legitima que nulla sibi debebatur viuẽte Guillielmo patre, vt voluit Cy. ⁊ Bar. in. l. si. ff. de libe. agno. Bar. in. l. post emancipationẽ. in prin. ff. de libe. lega. Bald. in. l. lex cornelia. ff. de vulga. ⁊ pupil. Panor. in. c. raynutius. de testa. Alexã. de imol. in. l. si cũ dotẽ. in prin. in col. viij. ff. solu. matrimo. et alij in alijs locis.

14 † Pro predicta etiã dico qd si donatio predicta fuerit adeo immensa seu magna ꝙ id qd remansit in bonis dicti nobilis Guillielmi vel id quod alijs liberis donatum est per eundem nobilẽ Guillielmũ nõ sufficiat ad eorum legitimã: nõ propterea fuit nec est nulla dicta donatio, ꝙuis illo casu possent isti petere legitimã si nihil haberẽt vel nihil fuisset donatum aut supplementum legitime, si id qd donatũ est ad legitimaꝫ nõ sufficiat nõ vltra. Nec possunt ipsi agere ad reuocationẽ toti⁹ donationis etiam si dicerẽt donationem predictã fuisse inofficiosam re ⁊ ꝯsilio. dicta auꝫ. vnde ⁊ si parens. l. si totas. ⁊. l. si liqueat. ⁊ qd not. doc. in. d. l. j. C. de inoffi. dona. Et cum eidẽ nobili Guillielmo superfuerit sex liberi, scꝫ quatuor filij masculi, vna filia, ⁊ vnus nepos seu neptis ex alia filia ꝑdefuncta, legitima istorũ sex liberorum est dimidia pars bonoruꝫ dicti quõdam nobilis Guillielmi. auꝫ. de trien. ⁊ semis. §. j. colla. iij. et transumptiue in dicta auꝫ. nouissima. debet tamen detrahi es alienum hoc est debita per ipsum quõdam Guillielmum ⁊ funeris impẽsa ante detractionem legiti

15 me, † quia legitima non debetur nisi detracto ere alieno ⁊ funeris impensa. l. papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffi. testa. hinc est quod vt dicit Bart. in. l. ex facto. la grãde. ff. de heredi. institu. Jaco. butri. in. l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. Bal. in. l. quotiẽs. col. j. C. de heredi. instit. ⁊ And. sicu. in repeti. c. raynald⁹. charta. lxxiij. col. j. de testa. ꝙ legitima nõ est quota hereditatis, sed bonorũ. Et ita mihi videtur respondendo breuiter ⁊ succincte super articulis occurrentib⁹, sub correctione tamẽ cuiuslibet domini melius sentientis, parato autore domino cum expedierit plenius scribere super his ⁊ eorum quodlibet.

Consilium. CCXXVIII.

De non inquietando ⁊ in possessione turbando donatario qui ante donatoris mortem rebus donatis legitime possidet.

Summarium.

1 Donatarius possidens ante mortem donatoris an pendente lite veniat spoliandus vel ei inhibendum quominus possessioni incumbat, ⁊ ea vtatur.

1 Quia † prius et diu anteqꝫ ab humanis decederet prouidus vir Petrus boneti oppidi seu castri Ualriaci nobilis et generosus vir Antonius de verona erat ⁊ existeret i possessiõe reali actuali ⁊ corporali medietatis omnium bonorũ rerum ⁊ iurium que antea extiterant eiusdem Petri boneti, ⁊ hoc ex causa donationis inter viuos, ⁊ ipsum Petrum boneti sibi facte ⁊ sequute traditionis cõstante publico instrumento parte eiusdẽ nobilis de Verona in hac causa producto, nõ fuit nec est idẽ nobilis Antonius in possessione seu quasi medietatis bonorum huiusmodi spoliandus aut priuãdus. l. fina. C. si per vim vel alio modo. quinimo nec debuit aut debet in possessione huiusmodi seu quasi quõlibet inquietari aut turbari, nec fuit vel est eidẽ inhibendũ, quominus pẽdẽte lite eidem possessioni incũbat, ⁊ ea vtatur. Pro quo allegasse sufficiat not. ꝑ Panor. in. c. cuꝫ venissent. col. vj. ver. ⁊ ex hoc infero. de in integ. restitu. ⁊ do. Preposi. in. c. significãte. col. j. de appella. Quãobrem idem nobilis Antonius seu eius legitimus ꝓcurator procuratorio nomine eiusdem deliberando super quadam pretẽsa schedula exordiente, Dũ vitã ageret in humanis ⁊c. parte Petri, Joannis, Joanne ⁊ Magdalene pretensoruꝫ liberorũ eiusdẽ quõdã Petri in hac causa oblata, ac petitis ⁊ postulatis in eadẽ, dicit ⁊ se aduersus petitat postulata huiusmodi opponẽdo respõdet dicta petita aut postulata fieri nõ debere cõtra eosdeꝫ Petrũ Joãnem, Joannã, ⁊ Magdalenam: solẽniter ꝓtestans qd si via facti ipsi quomodolibet tẽptauerit eũdẽ spoliare aut facere quominus dicte eius vere possessioni seu quasi incumbat, et eã cõtinuet ipse resistet ⁊ eos repellet. ꝓpter qd etiã requirit vos egregiũ virum dominum iudicem Ualriaci seu vestrũ locũtenẽtẽ et quẽcunqꝫ alium in hac causa ius reddentẽ seu redditurum, cui per dictum publicum instrumentum sufficienter ⁊ legitime apparuit ⁊ apparet de donatione ⁊ traditione superius mẽtionatis: vt eisdẽ Petro, Joanni, Joanne ⁊ Magdalene pretẽsis liberis inhibeatis ⁊ deffendatis sub pena ⁊ penis merito formidabilibus ne pẽdente causa huiusmodi et in preiudicium eiusdem nobilis Antonij ⁊ dicte sue possessioni seu quasi aliquid attentẽt seu quomodolibet innouent. Protestãs si secus fiat seu fieri omittãtur que parte ipsius nobilis Antonij fieri iuste postulantur de penis iuris tã contra vos ꝙ dictos Petrum, Joannem, Joannam ⁊ Magdalenam ⁊ ꝙ per eum nõ stetit neqꝫ stat, quominus scandalo obuiatum extiterit ⁊ obuietur. Et alias petit in ⁊ super premissis ⁊c.

Cõsilium. CCXXIX.

De dote pro parte ex statuto lucrata per virũ vxore premortua carnali copula etiam non sequuta, ⁊ de pacto super tota dote lucranda.

Summarium.

1 Statuti dispositio quo cauet virum superstitem vxore mortua lucrari partem dotis, an habeat locum in matrimonio per verba de presenti contracto carnali copula non consummato.

2 Maritus in casu conuentionis et pacti, an possit totam dotem lucrari premoriente vxore contra statuti dispositionem. numero sequenti.

3 Statutum in odiosis stricte interpretandum.

Sali.

1 Saly. † quē audio allegari in. l. deo nobis. col. j. versi. ex qua colligē argumentū. C. de episc. & cleri. cōtra honorabilem virū Gregoriū sageti mercatorē huius ciuitatis loquit in statuto quo cauetur q decedēte vxore ab humanis viro ei⁹ superstite vir ipse lucretur partē dotis: & in his terminis etiā loquit et longe plenius idē Saly. in. l. cū in te. col. j. versi. qritur modo si desponsata viro p verba de presenti &c. C. de dona. ante nupt. Panor. in. c. ex publico. col. j. versi. & facit iste tex. multū singulariter ad questionē de qua in hac ciuitate cōsului, statuto hui⁹ ciuitatis cauetur q decedēte vxore &c. & idē Panor. in cōsil. j. in primo volu. Et quis isti in terminis predictis cōcludant & decidant q vir non lucretur partē dotis, etiā si matrimoniū fuisset contractū per verba de presenti nisi fuisset etiā carnali copula consummatū. Sed in eisdē terminis contrariū voluerunt Bar. in. l. nihil interest. ff. rerū amota. Bald. in. d. l. deo nobis. col. iij. versi. sed iuxta hoc pone. Paul. de cast. in. l. si donatarius. §. si quis. versi. itē quid si matrimoniū erat contractū per verba de presenti. ff. de cōdi. ob cau. & in. l. si ante nuptias. prope fi. ibi, bene tamē lucratur si desponsata est per verba de presenti. ff. solu. matri. & consil. cxxiij. exordiente, Super primo quesito licet dñs Bartho. de saly. &c. Bald. nouel. in suo tracta. iuris dotiū. in. xxxvij. priuilegio. col. fin. ibi, & hinc est q solet cōiter teneri vt lucrū dicti statuti cōsequatur vir, etiā in vxore nondū ducta. Bal. Raph. Pau. de ca. & Philip. de corne. in. l. nō fine. C. de bo. que libe. & dicit Bal. nouel. Pañ. vbi supra, hoc cōiter teneri. Philip. de corne. etiā vbi supra, dicit hoc tenendū vt cōmune. et Pau. de cast. in. d. l. si donatarius. §. si quis. referens opinionem & disputationē Saly. in. d. l. cū in te. dicit & refert vidisse per omnes consultū fuisse contrariū & rōnes esse magis apparētes q existentes. Idē Pau. dicit in dicto cōsil. cxxiij. rationes Saly. esse exquisitas, & illis respōdere magis laboriosum q subtile. Pro hac opinione cōmuni inducūtur multa, & inter cetera q post contractuz matrimoniū per verba de psenti inter aliquos dicūtur illi, et sunt veri mariti & vxor. pro quo videri potest do. Prepo. extra de spōsalibus. in rubri. col. iij. versi. secus est in spōsa per verba de presenti &c. Roma. in. l. j. col. iij. C. vnde vir & vxor. qui multa iura, & qdē nota. his quibus loquor inducit. Hinc dicit Bal. & post eum Romañ. in. d. l. j. C. vnde vir & vxor, q dispositio illius habet locum in his qui matrimoniū cōtraxerunt per verba de presenti, etiā si nōdum fuerit matrimoniū inter eos carnali copula consummatuz. & do. Fran. de pe. in aut. preterea. C. vnde vir & vxor. multa media inducit ad probandū q dispositio illius etiā sibi locū vendicet in illis qui matrimoniū cōtraxerūt per verba de presenti, etiā si nondum fuerit carnali copula cōsummatū. Et q hec opinio est cōmunis, vt predixi, nō puto ab ea discedendū in cōsulendo aut iudicādo, per id qđ habetur in. l. j. ver. crebrior apud veteres opinio q̄storis. & in. l. j. ff. de senato. de quo p Cano. in. c. j. de constitu. vbi charta vlti. col. ij. videri potest do. Fely. qui multa inducit.

2 † Casus vero de quo impresentiarū disputatur inter honorabilē virū Gregoriū sageti mercatorē Carpeñ. olim generū honorabilis viri Bernardi teyssenderij, et ipsum Teyssenderiū de & super centū florenis eidē Gregorio p honestā quondā iuuenē Syffredā teyssenderie si primo moreret donatis, nō est idē, quinimo nec omnino similis casui quod predixi. Et quidē non idē: quia primus loquitur in statuto, iste aūt in pacto & cōuētione partiū. Nō etiā omnino similis: † quia statutū in 3 quo ponitur prim⁹ casus est iuris stricti & est etiā odiosum, pro eo q contra dispositionē iuris cōmunis aufert vxori premorienti dimidiā partē ei⁹ dotis, que vel ad proximiores ab intestato vel ad heredes per eā īstitutos debebat reuerti. Et ideo debet stricte interpretari. l. quicquid astringēde. ff. de verbo. obliga. l. cū quidam. ff. de libe. & posthu. & regula odia restringi. de reg. iur. in. vj. Pactū vero in quo procedit casus noster non est stricte interpretandum sed vel plenissime vel saltem plene, per ea que habentur in. c. cū dilecti. de dona. Pro quo quia scientibus legē loquor, videatur Panor. in dicto consi. j. colum. fina. versi. restat respōdere ad. l. deo nobis &c. vbi quis in precedentibus tenuerit q in casu statuti maritus per verba de presenti non lucretur &c. ipse tamē aliud sentit in casu conuētionis vt in nostro, & quod maxime procederet si essent hincinde facte mutue donatiōes per primo decedentē superstiti. Cui optime adaptatur. l. si pater puelle. & quod ibi quasi per omnes scribētes. C. de inoffi. testa. Poterant hic induci motiua pro hac parte inducta & que mihi videntur verissima, sed q peritiorib⁹ loquor mihi visuz est sufficere remisisse ad dicta loca. Cōcludo igitur dictos. 100. florenos deberi eidē Gregorio.

Consilium. CCXXX.

De donatione in qua locus nō fuit insertus, notarius minime rogatus, testes non descripti, & facta absenti pro quo null⁹ acceptasse legitur nec epistolam vel nuntium interuenisse.

Summarium.

1 Cessionis seu donationis locus celebrati cōtractus & locus loci, an debeant describi & designari in instrumento anteq̄ cessio valeat, & per illud probetur.
2 Consuetudo que est contra substantialia actus, an valeat et sit nulla.
3 Instrumento in quo non sunt testes descripti, an credendum.
4 Notarius an presumatur fuisse rogatus, saltem cuz non apparet notam per eum receptam fuisse publicatam.
5 Donatio facta absenti pro quo nullus acceptasse legitur nec epistolam vel nuntium interuenisse an valeat, & an in dubio presumēdum donatarium fuisse presentem.

Videaz asserta cessio seu donatio quā fecisse pretēditur nobilis quondā vir Jordanonus de vero nobili Frācisco de vero eius filio. Et hoc de Anno dñi Millesimo. ccccIxxxiiij. & die octaua mēsis Julij nō pbatur per quoddā pretensum instrumentū parte eiusdē nobilis Francisci de vero cōtra venerabilem & religiosum virū fratrē Lancelinū de vero in causa exhibitū & produ- 1 ctū. † Tum q in dicto pretenso instrumēto nō est descript⁹ locus dicte pretēse cessionis siue donationis, qui tamen poni & describi debuit. c. abbate sane. & quod ibi glo. in verbo, censeretur. & docto. de re iudi. in. vj. & pro hoc allegat glo. predictā. c. quoniā cōtra falsam. ibi, loca designādo &c. de proba. & ij. q. viij. libellorū. & l. optimā. C. de contrahen. & cōmitten. stipula. quod etiā voluit Anto. de butri. & Panor. in. c. j. de fide instrumē. idē voluit glo. & Joā. de pla. & docto. in. l. generali. C. de tabu. lib. x. Angel. in. d. l. optimā. circa fin. per illū tex. cum glo. in verbo, die. & ibi Bal. col. iij. & Archi. in. c. cū redemptor. xij. q. ij. Gemi. in. c. in nomine dñi. colū. j. distin. xxiij. Joan. de imol. in. c. inter dilectos. colū. v. de fid. instru. et Specu. tit. de instru. edi. §. breuiter. col. iij. versi. post nomen. Specu. & Joā. and. eo. ti. §. instrumentū. ver. quid si locus. Bal. in. l. cōtractus. col. v. ver. modo queritur. C. de fid. instru. & do. Cardi. floren. in proemio cle. prope fi. Et pro hac opinione vltra predicta solet allegari aut. quib. mod. natu. effi. legiti. in. §. vtrum. col. vj. Et non solū debet apponi locus initi aut celebrati cōtractus, sed etiā debet apponi locus loci, per id quod voluit Gemiñ. in. d. c. in nomine dñi. col. j. & Jo. de imol. in. d. c. inter dilectos. col. v. Joan. de pla. in. d. l. generali. & fuit de mēte Jo. and. in addi. Specu. titu. de instru. edi. §. instrumentū. versi. quid sit locus. & Specu. eo. titu. §. ij. ver. post nomen. Et ita videtur sensisse Alexā. de imol. cōsil. lix. exordiente, Viso processu cause, tā principalis q appellatiōis &c. 2 in secūdo volu. † Et vt dicit Rota in antiquis cōclusione. cccxcv. incipiēte, Vtrū valeat cōsuetudo &c. nō valet cōsuetudo in cōtrariū: q est contra substātialia actus, & ideo nulla per id qđ no. glos. in. c. nō putamus. in glos. iij. de consuetu. in. vj. quod dictū cōmemorauit Roma. in. l. in illa. col. x. C. de verbo. obli. & in. l. de pupil 3 lo. §. qui nuntiat. ff. de no. ope. nuntia. † Cū etiā non probatur dicta pretensa donatio per dictū assertum instrumentū, pro eo q in illo nulli reperiūtur testes inscripti aut subscripti quod tamē fieri debuit, per id qđ no. Specu. in loco superius allegato. Panor. & docto. in. d. c. j. de fide instru. et Joan. de pla. in. d. l. generali. col. iiij. versi. deinde ponuntur testes &c. vbi dicit non credi instrumen 4 to, nisi sint testes ibi descripti. † Tum etiam non probatur per dictum pretensum instrumentum, pro eo quia illi tres qui inibi pretenduntur subscripti, non solum non expresserunt aut scripserūt se fuisse adhibitos aut rogatos, sed etiam non scripserunt se esse notarios, et tamen certum est de iure notarium non presumi fuisse rogatum vt voluit Innocen. in. c. ij. de fide instru. & Specu. titu. de instru. edi. §. j. ver. & nota &c. quod procedit, saltem eo casu quo non apparet notam per eum receptam fuisse publicatā vel quid simile per eum factam. Pro quo allegasse sufficiat not. per Bart. Jo. de imol. & docto. in. l. sciendum. ff. de verbo. obliga.

5 † Preterea dicta pretensa donatio etiam si de illa appareret, prout non apparet non valuisset vtpote facta si facta probaretur absenti, et pro quo nullus acce-

ptasse legitur nec al's interuenisse epistolam vel nuntiũ, per id qđ no.glo.ꝛ doct.in.l.illud.C.de sacrosan.eccle. Pro quo facit.l.momentorũ secundum vnã lecturã glo.ꝛ quod ibi Alber.C.de religi. Nec opponat aliquis ꝙ in dubio presumi debeat eundem nobilẽ Franciscũ fuisse presentẽ, per id quod not.glo.in.l.j.C.de contrahen.ꝛ cõmitten.stipula. Quoniã respõdeo ꝙ illa glo. loquitur eo casu quo instrumentum facit mentionẽ de actu qui fieri non potest nisi inter presentes: vt verbigratia, si dicat ꝙ Titi⁹ fuit stipulatus. Nisi enim fuissent presentes promisso.ꝛ Titius qui dicitur fuisse stipulatus, notarius diceret falsum.l.j.in princ.ff.de verbo. obliga. Sed donatio potest fieri inter absentes, dummodo interueniat nuntius vel epistola, ꝛ posito ꝙ non interueniat q̃uis donatio sit nulla tamen notarius nõ dicit falsum, quod voluit ꝛ pro ista parte dicit fuisse consultum Pau.de cast.in.d.l.illud. Que dixerim breuiter ꝛ succincte sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium. CCXXXI.

De translatione possessionis ꝛ dominij per retẽtionem vsufructus ꝛ constitutionem precarij de rebus donatis, ꝛ hec est huius controuersie secunda allegatio. Primam habes superius in hac parte consi.228.

Summarium.

1 Dominiũ ꝛ possessio rerũ donatarum per vsufructus retentionem, an censeantur translata in donatarium.

2 Precarij constituto translationem ciuilis possessionis, an operetur.

3 Possessioni per retentionem vsufructus ꝛ precarij constitutionem acquisite renuntiasse an videatur recurrens ad iudicem pro immissione facienda, vel qui in possessione turbatus est.

IN donatione inter viuos quam gratis ꝛ sponte fecit probus quõdam vir Petrus boneti loci Valriaci de medietate bonorũ suorũ mobilium ꝛ immobiliũ tunc presentiũ, ꝛ tam existẽtiũ ĩ dicta villa Valriaci q̃ ei⁹ territorio, excepto aueri lanato nobili ꝛ honorabili viro Antonio de verona dño Vnisobriarum, idẽ Petrus donator filij ꝛ ad vitaʒ suijpsius retinuit vsumfructũ eiusdem medietatis, † per quã retentionẽ censetur transtulisse dominiũ ꝛ possessionẽ in dictuʒ nobilẽ Antoniũ.l.quisquis.ꝛ quod ibi doct.ꝛ.l.si quis argentum.§.sed si quidem.C.de dona. ipse etiã Petrus donator dedit ꝛ cõcessit eidẽ nobili Antonio tũc presenti stipulanti solẽniter ꝛ recipiẽti plenam ꝛ liberã potestatẽ, licentiam, ꝛ autoritatem ac speciale ꝛ generale mandatum apprehendendi possessionem realem ꝛ corporalẽ predictorũ bonorũ, dum ꝛ quando vellet ac eidẽ placeret ꝛ videretur faciendũ post mortem eiusdem Petri, ꝛ donec illã apprehendisset cõstituit idẽ Petrus se interim precario nomine eiusdẽ nobilis Antonij, ꝛ nõ al's tenere ꝛ possidere dicta bona. † Per quã cõstitutionẽ precarij etiam trãslata est in dictũ Antoniũ possessio ciuilis predictorũ bonorũ eorũ, videlicet que idẽ Petrus tẽpore facte donatiõis tenebat et possidebat, per id qđ no. Bart.in repetitione.l.creditores.col.iij. versi.idẽ quero quid si in instrumẽto ꝛc. vbi etiã Saly. versi.quero octauo. C.de pigno. Bar.in.l.interdum.ff.de acqui.posses. Vita. de cãba.in suis clausulis sub rubrica, de clausula cõstituisse precario nomine ꝛc. Oldra.consil.mihi.cvij.exordiente, Ad habẽdam aliqualem notitiam eorum ꝛc. Per dictas ergo donationem medietatis bonorum huiusmodi ac retentionem vsusfructus ꝛ constitutionem precarij factus est ipse nobilis de Verona dominus ꝛ possessor pro medietate eorũdem bonorum, ita vt non fuerit op⁹ alia apprehensione possessionis que fieret mandato iudicis vel per immissionem per eum faciendam: signanter pro eo quia per retentionem vsusfructus videtur translata omnis possessio.

3 † Nec sibi persuadeant pretensi liberi predicti quondam Petri ꝙ dictus nobilis de Verona recurrendo ad iudicem pro immissione facienda cẽseri debeat renuntiasse possessioni per eum acquisite per retentionem ꝛ cõstitutionẽ superius mentionatas, quia immo non renũtiauit, quẽadmodum nec illi renuntiare censetur ille qui in possessione turbatus recurrit ad iudicem, vt dicit glos.in.l.j.§.interdictum. vbi etiam Barto.ff.vti possi. Pro quo facit quod voluit glo. vbi etiã per docto.in.l.j.C.eo.titu. quod etiam voluit Bald.in.l.ij.charta j.C.de iur.emphi.ꝛ Fran.de are.in.l.clam possidere.§.qui ad nundinas.colum.vij.ꝛ in.l.si de eo.§.si forte.colum.viij.ver.sed remanet dubium quid si non consul.ꝛc.de acquir.posses. Esto igitur ꝙ ea que facta sunt per egregium virum dominũ iudicem Valriaci possent vel deberent reuocari, non propterea deberet idem nobilis Antonius cõdominus ꝛ possessor pro dimidia parte predictorum bonorũ a possessione per eũ acquisita in vim donatiõis ꝛ traditionis saltem ficte, et iuris artificio introducte sibi per dictum quondam Petrum facte expelli, sed in ea manuteneri ꝛ defendi. Quod etiaʒ fieri petit ipse nobilis Antonius seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdem. Et al's in ꝛ super.

Consiliũ. CCXXXII.

De recognitione et quittantia dotis recepte per maritum, et de exceptione dotis caute non numerate male opposita.

Summarium.

1 Quittantia mariti de dote recepta, an et quando sit sufficiens vt in vim illius mulier possit experiri contra heredes defuncti ad dotem repetendam sine exceptione dotis caute non numerate.

2 Exceptio nõ numerate dotis intra quod tempus opponi possit.

florenorum, quindecim solidoꝝ, et duorū denarioꝝ parte eiusdē Panthalini in hac causa petita. † Cū quia actore nō pbāte reus venit absoluēdus, etiam si nihil pstiterit. l. qui accusare. C. de edē. l. fi. C. de reivēdi. l. negantes. C. de actio. ꝛ obliga. l. actor. C. de pba. c. fi. de iureiurand. c. inter dilectos. circa fi. de fi. instru. et c. vnico. vt ecclesia. bene. Dictus vero Panthalinus actor in hac causa non pbauit summā pdictam sibi deberi, ergo ab impetitis debet idem do. Petrus absolui. Qꝫ aūt idem Panthalinus nō pbauerit patet ex inspectione pcessus cause huius in quo nihil apparet parte ipsius pductum, vel p ipsum do. Petrū cōfessatum, per qđ appareat illū teneri in dicta summa. † Nisi forte dicatur ꝙ immo appareat p librum rationū eiusdē do. Petri in hac causa parte ipsius exhibitum, et qui videtur fidē facere cōtra eū. l. quedam. §. nūmularios. iuncta glo. et qđ ibi per docto. C. de eden. et cle. j. de vsu. sed istud non obstat. Cū quia licet verum sit ꝙ libro rationū regulariter fidē faciat cōtra scribētē quando liber hmōi scriptus est in forma rationū q̄ causā demōstrat, secus tamē est si in forma vniꝰ simplicis cōfessionis ad obligandum causa nō apposita. l. nuda. ff. de dona. † Cuius dicti illa est ratio, quia scriptura nō est modus inducende obligationis, sed inducit psumptionem obligationis ex causa q̄ allegatur pcessisse, vt not. glos. in. l. cū de in rem verso. ff. de vsu. Et ita limitauit Bal. dictam regulā, vbi etiam refert Nico. de matha. C. de fi. instru. sup rubrica. col. mihi. viij. ver. sed quero si in libro rationis ꝛc. Et ita etiā voluit do. Jason may. in repeti. l. admonēdi. charta. xviij. col. j. ver. limita istū primū casum. ff. de iureiuran. Illa autē scriptura p quam ptendit pfatus Panthalinus pbari ꝛ apparere dictum do. Petrū sibi teneri in dictis quatuor mille ꝛ vigintitribus florenis, quindecim solidis, ꝛ duobus denarijs. nō est scripta in forma rationū que causam, ex qua summa huiusmodi eidē pstatur debeatur, demōstret vel ostendat. Nō ergo pbat, † tum etiā qꝛ in hoc est differentia inter scripturam epistole et librū rationum. qꝛ si in epistola quā quis, pone Titius mihi misit cōtinetur ꝙ ipse a me receperit cētum ex causa depositi. Et ꝙ ex illis tali die mihi remiserit vigintiquinꝗ, et tali die quindecim, et tali die decē, et ꝙ effectualiter ipse debitor remaneat in quinquaginta, ego recepta epistola hmōi in qua continentur que predixi possum illā approbare quo ad cētū q̄ Titius fatetur se habuisse in depositum et negare eū restituisse quinquaginta, qꝛ hec dicūtur esse capitula separata. l. publia. in fi. et qđ ibi Bart. ff. depo. et clarius in. l. aurelius. ff. de libera. lega. et qđ no. glo. in. l. si quidē. C. de questio. Sed in libro rationū Titij cōtineant accepta a me ꝛ data mihi ab eo, ista data ꝛ accepta dicunt ita annexa, ꝙ si ego pbo intētionem meā ex libro quo ad cētum, teneor etiā stare illi libro, quo ad accepta ꝛ data a Titio, vt voluit Mat. he. de. matha. in. l. xx. singulari exordiēte, no. mirabilē doctrinā. Pro quo dicto allegat dictam. l. quedā. §. fi. et qđ ibi Bart. ff. de eden. et facit fm eum. l. si quis ex argentarijs. §. si quis rationē. ff. eo. tit. Et hoc vel maxime vel saltem pcedere debet in hoc casu in quo ex ordinatione venerabilium ꝛ nobilium viroꝝ dnōrum iudicū huius curie, et ad requisitionē dicti Pāthalini fuit exhibitus ꝛ pductus liber rationum dicto Uento, † qꝛ cū petierit exhiberi librū rationum et vtatur in iudicio libro hmōi, quinimo ꝛ illum pducat, licere debet etiā aduersario, hoc est ipsi Uento illo vti inq̄tum facit in fauorē sui, vt not. voluit Sali. in. l. j. col. fi. C. de edē. et post eum do. Jason may. in dicta. l. admonendi. charta. xx. ver. Salice. etiam in. l. j. ꝛc. Pro quo allegat Sali. id quod in instrumēto not. glos. in. l. j. §. diem. in glo. magna. ver. Itē quid si sponte ꝛc. ff. de eden. et tex. cū glo. in. c. cum olim. de censi. et quia qui fidē alicuius elegit nō debet posse eā approbare p parte, et p parte non. l. gaius. ff. de vsu. Non pōt igiť pfatus Panthalinus se iuuare libro pdicto, quatenus ptēdit per eum apparere de recepto quatuor mille ꝛ vigintitrium florenorū quindecim solidorum et duorum denariorum, nisi etiam approbet per ea que in libro huiusmodi scribūtur esse data p ipsum do. Uēto, ꝛ sibi debita per dictum Panthalinū. Quo fit vt cū data et per ipsum Panthalinum debita tantum ascendant, quinimo et plus q̄ ea que pretenduntur per ipsum do. Uento recepta, non possit nec de iure debeat prefatus Panthalinus sententiam obtinere.

Et p hec satis apparet ꝙ illa longa concertatio quam fecisse leguntur prefati do. Uento ꝛ Pāthalinus super illis pecunijs quas suo ꝛ dicti Panthalini nominibus, idem do. Uento exbursauit, et pro subuentione Marabotini de Prouincia in carnibus pro Macello emendis eidē Marabotino datis ꝛ expeditis, eidem do. Uento non nocet, nec suffragatur prefato Panthalino. Cum quia cum idē do. Uento in dicto eius libro scripserit sibi deberi per Panthalinum ex illa causa summam de qua ibi, et prefatus Panthalinus vtatur, vt predixi dicto libro. Quatenus pro eo facit, hoc est quo ad pretēsa recepta ipse debet etiam illum approbare quo ad data ibi scripta, et que scribūtur per eum deberi. Cum et quia inspectis priuatis scripturis ipsi Panthalino per ipsum do. Uento missis, ac recordio et alijs literis per eundem Panthalinū respondendo ad ipsum do. Uento transmissis et per Panthalinū recognitis satis apparere videtur, ꝙ circa pecunias etiam nomine ipsius Panthalini mutuo ministrandas seu dandas dicto Marabotino p emendis carnibus Macello necessarijs: habuerit idem do. Uento liberā administrationem. Scripsit eīm idem Panthalinus et scripsisse confessus fuit. vt apparet fo. xj. colū. ij. Recordiū ꝛ literas in quibus inter inibi scripta etiam hec q̄ sequuntur cōtinebantur. Etiā de bestuzis vos auisabo, si eas mittere poteritis, et de causa Macelli de Aquis faciatis vt de vestra, facietis me debitorē ꝛ creditorē ex nra parte faciendo. et hec in recordio. In literis vero in Macello de Aquis dicitis semp factū esse q̄tum opus, quod placuit, ꝛ de quanto est opus seruire Marabotino sum cōtentus de q̄to facietis vnum recordor, licet credo opus non sit minus potestis eū seruire, adhuc tantum risicum nō curramus facietis de nostra parte vt de vestra. Et hec scripta extiterunt, dictum vꝫ recordiū Anno domini Millesimo. cccc. xciij. et die. xxiij. mensis Junij. Et litere missiue anno predicto et die. xxiij. mensis Augusti. Per hec enim videtur eidem do. Uento data libera facultas, iuxta ea que leguntur, et not. maxime per Bart. in. l. pcurator cui libera. ff. de pcura. in. l. creditor. §. lucius. ff. manda. et quod voluit Panor. consilio lxxviij. exordiente, Facti contingentia sic proponitur ꝛc. col. v. et vt dicit Ange. in auť. de procura. §. ad hec prohibemus. collat. ix. et Panor. in dicto consilio, ille cui datur talis potestas habet amplam facultatē, ita vt etiam possit vendere et alienare, quod maxime pcedit et procedere debet in hoc casu in quo idem Panthalinus mandauit et scripsit eidem do. Uento, vt de sua ipsius Pāthalini parte faceret prout et de parte sua ipsius do. Uēto. Nec videtur ꝙ idē Panthalinus possit restringere vel limitare dictas eius recordium ꝛ literas missiuas put facere nititur, scilicet ꝙ ille intelligātur et intelligi debuerint, vt posset idem do. Uēto facere de parte suijpsius Pāthalini quod de sua suijpsius do. Uēto vsꝗtamen ad summam mille et quingentorū florenorum, de qua sermo habetur in instrumento vēditionis pellaminum facte per dictum Marabotinū domino Gabrieli viuandi ementi suo ꝛ dicti do. Uento nominibus, quasi non videatur idē Panthalinus de alia summa aut negotiatione cogitasse, quia nescius et ignorans. Cum quia vt apparet tā ex predictis recordio et literis missiuis q̄ ex his que parte dicti Panthalini sunt deducta et allegata in schedula exordiente, Also que si puesca bien intēdre et declara ꝛc. inserta fo. xxv. Idem Panthalinus plenam habuit notitiam de pecunia que mutuata extiterat, et quam dietim mutuare opus erat prefato Marabotino p seruitio Macelli. Fatetur enim idē Pāthalinus in predicta schedula. §. sequiť. se de causis Macelli Aquēsis siue pellaminibus edocuerant fecisse et eidem do Uēto scripsisse capitulum in hec verba. Etiam de bestuzis vos auisabo si eas mittere poteritis: ꝛ de causa Macelli de Aquis faciatis vt de vestra facietis me debitorem ꝛ creditorem ex nostra parte faciēdo. Qꝫ post hec anno predicto Millesimo. cccc. xciij. et die. xiij. mensis Julij dicto do. Uento scribere cepit eidem Panthalino ꝛ eum auisare de omnibus causis in et p recordio dimissis. Et quo ad capitulum factum per Panthalinum de bestuzis ꝛ Macello Aquēsi, respōdit idē do. Uento in hec verba. Et de bestuzis auisate quomodo vēdantur in Macello de Aquis: sit semper quod necesse est, et vt vos scitis et semper necesse seruire Marabotinū faciam quantum videro esse opus, et sicut facit do. Gabriel. Post que scripta ꝛ ad illa respondendo fatetur idem Panthalinus in predicta schedula. §. apres a. xxiij. ꝛc. se idem do. Uento scripsisse Anno predicto Millesimo. cccc. xciij. et die vicesimatertia mēsis Augusti capitulū tenoris sequētis. In Macello de Aquis dicitis, semper factum est q̄tum opus est quod placet, et de quanto est opus seruire Marabotinum sum contentus de quanto facietis vnum recordor, licet credo opus non sit, minus potestis eum seruire adhuc tantum risicum non curramus, faciatis de nostra parte vt de vestra. Per que apparet eum habuisse notitiam de predictis et verbis pregnantibus eidem domino Uento concessisse amplam facultatem. Et ita est ꝙ eidem Panthalino imputetur si ita non intelligebat, postq̄ sermone effuso locutus est. l. fi. ad fi. C. de do. pmis. † Cū et quia illa restrictio siue limitatio quā facere nititur idem Panthalinus non est verisimilis. Postq̄ eīm prefatus do. Uento et ipse Panthalinus tenebantur et obligati erāt prefato Marabotino de sibi subueniēdo de medietate summe mille et quingentorum florenorum ad primā sui requestam, ꝛ alias iuxta formā cōuētionis de qua in dicto instrumento vendi tionis pellaminū nō erat in libera facultate eorūdem do. Uēto et Pāthalini nō obseruare hanc cōuentionē, nec cōtra eorū factum venire

venire.l.perfecta.C.de dona.que sub mo.l.ij.l.iij.et.l.generaliter. in principio.C.de reuocã.dona.l.per fundum.C.de seruitu.rusti. predi.l.si creditoribus.C.de seruo pigno.da.⁊.l.post mortem.⁊ qd ibi not.glo.⁊ doc.de adop. que enim ab initio sunt voluntatis ex post facto efficiuntur necessitatis.l.sicut.cũ suis simili.C.de actio. et obliga. Erat ergo necesse qd ipsi do. Vento et Panthalinus ad primã ipsius Marabotini requisitionem dictam summam ministrarent aut alias facerent iuxta conuenta, si tamen facere volebãt quod facere tenebantur. Et quod fecisse presumendum est, ⁊ etiaz iurauerũt. Preterea si ipsi do. Vento ⁊ Pãthalinus in dictis eorum scripturis intellexissent de expeditione dimidie partis illorum mille ⁊ quingentorum florenorum que ad primaz requisitionẽ ⁊c. fienda erat, ad quid scripsisset idẽ Panthalinus, ⁊ de causa Marcelli de Aquis faciatis vt de vestra: cuz potuisset, ⁊ clarius ⁊ meli⁹ dicere soluatis quartam partez que mihi contingit de illis mille ⁊ quingentis. Preterea ad quod scripsisset ipse do. Vento in Macello de Aquis, fit semper quod necesse est. Et vt vos scitis est semper necesse seruire Marabotinũ, faciã quantum videro esse opus. Ubi attẽdendũ est qd dicit, fit semper quod necesse est. Et rursuz, et vt vos scitis est semper necesse seruire Marabotinũ. Et iterum, faciam quãtum videro esse opus. Et hec sunt scripta dicti do. Vento ad prefatum Pãthalinũ directa. Et quibus ipse respõdit put fatetur in predicta schedula, i macello de Aquis dicitis semper factũ est quantũ opus est quod placet, ⁊ de de quanto est opus seruire Marabotinũ sum cõtẽtus de quanto facietis ⁊c. prout lati⁹ in dicto.§. apres a.xxiij. Daoust ⁊c. que verba verisimiliter adaptari non possunt ad expeditionem faciendam de media parte illorũ mille ⁊ quingẽtorum florenorum in qua eidem Marabotino tenebantur ipsi do. Vento et Pãthalinus, nec recipere illam restrictionem siue limitationẽ profecto extortam, quã facere nitit idẽ Pãthalinus, ad quod tamen nõ est ipse admittendus in hac causa mercatorum. 8 † Et in qua potius procedendum est ex bono ⁊ equo q̃ rigorose. Ange.cõsi.cxcviij.exordiente, Arnaldus ferici de Barselona.col.ij.⁊ consi.cccxxj.exordiente, Creditor volẽs sibi solui ⁊c. et vt dicit idem Ange.in dicto cõsi.cxcviij. 9 † Domus mercatoruz debet esse domus veritatis, ⁊ equitatis, potissime cuz ad fidẽ eorum communiter decurratur, ⁊ sub autoritate rigoris, ac pro ratione iuris et sciẽtie multum cauẽdum ne pernitiose erretur in via conscientie.l.si seruum.§.sequitur.ff.de verbo.obliga. quod etiam voluit Ange.in dicto consi.cccxxj.et Bal.in auten.ad hec.colum.antepenul. X. Sed quid dicem⁹ de herede prescribente.ad finem. C. de vsu. 10 † Bonitas autem ⁊ equitas vt dicit Ange. in dicto consil. cxcviij.consistit in duobus, scz in honeste viuendo, et alium nõ ledendo.l.iustitia.§.iuris precepta.⁊ quod ibi glo.ff.de iusti.et iure. Dicta igit limitatio seu restrictio quã facere nititur prefat⁹ Pãthalinus repellenda est tanq̃ nõ congruẽs proprijs scripturis eorũdem do. Vento et Pãthalini. Insuper ⁊ tanq̃ non verisimilis, et consequenter tanq̃ habens imaginem falsitatis, 11 † quia non verisimile est quedam falsitatis ymago.vt dicit Bald.in.l.j.C.de seruis fugi.vbi allegat Auerroyn. Idem voluit Alexan.de imol.cõsilio.xxvij.exordiẽte, In causa et lite domine Bartholomee. in secundo volu.multas remissiones ponit Andr.barba.consi.vj.col. iiij.in prima parte.

Consiliũ. CCLXIIII.

De priuilegio collecte non soluẽde cõcesso certis nobilibus et eorum successoribus per signũ vniuersale, Et de amissione dicti priuilegij per solutionem ⁊ patientiam.

Summarium.

1 Successoris appellatione an et quando etiam singularis cõprehendatur.nu.seq.
2 Successor dictio capitur pro vniuersali successore de iure pretorio, et dictio heres pro vniuersali successore de iure ciuili.
3 Feudo alicui pro se suisq; successoribus quibuscunq; relicto an veniat legatarius.
4 Signum vniuersale quibuscunq; in immunitate positum ad que verba possit referri.
5 Clausula in fine posita an referatur ad omnia precedentia.
6 Dispositionis verba superflua esse non debent.
7 Priuilegium mutata persona que priuilegij causa est, an et quando mutetur.
8 Priuilegiatus de collecta non soluenda quibus modis amittat priuilegium, et si soluat quo casu sibi non preiudicat.

Viso consultationis themate parte honorabilium virorum Francorum ⁊ Populariũ vniuersitatis Oppidi seu castri Cabeoli vna cuz instrumento transactionis ⁊ cõcessionis immunitatis seu priuilegij, de quibus in casu. Insuper et cum dubijs ex casu huiusmodi elicitis. Dico ⁊ respõdeo breuiter ⁊ succincte, put infra. Et primo ad primũ. Pro cui⁹ faciliori declaratione pmitto q priuilegiũ seu immunitas a solutione vniteni seu cõtributione occasione illius faciẽda, pro predijs in instrumento predicte trãsactionis latius mẽtionatis legit fuisse cõcessa quibusdã particularib⁹ nobilib⁹ in dicto instrõ noiatis ⁊ expressis, ⁊ nõ solum illis, sed etiã eorũ heredib⁹, successorib⁹ seu bona tenẽtes quibuscunq;. 1 † Premitto insuper q lz appellatione successoris cõprehẽdat tm successor vniuersalis, ⁊ nõ singularis.l.quedã.§.nihil interest. ver. is aũt.⁊ qd ibi doc.ff.de edẽ. qd etiã voluit Bal.in.l. emptorẽ.col. iij.vel circa.ver.quid si instrm dicat ⁊c.C.loca.in.c.imperialem. in prin.in col.penul.de phibi.feu.aliena.p Fede. Bar. Alex.de imol. ⁊ doc.in.l.stipulatio ista habere licere.§.sicut.ff.de verbo.oblig. et Jo.de imol.in.l.qd dicit.col.penul.ff.de verbo.obliga. 2 † Ubi etiã dicit qd verbũ successor accipit in dispõne pro vniuersali successore de iure pretorio, ⁊ verbũ heres p vniuersali successore de iure ciuili. Tamẽ qñ in dispõne nõ soluz ponit hoc verbum successor, sed adijcit hoc signũ vniuersale quicũq;, tunc appellatione successoris cõprehẽdit nõ solũ vniuersalis successor, sed etiaz particularis. vt voluit Bal.in.d.c.imperialẽ.in prin.in col.penulti. vbi dicit qd illud qd dicit appellatione successoris nõ cõprehendi singularẽ successorẽ, fallit qñ in dispõne esset adiectũ verbũ quibuscũq;. 3 † Unde dicit qd si cõcessum est feudũ Titio pro se ⁊ successoribus suis quibuscũq;, cõprehẽdet etiã legatarius. Pro quo allegat idẽ Bal.dictam.l.quedã.§.nihil.⁊.l.id tẽpus.§.j.ff.de vsuca. Et idem voluit Alex.de imol.in.d.§.nihil.col.j. Pro quo dicit facere.l. in cõuentionibus.⁊ qd ibi Bar.ff.de verbo.signifi.

Cum igitur in instrumento predicto legat priuilegiuz seu immunitatẽ, de qua supra fuisse cõcessam, nõ solũ predictis nobilib⁹, sed etiã eorũ heredibus ⁊ successorib⁹ quibuscunq;, satis vident fuisse exẽpti etiã particulares successores in pdijs dictorum nobiliũ, quo ad hoc vt pro pdijs hmõi nõ teneant soluere dictũ vnitenũ vel pro illo cõtribuere. 4 † Nisi forte dicat qd illud signũ vniuersale quibuscunq;, sit dũtaxat referendum ad verbũ bona tenẽtibus, cui immediate adijcit. Sed rñdeo q istud nõ videt esse verũ, sed potius verũ videt q debeat referri ⁊ ad verbũ heredibus, ⁊ ad verbũ successoribus, ⁊ ad verbũ bona tenẽtibus, vt sit sensus q hec immunitas concessa extiterit quibuscunq; heredibus, quibuscunq; successoribus, ⁊ quibuscunq; bona tenentibus dictorum nobiliũ.arg.eorũ que de clausula in fine posita not.doc.in.l.si idẽ.§.fina.ff.de iurisdi.oim iudi.in.l.j.C.de libe.prete.vel exhereda.⁊ in.c.secundo requiris.de appella. 5 † Ubi not. q clausula in fine posita, regulariter refert ad omnia precedentia.

Quib⁹ suppositis et premissis respõdeo ad dictum primum quesitum quod per illa verba, bona tenentibus quibuscunq;, satis videntur cõprehẽdi coloni parciarij hoc est qui ad partem fructuum dicta predia tenẽt pro ipsis nobilibus, nec debent illa verba, bona tenẽtibus quibuscunq;, accipi pro heredibus vel successoribus post mortem seu obitum dictoruz nobilium cum iam comprehenderẽtur per verba heredib⁹ quibuscunq;, vel per verba successoribus quibuscunq;. 6 † Et sic ne hec verba bona tenẽtibus quibuscunq;, reddantur in illa dispositione superflua, quod fieri non debet si operari possint.l.hãc legẽ. ff.de contrahen.emptio.et vendi.et.l.si stipulatus.in principio.ff. de vsu.not. Bald.C.de contrahenda emptione et vẽditione. in rubrica.q.ix. Angelus consilio.ccl.exordiente, Seigneur Symõ de regio ⁊c.col.iij.⁊ Alexan.de imol.consilio.cxvij.exordiente, Visis supra narratis in themate ⁊c.in primo volumine. et cõsilio. clviij. exordiente, In causa et lite vertente ⁊c.colum.penultima in secũdo volumine. Roma.consilio.lxxxiij.ad fi.et And.barba.consilio lxj.colum.x.in prima parte illa verba accipi debent vt comprehẽdant alios a prefatis nobilibus eorum heredibus ⁊ successoribus quibuscunq;. Et sic per eam satis videntur comprehendi parciarij, coloni seu grangerij. 7 † Et per hec videtur non obstare quod dici solet mutatione persone que est causa priuilegij priuilegium mutari.l.j.C.de imponen.lucrati.descript.libro.x.et.l.licitatio.§. finali.ff. de publi. et quod voluit Bartolus in.l.paulus. in fine. ff.de acquiren.hereditate. Bal.C.de vsu.super rubrica in.iiij.questione.⁊ Joan.de.ana.in.c.salubriter.colũ.viij. de vsu. Qm rñdeo

ꝙ illa non obstant cum hic expressum extiterit, non solum de predictis nobilibus eorum heredibus ⁊ successoribus, ⁊ sic de heredibus de iure ciuili, ⁊ de successoribus de iure pretorio, sed etiam de bona tenẽtibus eorũdez. Et hoc in casu occurrenti videt redũdare in cõmodum ⁊ vtilitatem ipsorum nobilium aut suorum heredũ vel successorum qui maiorem portionem seu partem fructuũ pñt vel poterunt reperire si eorum grangerij aut coloni parciarij nõ teneãtur ad vnitenum ꝙ si tenerentur.

8 † **Ad secundum quesitũ dico** ⁊ respõdeo ꝙ si vt ponitur in casu dñi consules vniuersitatis Frãcorum ⁊ popularium dicti loci Cabeoli exegerint vnitenum a grãgijs seu parciarijs colonis dictorum nobilium et suorum heredũ et successoꝝ. Et hoc a tempore concesse imunitatis, ⁊ citra totiens quotiens fuit ibi vnitenũ impositũ vel indictum vidẽtibus ⁊ sciẽtibus dictis nobilibus priuilegiatis seu eorũ heredibus vel successoribus, ipsi videntur perdidisse priuilegium seu immunitatẽ huiusmodi. Et quidem non per vnã solutionem dumtaxat vniteni aut contributionem pro illo factam, sed per plures directe cõtrauenerunt, per id quod videtur voluisse Bart. in. l. j. C. de his qui spon. mune. publi. lib. x. vbi videtur voluisse idem Bar. ꝙ priuilegiatus ne soluat prestantias si sponte semel soluerit preiudicat sibi in futurum nisi fuerit protestatus qđ nõ intendebat preiudicare suo priuilegio: qđ etiã sequitur Alex. de imol. ꝯsi. cxxxvj. exordiente, In causa ⁊ lite. col. iiij. versi. rursus dico. in secundo volu. ⁊ Panor. in. c. cum accessissent. col. fi. de constitu. hoc dictum Bar. etiam refert ⁊ sequitur do. Feli. in. d. c. cum accessissent. col. xiij. ver sic. tertia regula est. ⁊ Andr. barba. colũ. xxiij. ad fi. ibi, Et ibi dicit Bart. ⁊c. Pro premissis etiam facit. l. j. §. si quis tutor. ⁊ quod ibi Ange. ff. quan. appellan. sit. vbi voluit Angel. ꝙ si aliquis habeat immunitatẽ a dacis ⁊ collectis, ⁊ alijs grauaminibus cõis, ⁊ deinde describatur in libro debẽtium soluere dacia, collectas ⁊ alia grauamina, qđ si postea citetur vt soluat non sufficit sibi allegare priuilegium immunitatis excipiẽdo vel excusando se qđ non debeat soluere propter beneficium immunitatis, immo incontinenti cũ scit se descriptum, ⁊ per consequens scit se vocatum, ad minus debet appellare. quod dicit Ang. esse menti tenendum. Et cum hoc dicto transit Ange. are. in. d. §. si quis tutor. Alex. de imol. cõsil. cj. exordiẽte, Visis instrumẽtis ⁊c. col. x. ver. tertio pricipal'r. in. j. volu. ⁊ dicto cõsi. cxxxvj. col. iiij. And. barba. in allegato. c. cum accessissent. col. xxvij. ver. et aduerte etiam qđ si habẽs immunitatem a dacis ⁊c. ⁊ do. Felinus. col. iij. versi. ⁊ adde etiam ⁊c. ibi, ad idem qđ not. Ang. vbi etiam refert qđ idem tenuit And. barba. in. d. l. j. C. de his qui spõ. munera publi. Cum igitur a concessione predicte immunitatis seu priuilegij de non soluendo vnitenũ aut cõtribuẽdo in solutione illius, ⁊ citra, quando casus occurrit qui vt audio sepissime occurrit coloni parciarij seu grangerij dictoꝝ nobiliũ aut suorum heredum ⁊ successoꝝ soluerint passim, ⁊ indistincte vnitenum aut in illo cõtribuerint pro parte fructuũ quam de predijs huiusmodi collegerunt. Et hoc videntibus, ⁊ ita fieri scientibus et paciscentibus prefatis nobilibus seu eorum heredibus et successoribus in quorum vtilitatem seu cõmodum redundat predicta immunitas, videntur ipsi eidem renũtiasse per actũ ⁊ actus de directo contrarios. Et hoc in terminis etiam voluit Ang. are. in dicto. §. si quis tutor. vbi dicit quod si aliquis habeat exemptionem ⁊ immunitatẽ a dacijs ⁊ gabellis, ⁊ ab alijs grauaminib⁹ vel collectis ⁊c. Deinde describatur in libro debentium soluere dacia ⁊ gabellas ⁊ collectas, vel aliter collecte imponantur sibi, quod si postea citetur vel soluat qđ non sufficit sibi priuilegium immunitatis allegare excipiendo vel excusando se quod non debeat soluere propter beneficium immunitatis, immo incontinenti cũ scit se scriptum vel aliter se vocatuz, ad minus debet appellare infra decem dies, al's sibi preiudicat. Vbi attẽdendum est qđ Ang. loquit nõ solũ qui sciuit se describi ĩ libro soluere debẽtiũ dacia, gabellas ⁊ collectas, sed etiaz in eo qui aliter sciuit se vocari ad hec munera vel qui soluit. Etiam ad predicta facit quod voluit Bar. in. l. vsuz aque. C. de aqueduc. lib. xj. vbi inquit Bar. not. legem istam cõtra illos qui habẽt priuilegium nimis largum de aliquo faciendo, et in hoc priuilegio vtuntur multũ stricte, quia nõ poterunt postea eo vti magis large ꝙ fuerunt vsi. Cum igitur priuilegium seu immunitas superius mẽtionata, et que effectualiter videtur cõcessa predictis nobilibus heredibus ⁊ successoribus eorum, et tam in se seu quo ad se ꝙ in tenentibus bona eorũdem, et ipsi solum vsi extiterint dicta immunitate quo ad se, ipsi nõ videntur vlterius posse vti quo ad bona tenentes eorũdem. Quinimo cum dicti bona tenentes seu grangerij ⁊ coloni, parciarij semper soluerint, et nunꝙ visuz fuerit a cõcessione dicte immunitatis ꝙ aliquis parciarius colonus vel grãgerius tentauerit se defendere aut tueri in vim dicte immunitatis, quominus vnitenuz solueret, excepto Claudio clauses grangerio nobilis viri Barrachini charbonelli, verisimile est qđ illa verba seu bona tenẽtibus quibuscunq; aliter fuerit semper intellecta ꝙ superius dixerim. Et ita non esset ab illo intellectu recedendum: quia minime sunt mutãda ⁊c. que interpretatio nem semper certam habuerũt. l. minime. ff. de leg. Et sic esto ꝙ cõtra id qđ superius dixi post Ange. are. in. d. §. si quis tutor. de eo q aliter ꝙ per descriptionem in libro soluere debẽtium dacia, gabellas, collectas vel alia grauamina sciuit se vocatum ad hec munera, ⁊ non appellauit infra decẽ dies, vel qui soluit videatur facere id qđ refert And. de barra. relatus per Jo. de pla. in. l. ij. C. de his qui spõte munera. ⁊ per And. barba. in dicto. c. cũ accessissent. col. xxvj. qui refert se vidisse determinationẽ questionis cũ Januẽses et Pisani haberẽt priuilegium immunitatis a solutione vectigalium eis concessum a rege Apulie, soluerũt per tres annos: querebatur an amisissent priuilegium vt in futuruz soluere tenerentur. et dicit qđ nõ: q2 cũ hic actus recipiat reiterationẽ, requiritur spatium triginta vel quadraginta annorum. c. si de terra. ⁊. c. accedentibus. ⁊ quod ibi per doc. de priuile. Hoc tamen dictum Andr. de barra. non videretur procedere in hoc casu in quo vt predixi grangerij ⁊ alij parciarij semper soluerunt, ⁊ nunꝙ sic fuerũt intellecta vel accepta illa verba seu eorũ bona tenẽtibus quibuscunq; vt cõprehenderẽt predictos grangerios vel parciarios. Et per hec patet responsio ad secũdũ quesitum, videlicet quod grangerij et alij parciarij soluere teneantur.

Ad tertiũ non possuz respondere nisi prius videro facultatẽ indicẽdi seu imponendi vnitenũ olim cõcessum vniuersitati seu hominibus dicti loci Cabeoli. Et nisi prius intellexero causam seu occasionez ⁊ materiã articuli seu capituli trãsactionis exordiẽtis, Jtẽ ⁊ postremo trãsegerũt, put supra partes predicte. qđ casu quo dicta emolumẽta vniteni leuari consueta in futurum ad statum pristinum reducerẽtur. Et quis sit ille pristinus status. Cum enim fuero de his informatus respõdebo autore domino.

Cõsiliũ. CCLXV.

De literis episcopi ⁊ illius depositione contra apostolicam impetrationem fidem non facientibus super collatione beneficij.

Summarium.

1 Litere episcopi contra impetrationem apostolicã an fidẽ faciant, ⁊ cur: ⁊ que solennitas in illis requiratur.
2 Testi de credulitate deponenti quando credendum.
3 Testis ratio reddita per verbũ videtur an iuuet eius dictum.
4 Instrumenti publici defensio, ⁊ ad reprobationem illius quid requiratur.
5 Tabellionis autoritas an bis possit assumi in instrumento.
6 Libri rationum an probent semiplene pro scribẽte vt sit locus iuramento in supplementum probationis.
7 Testes quot requirantur ad probationem indicij.
8 Cardinali deponẽti an qñ credatur in preiudicium alterius.

Etiam cũ his que nouissime deposuisse pretendit reuerẽdus in xp̄o pater do. Joãnes despinay Valẽtinẽsis eps in fauorẽ venerabilis viri dñi Frãcisci sextoris, ⁊ pro ipso ⁊ cõtra venerabilẽ virũ dñm Guillielmũ de quercore presbyterũ curatũ parochialis ecc'ie loci de Auriolo nõ pbat idẽ do. Sextoris eius pretẽsam intẽtionẽ. Et quidẽ nõ per ptẽsas literas asserte collationis dicte parochialis ecclesie. Tũ causis ⁊ rõnibus al's ĩ hac cã allegatis, ⁊ inductis. 1 † Tũ ⁊ q2 idẽ do. Guillielmus est impetrãs ap'lic⁹, cõtra autẽ impetrãtẽ ap'licũ fidẽ nõ faciũt l're epi aut alterius collatoris, in quibus cõtinetur aut per quas pbari pretẽdit epm vel aliũ ordinariũ collatorẽ primo cõtulisse. Et hoc ppter fraudẽ que timet, q2 sepe immo frequẽter accidit ꝙ epi siue coꝝ cãcellarij anticipãt datã cõtra ap'licos impetrãtes, fraus aũt ⁊ dol⁹ nemini debent patrocinari. malicijs etiã obuiãdũ est. c. sedes. c. ex tenore. de rescrip. ⁊. l. in fundo. ff. de rei vẽdi. Et ita de stilo obseruat ĩ palatio ap'lico vt refert collector decisionũ rote decisione. xxij. exordiẽte, Fuit dubitatũ vtrũ credat l'ris ⁊c. ⁊ decisiõe. cccxlviij exordiẽte, Voluerũt ⁊ ordinauerũt dñi ꝯcorditer ꝙ stil⁹ ⁊c. qđ de stilo palaciĩ ap'lici, ⁊ in eo sic seruet, multo fortius aut saltẽ nõ minus seruãdũ est in hoc casu, attẽto ꝙ de generali cõsuetudine regni ⁊ Dalphinatus vt testificant

vt testificantur et deponunt multi reuerẽdissimi ⁊ reuerẽdi in xp̄o patres domini archiepiscopi ⁊ episcopi, multi etiã secretarij, ⁊ alij notarij qui conformiter testificantur ⁊ deponunt ꝙ litere collationum beneficiorum consueuerint non solum sigillari sigillo dominorum archiepiscoporum, episcoporum ⁊ aliorum collator. Sed etiam solent ⁊ cõsueuerunt in eisdem describi testes, et illos subscribi ⁊ signari per secretarios huiusmodi do. collator vel alios publicos notarios: quod profecto non esset obseruatum: nec sic passim, et indistincte obseruaretur, si alias sine descriptione testiũ ac subscriptione ⁊ signatura secretariorum vel aliarum personarum publicaruꝫ literis huiusmodi esset fides adhibenda. Etiam nec probatur intentio prefati do. Sextoris ex pretensa depositione quaꝫ fecisse dicitur idem reuerendus do. episcopus. Tum quia ipse est vnicus ⁊ singularis. Et sic vox eius videtur quo ad probationem faciendam vox nullius. l. iurisiurandi. C. de testi. ⁊ c. tam literis. cũ suis simili. eo. titu. Tum et quia nemini in sua causa credendũ est. C. ne quis in sua cau. in rubro ⁊ nigro. et. §. nullus. iiij. q. iij. Sed in hoc casu videtur idem reuerendus do. episcopus Ualentinus in causa propria testimonium tulisse, vt videlicet ipse suam pretensam et propriam collationem factam in personam familiaris, et pro recompensatione multorum seruitiorum sibi antea impensorum per dominum de Uillanoua locũtenente domini Senescalli Lugduni prouisioni seu literis apostolicis continentibus mãdatum de prouidendo et prouisioni in vim literarum huiusmodi facte huic dño Guillielmo sibi extraneo, ⁊ qui talia seruitia antea nõ contulerat anteferret, hec ratio ad expugnationem literarum collationum ordinariorum, quatenus preiudicant apostolicis impetrantibus. etiam recitatur in dicta decisione. xxij. et fuit bone memorie reuerẽdissimi domini Petri de sasenato olim Cardinalis. Tum et quia vel ipse reuerendus do. episcopus quod tamen reuerẽter, ⁊ cum benigna supportatione dixeriꝫ, variauit in dicta eius depositione, vel vt magis puto solum deposuit de credulitate quo ad datam seu tẽpus dicte pretense collationis. Deposuit enim super. xij. articulorum exordientium, pluribus ⁊ diuersis medijs ⁊c. in quo parte dicti do. Sextoris propositum extitit ipsum reuerẽdum do. episcopuꝫ veraciter, realiter ⁊ effectualiter eidẽ Sextoris contulisse dictam parochialem ecclesiã anno mense ⁊ die in dictis pretensis literis mẽtionatis: qđ anno mense ⁊ die huiusmodi fuerunt sibi exhibite litere dicti domini de Uillanoua locũtenentis continentes id de quo in depositione, ⁊ quod tandem visis literis huiusmodi et reducens ad memoriam multa seruitia ⁊c. dicit qđ erat contentus conferre ecclesiam predictam, ⁊ archipresbyteratũ ipsi do. Sextoris, ⁊ quod extunc illos sibi cõtulit. Cũ vero interrogaretur super secundo interrogatorio parte dicti do. de Quercore fieri petito, dixit inter alia nõ recordari aliter de data: nisi quia in ipsis literis est descripta. Si igitur pretẽdatur deposuisse super dicto articulo qđ ipse veraciter contulerit dicta beneficia anno mẽse et die mentionatis in dictis pretensis literis, cum ipse super dicto secundo interrogatorio ore aperto dicat nõ recordari aliter de data nisi q̄ in ipsis literis est descripta, apparet variatio. Sed vt hoc euitetur magis credendum est qđ ipse fixe deposuerit de pretensa collatione, qđ ipse videlicet illam reuera fecerit prefato do. Sextoris, sed quo ad datam vel tempus illius propter quod est hec contentio inter dictas partes se retulerit dictis pretensis literis q̄ tamen vt predixi, et alias dictum est per alios et me non probant, et maxime quo ad dataꝫ contra hunc apostolicum impetrantẽ, nec suffragatur eidem do. Sextoris qđ in dicto secundo interrogatorio, idem reuerendus do. episcopus dixerit credere ꝑ certo illam

2 assertam datam esse veram, † quia testi deponenti de credulitate etiam si dicat se pro certo sic credere non est credẽduꝫ, nisi adijciat originem istius credulitatis et sensum corporis, vt voluit Bal. in l. siue possidetis. colũ. ij. vel. iij. versi. sed quero hic ⁊c. C. de testi. pro quo allegat. c. tertio loco. et. c. literis. de presumptio. et quod not. in. l. diẽ. §. si plures. ff. de arbi. Et idem videtur voluisse Bal. in. l. heredes palaꝫ. in fi. princip. ff. de testa. vbi dicit quod testimoniũ de credulitate vel opinione valet q̄n creduiitas est vnita sensui et intellectui, vt verbigratia, si diceret testis se credere talem fuisse in tali loco anno mense et die illis. quia eũ tunc illic vidit, valet enim ope rationis adiuncte dicto. Sed vbi non est ratio sensui vnita nõ valet. Et idem qđ Bald. voluit Alexã. de imol. vbi et eum, ⁊ multos refert. ff. de iureiu. super rubrica. ⁊ in. l. ij. §. idẽ labeo. col. ij. ver. sed quid si testis dicat se pro certo credere. Forte vero opponet idẽ do. Sextoris dictũ do. ep̄m subiunxisse rõnẽ q̄ dictũ cõfirmet. Pro eo q̄ subiũxit ꝙ sibi videt̃ ꝙ q̄n signauit ⁊ sigillari fecit dictas pretẽsas literas, nõ fuit aliquid omissum de descriptis in ipsis lr̄is, nec aliquod albũ omissum. Sed hec causa seu ratio dictũ non fir-

3 mat. † Tũ quia ipse reuerẽdus dñs hanc rationẽ reddit per verbũ videt̃, ergo nõ ꝓbat, per id qđ voluit Bal. in repeti. l. de quib⁹. col. xxv. ff. de legi. Ange. in repeti. l. sciẽdũ. col. ij. ff. de verbo. oblig. Jo. and. in addi. Specu. ti. de teste. §. nũc tractandũ. ꝑpe fi. ⁊ Bart. in l. quid tñ. §. si arbiter. ff. de arbi. ⁊ Alex. de imol. cõsi. lxxiiij. exordiẽte, Uiso testamẽto Joannis ⁊c. col. iiij. ver. itẽ iste testis in prima examinatione ⁊c. in primo volu. Tũ ⁊ q̄ supposito citra preiudicium veritatis ꝙ idẽ reuerẽdus do ep̄s fixe, ⁊ non per verbũ videt̃ dixisset ⁊ respõdisset qđ in dictis pretẽsis literis nõ fuerit aliquid omissuꝫ de inibi descriptis, nec aliquod albuꝫ omissuꝫ, adhuc nõ probaret: q̄ ista ratio nõ cõcluderet: q̄ potuisset cõtingere ꝙ ⁊ hec oĩa que nũc in dictis literis leguntur, erant tunc in eis descripta et qđ nullum album dimissum extitisset. Et tamen non fuisset facta collatio anno mense ⁊ die descriptis in dictis pretensis literis que fuerunt antidatate, et ad quarum datam nõ attendit ipse do. ep̄s tpe sue pretense subscriptionis ⁊ tẽpore quo illas sigillari fecit. Si eniꝫ attẽdisset ad datã, deprehendisset ꝙ illa nõ cõgruebat rei facte. Si enim diceret se tunc legisse literas de verbo ad verbũ, ⁊ bene aduertisse etiam quo ad illarum datem, ⁊ qđ reuera ipse cõtulerat dicta bñficia anno mẽse ⁊ die inibi scriptis, tũc pretendi posset eum fixe deposuisse de actu collationis ⁊ tempore seu data illius, q̄uis tamen etiam hoc casu nõ probaret rationib⁹ predictis. Sed ipse multum diuerse ⁊ minus efficaciter deposuit, et sic multominus probat.

4 † Etiam nec probatur intentio ipsius do. Sextoris per dictas pretensas literas vt ex aduerso pretenditur sigillo eiusdem reuerendi do. ep̄i ⁊ manu sigillatas et subscriptas seu signatas, ⁊ per depositionem eiusdẽ do. ep̄i simul iunctas. Pro quo allegasse sufficiat qđ not. Bart. in. l. j. §. si quis neget. col. penulti. versi. quero quid si in instrumento ⁊c. vbi etiam Jo. de imol. col. viij. versi. nec obstat si dicatur ꝙ instrumentum habet vim duoruꝫ testium ⁊c. ff. quemadmo. testa. ape. ⁊ cano. in. c. cũ Joannes heremita. de fi. instru. qui respõdentes rationi facte pro defensione publici instrumenti ꝙ habeat vim duorum testiũ, ⁊ qđ in eo sit tabellionis autoritas que habet saltem vim vnius, ⁊ sic videatur qđ debeant requiri quatuor testes ad reprobationẽ instrumenti, vt voluit glos. in. c. tertio loco. de proba. ⁊ in auf. de instru.

5 caute. ⁊ fi. §. si vero aliquid. colla. vj. † Dicũt hãc rõnem siue argumentum non valere pro eo quia instrumentum habet vim duorũ testium nõ quidem ex se tantũ, sed propter autoritatem tabellionis. Et ideo in dicto argumento bis sumitur idem: quia bis assumitur autoritas tabellionis. Nã tacite de illa fit mentio eo ipso ꝙ dicitur instrumentum habere vim duorum testium: quia illud est vt dixi propter autoritatem tabellionis, et postea expresse fit mẽtio iterato de eadem autoritate, ⁊ sic non concludit. Et idem videtur dicendum in casu isto, si et quatenus pretẽderetur dictas pretensas literas propter sigillum ⁊ subscriptionem facere aliqualeꝫ probationem, etiam si dici possent vt non possunt illam facere semiplenam. Facit ad predicta quod voluit Panor. in. c. ij. col. iiij. versi. secunda fuit opinio quorũdam. vt refert Joan. and. ⁊c. de fi.

6 instru. † Ubi ad impugnationẽ opinionis quorũdam dicẽtium librum rationum semiplene probare etiam pro scribẽte vt sit locus iuramento in supplemẽtũ ꝑbationis: dicit idẽ Panor. hoc videri absurdũ vt det̃ illi iuramẽtũ cũ tunc tota probatio dependeret ab autoritate sua. Et sic idẽ bis cõputaret̃. Etiã ꝑ p̄missis facit qđ voluit Jo. de imol. in. d. c. cũ ioãnes heremita. ⁊ post eũ do. Feli. colũ. xx. versi. quarto declara ⁊c. vbi dicunt ꝙ q̄uis aduersus testes impugnantes instrumẽtũ possint ꝑduci testes pro defensione instrumẽti ⁊ cõtẽtorũ in illo, notarius tamẽ qui illud recepit non potest ꝑduci ad defensionẽ instrumenti impugnati: q̄ oĩs virtus instrumenti depẽdet ab autoritate tabellionis, ⁊ ideo eius testimoniuꝫ non geminat eandem ꝑbationẽ. Nõ ergo possunt dicte pretense litere ⁊ depositio perficere ꝑbationẽ intentã per dictũ do. Sextoris. Preterea vt predixi depositio eiusdẽ reuerendi do. ep̄i impugnatur ex multis, ita vt nihil prorsus probare videatur.

Nec suffragatur eidẽ domi. Sextoris depositio reuerendissimi in christo patris et domi. do. Andree despinay cardinalis, quia ipse nihil deponit de veritate dicte pretense collationis, sed de quodam pretenso et remoto indicio, si tamen et quatenus indicium dici debeat. Et quod etiam si esset verum ⁊ lõge ꝓpinqui⁹ indiciũ, nõ tñ ꝓdesset in aliquo eidẽ do. Sextoris, pro eo q̄ nõ est plene ꝑbatũ. de eo enim solum deposuit ipse reuerẽdissimus do. Cardinalis, nõ ergo ꝓbat̃. d. l. iurisiurãdi. C. de testi. ⁊. d. c. tã literis. eo. tit.

7 † Ad ꝑbationẽ enim indicij opus est duob⁹ testib⁹, vt voluit glo. reputata singularis. in. l. fi. et qđ ibi Bar. ⁊ alij doc. C. famil. ercis. Inno. in. c. sicut. de simo. Ang. in. l. fi. in prin. ff. qđ met. cau. ⁊ in auf. de testa. imperfec. in prin. colla. viij. Bald. in. l. cũ citra. C. de iur. do. ⁊ in. l. ij. in prin. ff. de excusa. tut. ⁊ Alex. de imol. cõsil. xj. exordiẽte, Sẽtio in dubiũ reuocari ⁊c. col. ij. ⁊ cõsi. xix. exordiẽte, In his q̄ in themate ⁊c. col. ix. i. iiij. volu.

8 Non ergo probatum est dictum pretensuz indiciū† nisi forte quis dicat ꝙ immo probatū extiterit propter excellētiā cardinalatus. arg. c. nobilissimus. distin. xcvij. Sed istud non obstat. Tum quia ille text. loquitur in cardinali legato, cuiusmodi non est dictus reuerēdissimus dn̄s. Tū ⁊ quia dictum. c. nobilissimus, loquitur in casu in quo nulli afferebatur preiudiciū ƀm glos. que hoc not. in. c. sicut. de senten. excō. Et ita etiā respōdent ibi Hosti. ⁊ Panor. hic aūt afferret preiudiciū dicto dn̄o Guillielmo, si tn̄ ⁊ quatenus dictum pretēsum indiciū cōcluderet ⁊ valeret. ⁊ ꝙ dicto cardinalis non credatur in preiudiciū alterius. voluit glos. in. d. c. sicut. ꝑ qua sunt boni tex. in. c. licet ex quadā. ⁊. c. cū a nobis. de testi. quod etiā voluit Fran. de are. in dicto. c. cum a nobis. in scdo nota. ⁊ plenius in. c. constitutus. col. fi. de testi. et plene do. Feli. vbi etiam multos inducit in dicto. c. sicut. Sic ergo non plene probat dictum pretensum indicium. Et ita etiaz si alias videretur multū facere ad causam iungi non posset alijs pretensis probationibus ad integrandum probationē, per id quod not. Bald. in. l. si quis ex argētarijs. §. j. ff. de eden. et sequitur Alexā. de imol. in dictis cōsilijs. xj. ⁊. xix. et do. Jas. may. in repeti. l. admonendi. charta. xxxv. colum. iiij. de iureiuran. Non em̄ hoc casu procedit. c. cum causam. cum concor. ibi per glos. allega. de proba. ⁊ quod not. in. l. ij. in princi. ff. de excusa. tuto. quia quod inibi habetur ⁊ not. scz quodꝗ singula non iuuant plura prosunt. Procedit eo casu quādo vnūquodꝗ ex illis multis plene probatuz est in sua specie, alias secus prout bene declarat Bal. in. d. l. si quis ex argentarijs. §. j. et Alexan. de imol. in dictis duobus cōsilijs. Et ita mihi videtur sub benigna supportatione.

Consiliū. CCLXVI.

De testium receptione et examinatione post publicatas attestationes.

Summarium.

1 Testes an iteruz produci possint post publicationes ⁊ attestationes, et examinari. nu. 3. ⁊. 4.
2 Jus quodlibet in suo foro extra materiam peccati seruari potest: et vbi variant opiniones per decisionem pape sopitur.
4 Bald. in causis decidendis non parua autoritas.
5 Commissarij an possint testē de falso punire: item et iudex appellationis, et cur.
6 Judex ad quem, est successor iudicis a quo.
7 Judex plus pro presente supplere ꝙ̄ pro absente an possit, ⁊ qn̄.
8 Legem imponere verbis an liceat.
9 Aduocati mali nutriunt lites, et omnia mala percallent.
10 Aduocati nulli vnꝗ̄ clientulorum dixere animam perdes, sed bene causam.

1 Am† pridē multis iuribꝰ ac etiā rationibꝰ ⁊ causis fuit si nō fallor plene demonstratum ⁊ ostensum per reuerendos patres ⁊ viros egregios dominos Tossantiuz garini, Guillielmū maynerij, Clementē de coreis, ⁊ Joannē Guillonis iuriuz professores eximios: qd̄ post didiscita testificata non potuerint iterato produci nobilis vir Joannes Arlatani ⁊ Jacobus carterij: nec de nouo produci quidam Joannes Guille, et qd̄ propterea ipsorum Arlatani et Carterij sic reproductorum depositionibus ⁊ depositioni Joannis guille nouiter producti fides non fuerit adhibenda, maxime per id quod habetur ⁊ legitur in clemen. ij. de testi. Cuius dispositio seruari debet etiam in foro ciuili seu cesaris ƀm Antonium de butri. ⁊ Joannem de imol. qui ita not. in. c. fraternitatis. de testi. ⁊ Petrus de anchara. in repeti. c. j. versicu. vltimo non omitto. de cōstitutio. 2 † quia licet quodlibet ius seruetur in suo foro extra materiam peccati, vt dicit, illud est verum nisi de aliquo dubio sint opiniones inter iuristas: quia tunc per decisionem pape censetur sopita eorum varietas. Allegāt not. in. c. licet ex suscepto. de foro competen. et in. c. per venerabilem. qui filij sint legi. et in. c. raynutius. de testa. quod etiam voluit Antonius de butri. in c. super literis. colum. iij. de rescrip. vbi etiam Joan. de imol. in secundo not. Panor. in. c. cū tpe. col. vlt. de arbi. Anto. de but. in. d. c. per venerabilem. §. rationibus. et in. c. j. per illum textum. de iura. calū. et in. c. et si necesse. colum. ij. de donatio. inter virum ⁊ vxorem. et Joan. de ana. in. c. fina. colum. vltima. de delic. puero. facit quod not. Anto. de butri. in. c. super specula. de priuilegi. et plene dominus Feli. in dicto. c. fraternitatis. colum. ij. qui etiam bene respondet dicto Bal. qui visus est tenere cōtrariū in. l. eos. §. si quid autem. C. de appella. Quia igitur hec fuerunt alias plene ostensa, non erat vlterius super illis insistēdum: quia plenitudo adiectione non indiget. c. bene quidez. dist. xcvj. et. l. j. ad fi. ff. dē do. preleg. Verū quia audio nobiles ⁊ magnificos viros dominos Ludouicum forbini do. de Luco magnum presidentem, et Rolinum bartholomei presidentem camere rationum Aquensis iuriū professores clarissimos ⁊ immediatos iudices et commissarios a quibus parte nobilium virorum Pauleti, Aydini, ⁊ Laurētij rodulphi extitit appellatum quale quale, immo vt mihi videtur maximuz fundamentum assumpsisse super quadam pretensa receptione et noua examinatione prefati Joānis guille quam ex suo officio fecisse pretenduntur venerabiles ⁊ egregij viri domini aduocati regius ⁊ pauperum: ⁊ Ludouicus cornille iuriū professores, ac oliz commissarij, et iudices cause huius ante dictos do. magnum presidentem ⁊ presidentem camere deputati, videndū superest an depositio seu dictuz huius Joannis guille sic recepta eisdē nobilibꝰ Aydini et Rodulphi nocere debuerit, et an iste Guille ex officio dictoꝝ do. aduocatoꝝ ⁊ Cornille iterato recipi ⁊ audiri potuerit. 3 † Ad qd̄ rn̄deo qd̄ ꝙ̄uis ꝑ hac parte vt iterato recipi, ⁊ ex officio examinari potuerit, videatur facere dictum Bal. in. l. fina. in principio. versi. ex predictis inferas. C. de appella. vbi dicit Bald. qd̄ aduersus cle. testibus. de testi. sit remedium quod ille qui non potest ꝑducere testes super didiscitis testificatis det iudici nomina testium, et deinde se absentet, et qd̄ iudex in quo non timetur subornatio recipiat dictos testes ac iuramenta et depositiones, ⁊ valebit eorum testimonium: quod dicit idem Bald esse mirabile. et hoc dictum Bal. cōmemorat, et sequitur Alexā. de imol. in. l. dies cautioni. §. hoc autem iudicium. col. iij. versic. et ex dictis supra ⁊c. ff. de damno infecto. His tamen non obstantibus quod in casu de quo queritur, non valuerint receptio et repetita examinatio quā fecisse dicūtur dicti do. aduocati ⁊ Cornille, ⁊ qd̄ dicto ⁊ depositioni eiusdem Guille sic repetiti credi non debeat: quia iura q̄ dicūt iudicem posse supplere pro absente, intelliguntur si iudex hoc faciat infra tēpus infra qd̄ pars si presens esset hoc expedire posset. l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procurato. facit quod not. glos. in l. querelam. C. de fal. ꝙ̄uis nonnulli docto. illā reprehendant. Cū ergo in casu nostro idem Guille in testē produci non potuisset per prefatum Aycardi eo tempore quo dicitur iterato receptus, et ex officio repetitus per dictos domi. aduocatos et Cornille. Tum quia post didiscita testificata. Tum ⁊ quia post conclusionem in causa, ergo nec ipsi do. commissarij hoc facere potuerūt. Preterea ꝙ recipi ⁊ ex officio iteꝝ examinari nō potuerit, facit quia licet in iudice nulla presumat̃ subornatio circa testes, tn̄ presumit̃ ī testibꝰ qd̄ sunt subornati a parte. Et ita nō cessat isto casu ratio ꝓhibitionis, de qua in dicta clemen. testibus. et allegato. c. fraternitatis. et in aut. de testi. §. quia vero. colla. vij. Adijcio quod qui sic se absentat, prout faciendum docet Bal. vt videlicet iudex testes qui per absentantem produci non poterant recipiantur et audiantur per iudicem malitiose se absentat, ergo absentia huiusmodi ei ꝓdesse nō debet. l. et qui data. ff. ex quibus cau. maio. ⁊. l. fina. C. quomo. et quan. iudex. Et per predicta Roma. in dicta. l. dies. §. hoc iudicium. ff. de damno infecto, tenuit contra dictum Baldi in dicta l. fina. C. de appellatio. Et huic opinioni tanꝙ̄ vltimo loco relate et non impugnate videtur adherere do. Feli. in dicto. c. fraternitatis. columna. v. versiculo item limita. vt per Baldum, quod not. glos. in. l. qui filium. §. sabinus. ff. ad trebel. et quod habetur in. l. si idem. §. fina. et quod ibi Baldus et Ang. ff. de iurisdi. omniū iudicum. ⁊ Baldus in. l. j. in fine. ff. de cōstitu. 4 † Et ꝙ̄uis vt dicit Paulus de castro. consilio. cxxxiij. exordiente, Viso puncto ⁊c. versicu. circa tertium. et Angelus are. in suo tractatu malefi. super verbo, necnon ad denuntiationem. non parua sit Bal. autoritas in causis decidendis quando non habet contradictorem: eius tamē autoritas non videtur hic attendenda. Tum quia vt predixi habet Roma. contradictorem apertum, ⁊ vt videtur dominus Felinus. Et ꝙ̄uis Roma. non sit forte alias equiparandus Baldo, eius tamen rationes et motiua videntur plus vrgere ꝙ̄ rationes Bal. Et sic illis magis inherendum. l. ij. versicu. sed neqꝫ ⁊c. C. de vete. iu. enucle. ⁊ qd̄ not. Hostien. Joan. and. Panor. ⁊ docto. in. c. j. de constitu. Preterea non habuit Bal. solum Roma. in cōtradictorem, sed vt videt̃ predecessores suos qui quo ad hoc non leguntur limitasse dispositionem dicte clemen. testibus. qd̄ etiam fatet̃ idē Bal. cū dicat illud dictū suuz esse nouam cōclusionē. Cōtra quod dictum videtur etiam facere quod voluit idem Bald. in. l. vnica. col. j. ver. tertia est conclusio ⁊c. ⁊ col. ij. versi. tu dic ⁊c. C. vt que de-

sunt aduoca. vbi in ver. primo allegato dicit quod ista propositio non probat um probabo, non congruit iudici: q2 istud est officiuz partis nō iudicis. l. per hāc. C. de tēpo. appel. 7 l. nō ex oībus. ff. de arbi. in scdo vero versi. dicit respōdendo ad dictam. l. fina. §. j. C. de appel. qd ibi iudex supplet pro absente ex probatiōe probata, nō autem ex probandis idest ꝙ ipse iudex assumat sibi officiū produ cēdi nouas probationes. Et loquitur Bal. vt dixi in absente.

Addo quod supposito citra preiudicium veritatis ꝙ dictum Bald. al's pcederet et nocere po tuisset dictis nobilibus Aydini et Rodulphi, eo videlicet casu quo dictus Guille non fuisset antea productus, et antea non de posuisset. Tamen nō videtur posse procedere in casu de quo que ritur cum ante hanc receptionem et repetitionem fuisset idē Guil le parte dicti Aycardi post publicatas 7 didiscitas attestatiōes super eisdem articulis productas examinatas et auditas, et de inde post longam disputationem habitam, de et super eo quod parte dictorum nobilium Aydini et Rodulphi diceretur depo sitioni eiusdem Guille non esse fidem adhibendam propter me tum subornationis, et que interuenisse presumebatur. dicta cle menti. testi. 7 per iura 7 rationes alias allegatas fuit ipse Guille ex dicto pretenso officio dictorum do. aduocatorum et Cornille denuo receptus et examinatus super eisdē articulis. Obstat igi tur huic secunde depositioni nō solum metus subornationis pre sumptiue facte per partē: pro eo quia hec secūda depositio, immo vt dicit tertia est conformis prime facte post publicatas et didisci

Viso pcessu cause cepte, et aliquandiu vẽtilate, per et inter nobilem virum Joannem arlatani actorem ex vna parte, ac egregiam et nobiles mulieres dominam Marthonã relictã egregij quondam viri domini Antonij malisanguinis legum doctoris, et Joannã vxorem nobilis Alexij de furno ex alia. Dico et respondeo breuiter et succincte sniam prime reformatoriam et absolutoriam, pro et in fauorem dictarum do. Marthone et Joãne, et contra dictum nobilem Arlatani per magnificos viros dominos magnum presidentem, et magistros rationales fuisse et esse iuste promulgatam seu latam. Et propterea eũdem nobilem Arlatani male et iniuste a sentẽtia huiusmodi supplicasse. Et vt hoc facilius appareat. Premitto et suppono quod mutuum illud sexcẽtorum et nonagita ducatorum dudum sumptum et receptum vt ex aduerso pretẽditur per dictum dominum Antonium suo et dicti nobilis Arlatani, et eorum cuiuslibet insolidum nominibus, et de cuius mutui exceptione apparere pretendit idem Arlatani quodã pretenso instrumento inserto in processu cause huius. fo. lxiiij. fuit sumptum et receptũ Anno domini. M. cccclxvj. et die prima mensis Septembris. Premitto insuper quod pro prima solutione gabellarum, de quibus habetur sermo in publico instrumẽto parte dictarum do. Marthe et Joanne in hac causa producto et inserto. fo. xix. Et in quibus ipse do. Antonius illarũ emptor sibi associauit prefatum Arlatani cũ honoribus et oneribus ac illas et iura sibi competentia cõicauit eidẽ Arlatani Anno predicto et die. xix. mensis Septembris, prout de his constat et apparet ex tenore eiusdem instrumenti sumpti et recepti Anno mense et die predictis et inserti. fo. lxiiij. Etiã premitto quod ex instrumẽto nouissime pducto parte dictarũ do. Marthone et Joanne, et recepto seu confecto Anno predicto. M. cccclxvj. et die quarta mensis Septembris, colligitur et eminẽtissime apparet quod idẽ do. Antonius pro prima solutione triginta et quatuor milliũ florenorũ per ipsum pro predictis gabellis dari cõuentorum et pmissorũ dedit et soluit summã duorũ milliũ et ducentorũ florenorũ. Quo fit vt cũ dicti sexcẽti et nonaginta duo ducati mutuo recepti extiterint per ipsum do. malisanguinis pro cõplẽda seu faciẽda prima solutiõe dictarum gabellarũ vt scribitur in quodã alio pretẽso instrumẽto parte dicti Arlatani i hac causa pducto et inserto. fo. lxvj. et inuim cuius prefata do. Marthona et Joanna in hac causa cõueniũtur, presumi debeat illos fuisse cõfessos in dictã primã solutionem gabellarũ. Et sic fuisse partẽ dictorũ duorũ milliũ et ducẽtorũ florenorũ per ipsũ do. Antoniũ solutorũ Anno predicto. M. cccclxvj. et die quarta mẽsis Septẽbris, et sic infra quatuor dies post receptũ mutuũ. Pro quo induco in argumẽtũ. l. si vetri. §. fi. et quod ibi Bart. ff. de priuile. creditorũ. et qd not. idẽ Bart. et doc. in. l. cũ seruus. ff. de verbo. obli. et melius qd not. Cy. in aut. hoc ius porrectũ. col. fi. versi. sed pone qd creditor pbat etc. vbi etiã Bal. Salice. et alij. C. de sacrosan. eccle. Anto. de butri. i. c. j. de deposito. et qd ibi Jo. de imol. col. x. versi. qualiter autẽ pbet. versi. eo casu quo expediẽs est illum probari. Cũ igit prefatus do. Antonius postea anno predicto et die. xix. mensis Septẽbris eundẽ Arlatani associauerit in predictis gabellis cũ oneribus scz et honoribus exbursatio dictorũ sexcẽtorũ et nonaginta duorũ ducatorũ qui, vt puto si nõ fallor adualuati ad monetam tunc currentẽ valebant mille et quingentis florenis vel circa, cessit pro dimidia parte ad cõmodũ et vtilitatẽ eiusdem Arlatani qui dictarum gabellarum particeps extitit. Et cũ nõ solum in dicta prima solutione soluerit idem do. Antonius dictos mille et quingẽtos florenos, sed summã duorum milliũ et ducentorum florenorũ, et sic florenos quingẽtos vltra et preter dictos mille et quingẽtos florenos. Apparet quod ducenti et quinquaginta floreni qui sunt media pars quingẽtorũ cesserũt in commodum et vtilitatem eiusdem Arlatani, et de quibus non apparet ipsũ do. Antonium fuisse reimbursatum.

Ceterum nõ est dubiũ quin centum ducati ab vna parte, ac ducenti et quadraginta sex ducati et quatuor grossi de quorũ solutionibus apparet per duo publica instrumẽta parte dictarũ do. Marthone et Joãne i hac causa producta et inserta, primũ vcz fo. cv. et secundũ. fo. cxviij. soluti extiterint de pecunia cõi ipsorũ do. Antonij et Arlatani. Hoc enim apparet et satis exprimitur in dictis instrumentis. Nõ etiam reperio qd idem Arlatani multum institerit super solutionib' hmõi pretendendo se illas fecisse de sua pecunia, nisi quatenus aliquãdo ab initio visus est se fundasse super quibusdam pretẽsis literis testimonialibus sumptis et receptis Anno domini. M. cccclxxi. et die. x. mensis Julij parte ipsius nobilis Arlatani in hac causa productis et insertis. fo. lxxxvij. et per quas pretendebat idem Arlatani constare quod anno, mẽse et die predictis nobilis Ludouicus Perusij confessus extiterat se habuisse et recepisse [illegible] ni, et de pprijs ipsius pecunijs summam predictam sextentorum et nonaginta duorum ducatorum. † Sed iste pretense litere et confessio de qua in eis etiam si probaretur, vt tamen per eas non probatur vtpote que carent iuris solennitatibus requisitis, eidẽ nobili Arlatini in nullo suffragantur nec nocẽt prefatis do. Marthone et Joanne. Tum quia vt apparet per publica instrumenta in hac causa producta summa predicta diu ante soluta extiterat prefato Perusij. Tum et qr idem Perusij nõ simpliciter affirmat solutiones dicte summe esse factas de proprijs pecunijs eiusdẽ Arlatani, sed addidit granũ salis, scz prout idẽ Arlatani asserebat, cui tamen nõ est credendum, quinimo nec ipsi Perusij si hoc diceret, cũ solutiones sibi facte extiterint absente dicto Arlatani. Tũ et quia in dictis literis testimonialibus inter alia dicitur, inclusis quibuscunq solutionibus et quittãtijs etc. ad quas si attendat nihil apparebit fuisse numeratum aut solutum eidem Perusij per ipsum Arlatani tempore huius pretẽse generali quittantie cum ante datam illius esset facta integra solutio dicte summe.

Restat ergo solũ dubitatio de illis trecentis et quadraginta sex ducatis quos idẽ Perusij cõfessus est habuisse et recepisse ab ipsis do. Antonio et Arlatani per manus nobilis Petri bisquerij, an vcz illi soluti extiterint de pprijs pecunijs eiusdẽ Arlatani, aut de pecunijs cõibus inter ipsos do. Antoniũ et nobilẽ Arlatani, aut de pprijs ipsi' Bisquerij. Super quo videt dicẽdũ sub correctione cuiuslibet dñi melius sentiẽtis, quod ille potius cẽseri debeãt fuisse pecunie pprie ipsius do. Antonij quam cões inter ipsum, et dictum Arlatani aut pprie ipsius Arlatani, aut dicti Bisquerij. † Et maxime videt qd potius dici debeãt fuisse ipsius do. Antonij quam dicti Arlatani, pro eo qr vt apparet per instrumẽtũ parte dicti Arlatani in hac causa productum dictus Perusij creditor confessus fut summam predictã habuisse et recepisse, nõ quidẽ ab ipso Arlatani, sed a dicto domi. Antonio, et hoc factum est presente ipso Bisquerij, et ita videtur idẽ dominus Antonius pecuniam dedisse, nisi forte quis diceret quod immo illam dederit dictus Bisquerij per eius manus illam habuisse et recepisse cõfessus est prefatus Perusij. Sed istud nõ obstat, qr cum dictus Perusij cõfiteatur pecuniam habuisse nõ a dicto Bisquerij, sed per man' ipsius a dicto dño Antonio, videtur idem domin' Antonius pecuniã dedisse et Bisquerij, vt pote forte aptior ad numerãdã illã numerasse predicto Perusij sub psentia eiusdẽ do. Antonij. Et sic prebuisse nudũ ministeriũ per ea que habentur in. l. si pcuratori presentis. ff. de verbo. obliga. et qd not. Sali. in. l. omnibus. prope finem. C. de testi. vbi etiam dicit qd ita

potest loqui tex. in auth. de instru. caute. et fi. §. in his. ver. qd si etiam adnumeratorē. colla. vj. Si igitur idem dominus Antonius censeatur prout et censeri debet pecuniā dedisse, illa presumitur fuisse sua. l. cum proponas. et quod ibi Bart. et docto. C. pro so. facit pro hoc: quia si Bisquerij pecuniam huiusmodi dedisset vel de sua et de pecunia prefati Arlatani, ipse nō fuisset verisimiliter passus q dictus Perusij confiteretur illam habuisse et recepisse ab ipso domino Antonio, sed potius scribi fecisset q ille confitebatur illam habuisse a dicto Arlatani, vel saltē ab ipso Bisquerij illam numerante et soluente pro ipso Arlatani.

Nec refragatur dictis domi.

Marthone et Joāne depositio predicti Bisquerij, etiam si deponeret quod pecunia per eius manus recepta fuerit de propria pecunia eiusdem Arlatani. † Tum quia ipse est vnicus et singularis, et sic vox eius vox nullius. l. iurisiurandi. C. de testi. et. c. tam literis. eodem tit. Nisi forte quis opponat quod immo saltem valeret depositio huiusmodi si plena esset: quam tamen nō vidi, quo ad hoc vt in supplementū probationis plenioris deferri debeat iuramentum eidem Arlatani. Sed hoc non obstat. Tum quia vt iam dixi presumptio facit quod dictis do. Marthona et Joanna, et contra dictum Arlatani, scz q dicta pecunia fuerit dicti domini Antonij. dicta. l. cum proponas, ergo iuramentum non est eidem Arlatani deferendum, † quia vbi contra semiplenam probationem est presumptio in contrarium. Illa presumptio cōtraria elidit vim semiplene probationis et impedit deferri iuramentum suppletorium. l. j. cum glo. et quod ibi Barto. et docto. C. qui et aduer. quos. Barto. in. l. admonendi. col. mihi. ix. versi. quero vna probatio etc. vbi etiam Roma. colū. xxvij. in. xj. fal. et do. Jason may. charta. xl. col. j. ver. decimanona causa etc. Tum et quia cum prefatus Arlatani pretendat totam summam dictorum sexcētorum et nonaginta duorum ducatorum peruenisse ad dictum do. Antonium, et sic effectualiter quo ad eum se fuisse illius fideiussorez, ipse pretēdēs se soluisse creditori debet legitime probare solutionem per eūdem pretensam. c. peruenit. ibi, quatenus si ex confessione predictorū [illegible] legitime vobis rem ita se habere cōstiterit etc. de fideiusso. Non ergo ad hoc vt dictum iuramentum sibi deferret sufficit semiplena probatio, per id quod voluit glos. que reputat singularis in. l. cum de indebito. in principio. ff. de pbatio. † que dicit qd probatio per testes vel instrumenta dicitur legitima probatio, et nō probatio per iuramētum. Idem videtur voluisse glo. in. §. quadrupli. super verbo, duplicantur. insti. de actio. Etiā idē videtur voluisse glo. i. c. at si clerici. super verbo, legitima. de iudi. que dicit quod illa dicitur pbatio legitima que fit per legitimos testes et omni exceptione maiores, † Et ille testis dicitur omni exceptione maior qui adeo est ydoneus qd per exceptionem repelli nō potest, vt not. glo. in. §. item verborum. super verbo, idoneos. institu. de inutili stipula. † Probatio ergo facta per vnicum testē non dicitur legitima probatio, sed potius priuilegiata. qd etiam voluit Bal. in. c. j. §. j. als. in princip. de controuersia inuesti. Bal. in. c. j. §. sacramentum. col. j. de consuetu. recti feu. et in. c. si vassallus. titu. si de feu. fuerit cōtrouer. et in. c. j. §. si vassallus. ti. si de inuestitu. feu. iter do. et vassal. lis ori. Hoc etiā voluerūt Alb. et Flo. i. d. l. cum de indebito. et Flori. in. l. patronum. ff. de proba. et And. barba. pro hoc multa inducens in. c. sicut. col. xij. versi. not. ibi cum alie legitime probationes. de proba. et dominus Jason may. in repeti. dicte. l. admonendi. charta. xxviij. colum. iiij. versi. octauo principaliter non defertur istud iuramentum necessarium vbicūq; lex vel statutum requirit apertissimas probationes etc. ibi, idem si requiratur legitima. † Et cū ista fuerit opinio glo. et non vnius, sed plurium que habet docto. et quidem famosissimos non videtur ab ea in iudicando recedendum iuxta doctrinā Jaco. butri. in. l. vnica. C. qui pro sua iurisdi. iudi. dare dariue pos. quā sequitur Joā. de imol. in. c. cum contingat. charta. vj. de iureiu. Bald. in. l. heredi. C. depo. multas remissiones ponit dominus Feli. in. c. j. charta vltima. de constitu. Non est ergo eidē nobili Arlatani iuramentum deferendum.

Preterea vt iam tetigi aduer

tendum est quod pro prima solutione dictarum gabellarum et pro qua facienda fuerunt mutuo recepti dicti sexcenti et nonaginta duo ducati valoris, vt puto mille et quingentorum florenorum monete illius temporis, dictus dominus Antonius soluit summam duorum millium et ducentorum florenorū, et sic florenos septingētos de quorum medietate non apparet reimbursatus per dictum Arlatani postea et infra paucos dies in gabellis associatum cum honoribus et oneribus. Quo fit vt esto quod dicti trecenti et quadraginta sex ducati quos dictus Perusij confessus fuit habuisse a dicto Antonio per manus dicti Bisquerij probarētur fuisse soluti de proprijs pecunijs dicti nobilis Arlatani, non tamen deberent dicte do. Marthona et Joanna cōdemnari ad petita, postq̄ apparet dictum nobilem Arlatani teneri ad medietatem dictorum septingentorum florenorum. Et ita mihi videtur etc.

Cōsilium. CCLXXXIII.

De remissione annui redditus de bonis pupilli per tutorez facta.

Summarium.

1. Immobilium appellatione an veniant iura et actiones.
2. Annone ciuiles, redditus annui et pensiones veniunt appellatione bonorum immobilium, vel illis comparantur.
3. Conuentus incapax bonorum immobilium an possit tenere redditus annuos.
4. Prelatus remittens partem annue pensionis solennitate nō seruata an possit contrauenire.
5. Redditus annuus et perpetuus minori debitus an possit alienari maxime per donationem.
6. Mandatarius habens generale mandatum etiam cum libera an donare possit et quando.
7. Debitum liquidum remittere est dilapidare.
8. Veniens contra transactionem iuratam quid incurrat.

1 Etiam † si appellatione bonorum immobilium non veniret iura et actiones, cuius tamen cōtrarium voluit glo. in. l. fi. C. in qui. cau. in integ. resti. non est neces. et in. l. mouentium. ff. de verbo. signifi. arg. l. ait pretor. §. j. ff. de iur. delibe. † 2 Illud tamen certum est qd annone ciuiles, annui redditus et pēsiones veniūt appellatione bonorum immobilium vel illis comparātur. l. iubemus. la. ij. in prin. et quod ibi Bart. Paul. de cast. et alij. C. de sacro sanc. eccle. auth. de non alie. aut permutan. re. eccle. circa principiū. ibi, vult enim illa. colla. ij. et ita disputauit et tenuit Fede. de se. cōsilio. xij. exordiente, Fratres predicatores. † 3 Vbi voluit qd quēad modū fratres pdicatores sunt icapaces bonorum imobiliū: ita sunt incapaces annuorum reddituū. Dicit etiā Jo. de imol. in. c. potuit. charta. vij. ver. itē etiā videt. de loca. q si pter pēsionē partis rei q̄ tenet i emphitheosim, et sub dnio directo ecclie plat remiserit partē annue pēsionis nō seruata solēnitate que requirit in alienatione rei ecclesie. de qua in. c. sine exceptione. xij. q. ij. remissio hmōi nō preiudicabit successori. Et ideo poterit idē successor cōtrauenire. c. ij. de precarijs. et nō solū successor, quinimo etiā ipse prelatus remissor partis pēsionis per ea que legunt et not. in. c. si quis presbyterorum. de re. eccle. non alie. et impugnatur remissio huiusmodi pro eo quia perpetuus redditus ecclesie habetur loco immobiliū per iura superius allegata. Quo fit vt quedam pretensa quittātia cessio et remissio quas fecisse pretendit Vitali de valobriga nobilis et generosus vir Saucherius vincentij pretensus tutor et tutorio noie nobilis Frācesie burgūdionis de decē florenis, et dimidio annualibus et pēsionalibus quos ipe Vitalis iacob astruc, et Samuel Jacob iudei ville insule soluere debent annis singulis predicte Frācesie de iure nō valuerit nec valeat: qr cūvt predixi annuus redditus cōputetur iter bona immobilia, et bona immobilia minorum regulariter alienari nō possint. l. nō est. l. non solum. et multis alijs iuribus. C. de predi. mino. et. ff. de re. eo. in multis. ll. † 5 Ergo nec annuus et perpetuus redditus seu pēsio annua minori debita potest alienari, et maxime per donationem. d. l. nō solum. ibi, et multomagis donationes, quod tamen fecisse seu attentasse videtur dictus nobilis Saucherius. † 6 Preterea in mandato quantūcunq; generali etiā cū libera nō venit qd mādatarius donare possit nisi exprimatur. l. contra iuris ciuilis regulas. §. fi. et. l. seq. ff. de pac. l. filiusfami. in prin. ff. de dona. † 7 Sed remittere gratis debitum liquidū est donare, et cōsequenter dilapidare. l. si quis delegauerit. et quod ibi Barto. ff. de noua. et quod voluit idem Bar. in. l. fina. ff. de his que in frau. credi. Et pro impugnatione dictarū pretensarum remissionis, quittationis et cessionis, est bonus tex. in. l. pactū curatoris. et qd ibi per doc. C. de pac. † 8 Dictus igit Samuel qui sub pena quinquaginta librarum tenebatur infra quindecim dies a tempore celebrate et inite transactionis inter eum ex vna parte, et prefatum de Valobriga, suo et Belete eius matris nominibus ex alia, connumerandos facere quittum et immunem eundem Vitalem, erga prefatam nobilez Francesiā de septuagintaquinq; florenis monete

monete currentis ipsum Vitalem tangentibus de centum quinquaginta florenis in transactione huiusmodi latius mẽtionatis, et de omni interesse occasione dicte pensionis contingente seruare indemnẽ non satisfecit transactioni per dictas pretensas quittantiam, remissionem et cessionem: quia per eas cum ille sint nulle vt predixi, non est ipse Vitalis factus quittus ꝛ immunis, et ita idem Samuel ꝛ penam predictam ꝛ periurium incurrit. Et alias penas de quibus in. l. si quis maior. C. de transac. debebat enim et debet ad faciẽdum quittum ꝛ immunẽ dictũ Vitalẽ redimere predictã pẽsionẽ, si ex pacto de retrouendendo illã redimere poterat vel cum decreto iudicis surrogare aliquem eque ydoneũ facultatibus, ꝛ in aliĳs qui tantam pensionem vel eam partem pro qua iste Vitalis tenetur, vẽdat eidem nobili Francesie, ac se ꝛ bona sua illi in forma obliget, prout idem Vitalis et bona sua obligati existũt alˀs non video quomodo eum quittum facere possit ꝛ immunem. Et ita mihi videtur sub correctione ꝛc.

Consiliũ. CCLXXXIIII.

De legitima agnatorum successione.

Summarium.

1 Filius in pupillari etate decedens post aditam hereditatez an illam ad matrem transmittat.
2 Mulier binuba que filios ex primo matrimonio dum transuolat non habet an incurrat penam binubis indictam.
3 Illatio ex separatis an valida.
4 Conditio tacita nasciturorum liberorum an in donatione subintelligatur.
5 Conditio que tacite inest principali dispositioni an in dubio inesse iuramento intelligatur.
6 Donatio per natiuitatem liberorum semel reuocata, an per mortem illorum donatore viuente instauretur.

In isto casu mihi exhibito parte honorabilis viri Hũberti morelli. Cõtra ꝛ aduersus Thibaudum martini, vna cum libello exceptionibus et aliĳs scripturis in casu huiusmodi latius mentionatis et expressis ac dubĳs ex casu huiusmodi subtiliter ꝛ oportune elicitis. dico et respõdeo ad dubia huiusmodi prout infra. Pro quorum tamen breuiori ꝛ faciliori declaratione, premitto quod Bernardo garote qui vt audio vita functus est et ab humanis intestatus decessit, successit Dionysius garote eius et honeste mulieris Huguete vellexandre filius naturalis et legitimus. autẽ. de heredibus ab intestato. §. j. colla. ix. et transumptiue in autẽ. in successione. C. de suis ꝛ legiti. libe. et institu. de heredita. que ab intest. defe. circa principiũ. Premitto insuper vt cũ postea ab humanis in pupillari etate decesserit prefatus Dionysius superstite dicta Hugueta eius matre naturali et legitima, illa sibi successit. auten. de heredi. ab intesta. §. cõsequẽs. colla. ix. † Et ad quam fuisset transmissa hereditas dicti quõdam Bernardi, si idẽ Dionysius illi se nõ immiscuisset aut eã vel suo aut alterius ministerio non adiuisset scdm opinionez magis cõmunem de qua per Bar. in. l. ventre. ff. de acqui. heredi. in. l. ex militari. §. fi. ff. de testa. mili. ꝛ in. l. si infanti. C. de iu. delibe. quã sequitur Jo. de imol. in. d. l. vẽtre. col. xvĳ. ver. quarta regula. Alex. de imol. in. d. l. si infanti. col. vj. ver. in glo. in verbo, hereditates. ꝛ do. Jason may. colũ. viĳ. in verbo, hereditates. vbi multa inducũt. † Premitto insuper qd lz post mortẽ dictorũ Bernardi ꝛ Dionysĳ, ipsa Hugueta cõuolauerit ad scda vota, ꝛ mrĩmoniũ contraxerit cũ prefato Hũberto eius secũdo viro. Nõ ꝓpterea incurrit penã perditionis hereditatis seu hereditatũ dictorꝫ Bernardi ꝛ Dionysĳ. Pro quo allegatˀ se sufficiat qd voluit Bar. Bald. ꝛ doc. cõiter in autẽ. ex testamẽto. C. de secun. nup. Bar. cõsi. liĳ. exordiẽte, Si angelus Marie habebat vnũ filiũ noĩe Bar. ꝛc. col. iĳ. ver. vltimo circa p̃dicta quero, an dicte Sartie obstet trãsitus ad scda vota ꝛc. Ang. in autẽ. de nõ eligẽ. scdo nubẽ. col. iĳ. colla. j. Bal. cõsi. ccccxlj. exordiẽte, Ad euidentiã est premittẽdũ ꝙ vbi pupillus ꝛc. in quarta parte. Sali. in autẽ. vxore mortua. C. de secũ. nup. Mathe. de matha. ĩ suo tract. succes. ab ĩtest. in scdo mẽbro prĩcipali. col. iĳ. vel circa. ver. primo casu dico sic aut mater habebat vnũ solũ filiũ ꝛc. Pet. de ancha. ꝯsi. cclvĳ. exordiente, Premittã casus indubitatos ꝛc. Nico. de vbal. in suo tracta. de succes. ab intest. in scda parte principali. ꝛ Frã. de are. ꝯsi. clv. exordiẽte, Periculosum est ꝛc. col. viĳ. ver. primũ est qd illi qui dicunt ꝛc. ibi, et propterea preter istos duos casus ꝛc.

Etiam premitto ꝙ cũ postea vita functa est dicta Hugueta, ꝛ vt puto intestata eidẽ successerũt illi duo eius filĳ ex ea ꝛ dicto Hũberto ꝓcreati. dicto autẽ. de heredi. ab intest. §. j. ꝛ autẽ. in successione. superius allegata. ꝛ deinde eisdem filĳs successit ipe Hũbertus. dicto autẽ. de heredi. ab intest. §. cõsequẽs. ꝛ trãsumptiue in autẽ. defuncto. C. ad tertu. quibus premissis, dico et rñdeo ꝙ opposita ꝛ excepta parte Thibaudi martini in causa quã cõtra eũ mouit ꝛ ꝓsequitˀ dictus Hũbertus morelli eundẽ nõ releuãt nec nocẽt dicto Thibaudo martini. Et quidem nõ id qd parte ipsius opponitˀ de testamẽto dudũ facto per Alsiariã relictã Jacobi garote sororẽ dicti Martini ꝛ auiã paternam dicti quõdã Dionysĳ ꝛ substitutione in testamẽto hmõi facta, ꝛ per quã pretẽdit idẽ Thibaudus se fuisse substitutum dicto Dionysio, qꝛ cũ per substitutionẽ fideicõmissariã nõ succedatˀ heredi instituto ꝛ grauato, nec in bonis aliĳs a bonis grauãtis seu testatoris. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. ꝛ pupil. Nõ potest ipse Thibaudus se tueri, quominus cõdẽnetur ad restitutionem bonorũ que quõdã extiterunt dicti Bernardi garote, et que cõfessus 3 est se tenere ꝛ possidere, † quia idẽ Thibaudus nõ opponit de eadem hereditate aut de pretẽso iure eiusdẽ hereditatis, sed de alia hereditate ꝛ alio pretẽso iure. Et sic nõ infertur. l. inter stipulãtez. §. sacram. versi. sed hec dissimilia. ff. de verbo. oblig. ꝛ vulgata. l. papinianus exuli. ff. de mino. et. l. maritus. C. de dona. inter virum ꝛ vxorẽ. Et per hec patet respõsio ad primũ quesitũ. Etiam nec eidẽ Thibaudo suffragatˀ aut nocet dicto Hũberto morelli, illa pretẽsa donatio quam eidẽ Thibaudo fecisse pretenditˀ dicta Hugueta, qꝛ cum post donationẽ hmõi nupserit ipsi Humberto morelli ꝛ liberos susceperit, fuit ipsa donatio per liberorꝫ procreationẽ reuocata. l. si vnꝙ̃. C. de reuocã. dona. Cui nõ obstat si forte opponatur ex aduerso ꝙ ipsa quõdã Hugueta iurauerit nõ cõtrauenire, 4 † qꝛ respõdeo ꝙ quemadmodum in donatione subintelligitˀ tacita cõditio, scz nisi liberi superueniant aut nascantur, vt not. Bar. in. l. titia. la. ĳ. §. imperator. colũ. j. ibi, [illegible] illa que fit ex. l. si vnꝙ̃ ꝛc. ꝛ col. ĳ. ver. quero vtrum. l. si vnꝙ̃ ꝛc. ff. de lega. [illegible] ꝛ Joan. de imol. in. c. fi. in multis locis. de dona. ita in iuramento subĩtelligitur in dubio inesse tacita ꝯditio nisi liberi superueniãt, 5 † qꝛ conditio que tacite inest principali dispositioni, intelligitˀ in dubio etiam inesse iuramento. l. fi. C. de non nume. pecu. ꝛ. c. fi. qui satisda. cogan. quod etiam voluit Bartol. in dicto. §. imperator. col. fina. versic. quero mulier donauit simpliciter et iurauit, Ubi etiam refert se ita consuluisse cũ Recupe. de sancto minia. ꝛ And. de pis. et idem voluit Jo. de imol. in. d. c. fi. col. vĳ. versi. quid iuris si in casu illius. l. donãs iurasset ꝛc. Et per hoc patet responsio ad secundum quesitum, ꝛ similiter ad tertium ꝛ quartum: quia vt predixi non est opus dispensatione, nec curo an facta fuerit donatio de omnibus bonis vel non, postꝙ̃ vt predixi illa fuit reuocata per 6 natiuitatẽ liberorum. † Nec obstat his que predixi id quod not. Bal. de recõualescentia donationis ĩ. l. j. C. de inoffi. dona. Paul. de ca. in. l. ĳ. C. de posthu. heredi. institu. Joã. de imol. in dicto. c. fi. col. vj. versi. querit etiam Barto. in dicto. §. imperator. ꝛ do. Jaĸ. may. in. autẽ. ex causa. colũ. penulti. C. de libe. prete. vel exhere. Qm̃ respondeo ꝙ isti omnes loquuntur eo casu quo liberi per quorum natiuitatem reuocata est donatio, decesserũt postea ab humanis superstite donatore aut donatrice.

Cõsilium. CCLXXXV.

De cancellatione instrumenti.

Summarium.

1 Renũtiatio spei future receptionis cum iuramẽto facta an valida.
2 Exceptio nõ numerate pecunie infra quot dies admittenda.

Tale et minus iuridice petũt aut petere conantˀ Samuel cohẽ iudeus, ꝛ magister Bẽdich cohen eius filius cancellari quandã notã, olim Anno vez dñi. M. cccc. xcvi. et die. xxiiĳ. mensis Octobris sumptã ꝛ receptã per venerabilem virũ magistrum Jacobũ bailhini de vallerĳs publicũ notarium, in qua leguntˀ et apparent obligati, ꝛ in forma submissi ipsi Samuel ꝛ magister Bendich, de dando soluẽdo ꝛ expediẽdo nobili Frãcesie burgun

dionis filie et heredi nobilis Astorgij burgūdionis seu eius tutoribus pro Mosse cohen florenos quinquaginta, et alijs de seruādo et custodiēdo indemnē eundē Mosse cohen, et de cancellari et aboleri faciendo notā vēditionis cuiusdam pensionis inibi latius mentionate, et expresse. Nō enī eū iuuat ille color per eos quis falso assumptus

1 scz quod mercantie inibi mētionate nō fuerint per eos recepte. † Tū quia immo fuerunt per eos recepte et habite ob quam causaz etiā cum iuramento renūtiauerunt spei future habitionis et receptionis, quod facere potuerunt. c. cuz contingat. de iureiuran. qđ etiā voluit Cy. in. l. si ex cautione. versi. tertio iuxta hoc quero. et qđ ibi Sali. C. de non nume. pecu. Bar. in. l. fi. C. eo. titu. Pro quo videri possunt multa relata per Ang. are. in. §. idem iuris. charta. x. col.

2 iiij. versi. quid si renuntiatur et iuratur. institu. de excep. † Tum et quia nō potuit nec potest hodie hec exceptio opponi cum diu est lapsa fuerint tempora. l. in contractibus. §. super ceteris. C. de nō nume. pecu. Que dixerim breuiter et succincte sub correctione et c.

Consiliū. CCLXXXVI.

De cōuentionibus et promissionibus personalibus que durante matrimonio debebantur illo soluto solutis, Et de pena binubis extantibus liberis primi thori indicta in donationibus et dispositionibus illorum.

Summarium.

1 Pactum an sit personale vel reale tam ex mente contrahentium quam verbis deprehenditur.
2 Persona adiecta verbis executiuis quo ad se conuentionem presumere facit personalem.
3 Dos a patre profecta ad patrem superstitem reuertitur.
4 Mens contrahentium non minus inspicienda quam verba.
5 Binubus an possit plus donare secūde vxori quam vni ex liberis primi matrimonij. nume. 6. [illegible] Et que pena, et cur binubis indicta. et nume. 8.
6 Prouiso testatoris cum prouisione legali miscetur.
7 Maritus binube non plus habere quam relictum liberis primi thori per supplementum legis si legitima nō fuerit relicta potest.
8 Cynus vir non contemnende autoritatis.
9 Expense facte pro filio ad habendum beneficium an computande in legitima.

Ponitur i facto quod dudum Anno domini vcz. M. cccc xciij. et die xxij. mēsis Nouembris fuit matrimoniū cōtractum per verba de futuro, per et inter venerabilem et egregiū virū dñm Petrum alesti legum doctorē ex vna parte, ac nobilem et egregiam mulierem dominā Catherinam de agotico filiā naturalem et legitimam nobilis Sancelini de agotico domini de saturancis ex alia. Cuius matrimonij contemplatione idem Sancelinus constituit et assignauit in dotem et pro dote Catherine eius filie totam hereditatē quam habebat Nemausi et in locis circunuicinis cū omnibus iuribus et actionibus dependentibus ex hereditate huiusmodi, que ad ipsum nobilez Sancelinum peruenit per mortem et decessum vita functe dñe Corade. Et hoc cum chargijs et retētionibus que cōsequenter in instrumēto matrimonij huiusmodi plenius describūtur: quas cū multe sint et prolixe et possint ibi videri, non hic refero. ¶ Successu vero tēporis Anno vcz domini. M. cccc xcvij. idem dominus Petrus fecit et condidit eius vltimū et nuncupatiuum testamentum: in quo inter cetera heredem vniuersalem instituit et nominauit nobilem Petrum alesti filium suum naturalem et legitimum ex prima eius vxore susceptum: venerabili vero et religioso viro fratri Joanni alesti suo filio naturali et legitimo ex prima vxore etiam suscepto vltra sumptus et expensas per ipsum factos, dum eum posuit canonicum in cathedrali ecclesia Nemausensi legauit et iure institutionis reliquit centum scuta auri ad coronam semel tātū, que ei solui voluit infra decem annos, et nobili Catherine eius filie naturali et legitime vxori magistri Philiberti de barmo legauit vltra dotem sibi cōstitutaz viginti libras turoneñ. semel tātum. Qui do. Petrus testator legauit et reliquit prefate do. Catherine eius vxori omnia et quecūque iocalia sua aurea necnō annullos aureos ipsius testatoris pariter et vestes suas ipsius vxoris, ac omnes et quascunque expēsas per eum factas pro prosequutione et recuperatione bonorum suorum tam contra dominū de Saboiaco quam magistrum Uitalem genesij et alios. Necnō certam partem domus mercati noui, latius in testamento eiusdē do. testatoris designatā. Et permanens in voluntate huiusmodi vita functus est, et ab humanis decessit. Superstitibus dictis eius filio et filiabus ex dicta prima vxore, et prefata domina Catherina eius secunda vxore.

¶ Quesitum est de sequentibus.

¶ Et primo an prefatus nobilis Sācelinus petere possit cū effectu a dicto Petro herede ea que idem quondam dominus Petrus facere et prestare conuenit tempore contracti matrimonij, de quo supra, et de quibus in instrumento illius.

¶ Secundo cum nobilis Bertrādus de agautico ipsius nobilis Sancelini filius naturalis et legitimus deliberauerit de et cū dicti eius patris beneplacito transire ad militiam sancti Joannis Hierosolymitani, tenetur prefatus Petrus heres eidem Bertrādo prouidere de pecunijs sui passagij et alijs necessarijs pro assecutione predicte militie.

¶ Tertio an prefata domina Catherina dicti do. testatoris relicta possit cum effectu petere tam ea de quibus per eam lucrandis si idem dominus Petrus primo ab humanis sine liberis predicti matrimonij decederet conuentum extitit in predicto tractatu, quam legata postea sibi facta et supra mentionata.

In iso casu predicto et dubijs ex eo elicitis. Dico et respondeo ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primū et scōm pro quorum solutione premitto quod vt apparet ex tenore instrumēti dicti matrimonij et cōstitutionis dotis dictus nobilis Sancelinus cōstituit dotē cū oneribus et retētionibus de quibus ibi: inter quas, et de quibus sunt ea de quibus queritur in dictis primo et scōo quesitis, et dictus do. Alesti cōtēplatione matrimonij et dotis sibi cōstitute que vt audio pinguis erat videtur pmisisse se soluturū aut facturū ea de quibus ibi. Quo fit vt videātur cōuētiones et promissiones cōcernentes dictos nobiles Sancelinū et filiū fuisse personales, maxime ex persona ipsius do. Alesti et hoc tā ex causa predicta quam etiā ex eo qđ scribitur i capitulo. Jtē sera tenu ledict Alesti prēdre la charge et c. vbi attēdo ad illa verba, sus luy cōme mary de ladicte damoyselle. et ibi, sera tenu le

1 dict Alesti ou nō que dessus de payer et c. † Deprehēditur enim tam ex verbis quam ex mēte cōtrahētiū, an pactū sit personale vel reale, vt not. Jo. and. in. c. veniēs. col. j. de transac. et idē voluit ibi Anto. de

2 butri. col. ij. et Bal. in. c. decetero. eodē ti. † Preterea persona dicti quōdā do. Alesti videtur vtplurimū fuisse adiecta verbo seu verbis executiuis. Ergo quo ad personā ipsius cēseri debēt cōuētiones et pmissiones pdicte fuisse personales nō reales, per id qđ not. Barto. in. l. nisi. in prin. ff. de pac. et Paul. de cast. in. l. qui in futurū. §. si ex altera. ff. eo. ti. Ex quibus infero respōsionē ad dicta quesita. Et dico quod dictus petrus heres cōueniri non possit cū effectu ad ea de quibus in eis. Et ad hoc multū me mouent illa verba, auecques tous tessoys les charges et retētions qui sensuyuēt, et illa verba, sus luy cōme mary de ladicte et c. per que videtur ipse voluisse teneri ad dicta cōuēta et pmissa durāte matrimonio et cōtēplatione dicte dotis,

3 † Unde cū soluto matrimonio p mortē ipsius dos nō trāsierit ad dictū Petrū heredē sed reuersa extiterit ad dictā nobilē Catherinā. l. dotis. C. solu. matri. et. l. in rebus. C. de iu. do. immo ad dictum Sancelinū superstitē. auth. de equalitate dotis. §. quia vero iā legē. et qđ ibi glo. super verbo, ptāte. colla. vij. et transumptiue in auth. sed quāuis. C. de rei vxo. actio. nō cēsetur idē Petrus teneri ad onera et

4 retētiones predictas. † Et hec videtur ex verbis predicti instrumenti fuisse mens dictorum cōtrahētiū quam potius vel saltē nō minus attēdi debet quam verba. l. in cōuētionibus. ff. de verb. signi. l. sed et celsus. §. si fundus. ff. de cōtrahē. emp. et vēdi. l. fi. C. que res pigno. oblig. pos. glo. in. l. blāditijs. C. de fideiusso. et in. l. si in vēditione. i glo. fi. ff. cōia predi. et Ange. cōsi. ij. col. iiij. versi. quinimo. et vbi de voluntate.

5 † Uenio ad tertiuz quesitum super quo dico qđ illud insurgit ex eo quod habetur in. l. hac edictali. circa principium. C. de secūdis nuptijs. et in auth. de nuptijs. §. optime. le. ij. colla. iiij. vbi probatur quod vir binubus nō potest plus relinquere vel donare eius secunde vxori hoc est nouerce liberorum primi matrimonij quam vni ex liberis huiusmodi, illi videlicet cui minus. Cū igitur dictus quondaz do. Petrus esset binubus et haberet liberos, non videtur potuisse plus relinquere aut donare dicte domine Catherine eius secūde vxori plusquam reliquerit aut donauerit vni ex dictis eius liberis primi matrimonij. Et quia ipse solum videtur legasse efficaciter dicto fratri Joanni eius filio naturali et legitimo centuz scuta auri, videtur quod dicta do. Catherina nō possit sibi donatis aut relictis nisi vsque ad valorē cētuz scutorum per dicta iura. Sed his nō obstātibus dico et respōdeo quod

esto quod

esto q̄ dict⁹ quōdā do. Petr⁹ nō reliquisset iure instōnis p̄fato frī Joāni, nisi dicta centū scuta, si tamē legitima sibi debita in bonis p̄dicti testatoris et in qua grauari nō potuit. l. oīmodo. et. l. qm̄ in prioribus. C. de inoffi. testa. plus ascen. seu valeat q̄ dicta centum scuta: ipsa do. Catherina pōt et debet habere de sibi donatis aut legatis vsq̄ ad valorē hm̄ōi legitime: cuius dicti illā assigno rōnē, q̄ illa cētum scuta iure institutionis relicta dicto fratri Joāni trahuntur ⁊ trahi debēt ad legitimā sibi debitam in et de bonis dicti quondā do. testatoris, ita vt videat̄ in ipsa idē fratrer Joannes in dicta legitima institutus. dicta. l. oīmodo. et. l. qm̄ in priorib⁹. Indiciū em̄ ipsius testatoris in quo eidē fratri Joanni centum scuta auri iure institutiōis reliquit: supplet̄ a lege, et huius suppleměti idē testator extitit fundamentū, p̄ eo quia disposuit p̄ modū institutionis. 6 † miscetur enim vt dicit Bal. in dicta. l. hac edictali. §. et primo quero ⁊c. p̄uisio testatoris cū p̄uisione legali. Quo fit vt q̄ p̄uisio legalis venit ad fundandū ⁊ cōfirmandū iudicium prefati testatoris, vt nō expugnetur ei⁹ testamentū per querelā: perinde videat̄ acsi idem testator reliquisset p̄fato fratri Joanni totā eius legitimā, ita q̄ vsq̄ ad cōcurrentē q̄titatem legitime videtur ipse testator potuisse vel donare vel relinquere dicte do. Catherine ei⁹ secūde vxori. Et p̄ hac parte refert Bal. in dicta. l. hac edictali. se in facti cōtingentia consuluisse ⁊ fuisse motum exemplo, de quo ibi. Pro hac parte se consuluisse etiā refert Bal. consilio. clū. exordiente, Scđe vxori, titulo largitatis ⁊c. et p̄ hac determinatione Bal. 7 facit id qđ ipse not. in. l. j. ver. quarto quero. C. de inoffi. doti. † vbi dicit q̄ si mater binuba reliquerit filijs primi matrimonij decē solidos iure institutionis, et secundū maritū heredem vniuersalem instituerit, ipse secūdus maritus tantū habere debet q̄tum est in relicto factū filie, suppleto per legē, non aūt q̄tum est in scriptura relicti, et sic sentit ibi Bal. q̄ quia vbi decē solidi filie relicti non sufficerent ad legitimā, illa suppletur p̄. l. debeat ipsi secundo viro tantū remanere de hereditate vxoris binube q̄tū valet legitima filie. Pro quo dicit Bal. videri casum in. l. qm̄ preterite. ver. danda vel relinquenda. C. de secun. nup. vbi p̄pter hec verba dāda vel relinquenda, nō respicitur solum id quod relictum est, sed qđ erat relinquendū, et sic necessario loquitur lex illa de debito bonorum subsidio. Et hanc partē dicit Bal. vbi supra, esse verā: q̄uis forte adijciat se dubitare per rationes de quibus ibi. Etiā p̄ hac sentētia Bal. videt̄ facere quod voluit Rapha. fulgo. relatus p̄ Pau. de cast. in dicta. l. omnimodo. col. iij. ver. vltimo queritur ⁊c. refert em̄ Rapha. dixisse posse dici, q̄ p̄ supplemento legitime cōpetit actio ex testamento, quia ipso iure inest suppletio, vt habeat̄ perinde acsi integra legitima fuisset relicta, quasi plus dictū ⁊ minus scriptum videatur. l. scimus. in principio. C. de inofficio. testa. Et q̄uis idem Pau. dicat hoc non p̄cedere si testator expresse dixerit q̄ debeat filius stare contentus dicto relicto, quia tunc apparet q̄ noluit plus relinquere, ipse tamen nō impugnat nec cōtradicit eo casu quo nō fuisset facta p̄hitio huiusmodi, prout nec fuit in casu de quo querit̄. Preterea etiam p̄ sententia Bal. vt videlicet dicta dn̄a Catherina tantū habere debeat de bonis sibi donatis vel relictis q̄tū ascendit legitima dicti fratris Joannis. Facit id qđ voluit Bar. in summario dicte. l. quoniā preterite. vbi summās dicit q̄ vltra debitū qđ cōiugi secūde relinquit̄ debet inter filios ⁊c. vbi attento q̄ Bar. non dicit qđ vltra donatū vel relictum liberis ⁊c. sed dicit q̄ vltra debitum, vbi subaudio ipsis liberis. Et hoc etiā videt̄ fuisse de mente Ange. in summario. dicti. §. optime. ibi, dū tamen filie relinquatur legitima. Et ad hoc eū allegat Alexan. de Jmol. in addi. ad Bal. in dicta. l. hac edictali. versi. amplius circa istam materiam speculantes ⁊c. Insuper p̄ hac sententia videtur facere. dicta. l. hac edictali. §. si uero. ibi, ita tamē vt quarta. et dictus. §. optime. ibi, quippe dudum ⁊c. Adijcio q̄ p̄ hac sententia etiam facit, quia certum est q̄ hec est pena binubi vel binube non posse plus relinquere vel donare nouerce vel vitrico liberoꝝ primi matrimonij q̄ vni ex liberis huiusmodi, illi videlicet cui minus. hoc em̄ dicit Azo in summa. C. titu. de secun. nupt. versic. punitur aūt parens. et Hostien. in summa. eo. titu. §. sic vidisti. in princi. et hec pena eisdem infligitur p̄pter non seruatam affectionē liberis prioris matrimonij, vel p̄pter iniuriā eis factā in eo q̄ plus reliquit eorum nouerce vel vitrico q̄ vni ex eis, illi videlicet cui min⁹. Et hinc est q̄ istud plus relictū aufertur nouerce ⁊ vitrico, et applicat̄ liberis primi matrimonij non alijs. l. hac edictali. et. §. optime. superius allegatis. quod si ita est, immo quia ita est maiori pena, vel saltem non minori affligi deberet ille binubus aut binuba qui nihil donat aut relinquit liberis primi matrimonij, sed totū relinquit aut donat eorum nouerce vel vitrico q̄ ille qui aliquid minus tamen legitima eisdē liberis relinquit aut donat, quia ille maiorem iniuriam eis infert, vel minorem affectionem habet ad eos. Et tamen eo casu liberi primi matrimonij eatenus reuocant et non vltra, vt ipsi et vitricus vel nouerca cōcurrant viriliter, hoc est equis portionibus in donato vel relicto, vt not. glo. in dicta. l. hac edictali. super verbo, diuidi. quam ibi sequūtur Cy. ver. tertio queritur ⁊c. Bal. in ver. modo statim occurrit ⁊c. Sali. in ver. secūdo videamus in questione glo. ⁊c. et Joan. fa. et nullus scribentiū eum damnat. Et per hanc rationem refert Bald. in dicto consilio clij. se al's ita consuluisse: ergo cum in casu de quo queritur non sic preterierit affectionem, ipse do. testator nec tantam intulerit liberis primi matrimonij iniuriā, debent ipsi ad reuocandū admitti, vt saltem vitrico vel nouerce tantum remaneat q̄tum ascendit legitima cuiuslibet ex liberis que ascendit ad minus q̄ pars virilis ascenderet si totum esset relictum aut donatum dicte domine 8 Catherine. † Quinimo isto casu, vt dicit Cy. vir profecto nō contemnende autoritatis in dicta. l. hac edictali. versic. quarto queritur. et Bal. in ver. statim queritur. et in dicto consilio. clij. q̄ liberi primi matrimonij admittuntur ad reuocandum vt fiant portiones equales de relictis inter eos et vitricum. Et q̄uis Sali. in dicta. l. hac edictali. versicu. quero septimo, sentiens fortasse aliquid de opinione Bal. de qua supra, cōtrarium senserit, scilicet q̄ vitricus vel nouerca solum habere debeat tantum q̄tum relictum est vni ex liberis, etiam si minus legitima. Videretur tamen sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, q̄ hic non sit recedēdum a sententia Bal. et consequenter q̄ dicta Catherina tantū habere debeat de sibi donatis aut relictis q̄tum ascēdit legitima prefati fratris Joannis aut dicte nobilis Catherine Aleste etiā filie dicti quondam do. testatoris.

9 † Et sequendo hanc opinionem videretur dicta domina Catherina posse ⁊ debere habere, nō solum q̄tum ascendit legitima alterius ex dictis liberis, sed etiā habere debet vltra eam q̄tum ascendunt sumptus ⁊ expense facti per dictum dn̄m testatorem tēpore quo idem frater Joannes fuit receptus in canonicum ecclesie Nemausensis, quia sumptus et expense huiusmodi non sunt eidem fratri Joanni imputandi in legitimam, vt voluit Ange. in. l. in quartam. colum. penulti. versi. deinde conclude tradendo regulam ⁊c. ibi, non ergo imputabitur episcopatus. ff. ad legem fal. vbi etiam idem vol[illegible] Jmol. charta antepenulti. colū. iiij. versi. Item in q̄tum Bart. hic concludit q̄ donatum filio ⁊c. Idem voluit Bart. in. l. j. §. nec castrense. colum. ij. ver. pro declaratione. ibi, dico ergo q̄ quedam est militia que nō potest vendi ⁊c. ff. de colla. bono. et Sali. in dicta. l. omnimodo. §. imputari. colum. j. versicu. ex predictis ergo habes q̄ expēse quas facit pater in curia romana ⁊c. Et tamen vt sentiūt docto. vbi supra, sunt quid donatū in castrense peculiū vel quasi, in quo statim valuit donatio. l. iiij. C. familie ercifcun. Cum ergo idem frater Joānes vltra expensas ⁊ sumptus huiusmodi sit habiturus legitimam, videtur q̄ ipsa dn̄a Catherina habere debeat de sibi donatis et relictis tantum q̄tū ascendunt legitima ac expense et sumptus huiusmodi, non obstante dicta. l. hac edictali. et. §. optime vero. Que tamen dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Cōsiliū. CCLXXXVII.

De conctractu pignoris et pacto legis commissorie.

Summarium.

1. Contractus pignoraticius seu simulatus in fraudem vsurarum quando contrahatur.
2. Jactare suum saltem vltra dimidiam velle an videatur aliquis.
3. Contractus ex qualitate pretij coniecturatur.
4. Glose magna est autoritas, que omnes antecellit.
5. Contractus pignoris an impediat debitorem posse pignus vendere.

Cum presupponatur in facto q̄ pars seu portio ac iurisditio et alia iura quam et que habebat nobilis et generosus vir Alziarius de bardonesia in loco sancti Crispini Ebreduneñ. dioceñs valuerint tribus mille florenis ⁊ vltra, tēpore pretense venditionis de eis facte nobilibus ⁊ venerabilib⁹ viris Joāni et dn̄o Jacobo ritherij canonico condn̄is eorūdem loci ⁊ territorij pretio

mille et quingentorum florenorum cū pacto de retrouendendo infra quindecim annos. Hoc inter cetera adiecto in pacto huiusmodi, ꝙ in casuz reacheti seu redemptiōis dictarū portionis et iuriū. Idez nobilis Alziarius teneretur et deberet soluere dimidiā partem laudimiorz et vendaruz debitarum ad causam illius pretense prime venditionis, insuper et scripturas et aliud interesse per prefatos emptores sustinendum.† Dicimus et respondemus sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis, ꝙ huiusmodi pretensa venditio non fuit vera sed simulata venditio et verum pignus seu verus contractus pignoratitius, et hoc ꝑ eo quia pretij vilitas et pactuz de retrouendendo presumi faciunt, ꝙ contractus sonans in venditionem sit nō quidem cōtractus venditionis, sed cōtractus pignoratitius vel simulatus in fraudem vsurarum, vt voluit glo. in. c. cōquestus. vbi etiam Joan. de ana. de vsu. glo. in. c. ad nostram. de emptio. et venditio. Archid. in. c. plerics. xiij. qōne. ij. Albe. in. l. emptione. C. plus vale. quod agi. vbi etiam dicit ita de facto obtinuisse coram magnis peritis, et affirmat quod ita not. Bernar. Inno. et Hostië. in. c. et iuri. per eum inibi allegatis. Idē voluit ipse Alberi. in suo repertorio iuris canonici. super verbo, vsura. Jo. de Jmol. et Anto. de butri. in. c. illo vos. de pigno. Panormi. in dicto. c. ad nostraz. qui etiam ita consuluit cōsilio. lxxvj. exordiente, Tria succincte videnda sunt. Ambro. de vina. in repetitio. dicti. c. ad nostram. vbi etiam affirmat ꝙ hoc voluerūt Joā. an. et Anto. de butri. post Innocen. in dicto. c. ad nostram. et. c. illo vos. de pigno. et subiungit ꝙ hec est opinio cōmunis. hanc sentētiam etiam secutus est Pau. de cast. in dicta. l. emptio. et consilio cclxxx. exordiente, Viso ꝓcessu et attestationibus et c. Pro hac parte cōsuluit Joan. de ana. consilio. lviij. exordiente, Visis instrumētis et alijs videndis. Etiam ꝑ dicta parte cōsuluit Rapha. fulgo. cōsilio. cxxxiiij. exordiente, In questione versa coram domino capitaneo Trigesti et c. Andre. sicu. vulgo Barba. consilio. lj. exordiente, Scripsit sapientie fons Salomō. in prima parte, vbi multa inducit. Etiam ꝑ ista parte consuluit Alexan. de Jmol. cōsilio xliij. exordiente, Circa presentis cōsilij materiam et c. in tertio volumine. vbi etiaz refert Bal. alicubi hoc sensisse. Et ꝑ dicta opinione [illegible] in. c. ad nostram. cui ſm Joan. an. in. c. illo vos. non bene respondetur per Jaco. de are. et Cyñ. in dicta. l. emptio. vbi etiam idem dicit Albe. quod et reuera verum est, prout patere potest intuenti dictum. c. ad nostram, et respōsionem ad illud datam per Jaco. de are. et Cyñ.† Etiam ꝑ hac opinione facit, quia non est verisimile ꝙ quis voluerit suuz iactare, signanter vltra dimidiam iusti pretij. l. cum de indebito. in principio. ff. de ꝓbatio. † Etiam ex qualitate pretij presumitur quis aut qualis sit cōtractus. l. per diuersas. C. manda. c. et si questiones. de symonia. not. glo. in. l. j. ff. de superficie. et Bartolus in. l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. facit. l. cum hi. §. modus. ff. de transact. et dicit Alexan. de Jmol. in dicto consilio. xliij. istam opinionem videri esse magis cōmunez. Et idem dicit Ambro de vina. in dicto c. ad nostram. Est ergo sequenda tam in cōsulendo ꝙ̄ iudicando. l. j. versicu. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. et. l. j. ff. de senato. de quo plene per cano. in. c. j. de constitut. vbi videri potest do. Feli. charta vlti. colū. ij. Preterea hec fuit opinio glos. in dicto c. conquestus. et in. c. ad nostram. que vt predixi, habet multos, et quidem non contēnende autoritatis, sed toto orbe famosissimos qui eam sequūtur, nō est ergo ab ea recedendū. per id quod voluit Jaco. butri. quem omnes vbics ad hoc ꝓpositum allegant in. l. j. C. qui ꝑ sua iurisdi. iudi. dare darive pos.† Et nimirum, quia glo. magna est autoritas, vt videri potest in his que not. Andre. sicu. in dicto consilio. lj. colū. iiij. ibi, et in dubio iudicandum est ꝑ opinione glo. et consilio. xlv. exordiente, Mandato et iussu dominorz sexdecim et c. colū. iij. ver. et ꝙ̄te autoritatis sit glo. in iudicādo et c. in secunda parte. et consilio. lx. exordiente, Illud afferaz in mediū ꝙ sapientissimus Salomon dicit et c. col. x. ver. et clarum est ꝙ autoritas glo. omnes antecellit, in eadē parte. In quibus locis multa et elegantia commemorat idem Andre. ad glos. cōmendationem. Preterea dicit Alexan. in dicto cōsilio. xliij. ꝙ ista opinio vt pote magis tuta ꝑ salute et exoneratione animarū, esset etiam in dubio amplectenda. c. iuuenis. de sponsa. Etiam ad coadiuuādū presumptionem de qua supra, facit quod prefati emptores voluerunt in casum retrouenditionis, ꝙ dictus nobilis Alziarius solueret dimidiam partem laudimiorz et vendarum, ac etiā omnes scripturas interesse et reparationes. Et ita nolebāt sentire aliquē sumptum, sed simpliciter et absolute lucrari fructus interim ꝑ eos percipiendos. quam cōiecturaz commemorauit Panor. in dicto consilio. lxxvj. colum. j.

Ex quibus inferimus dictū nobilem Alziarium non obstante dicta pretensa venditione, que vt diximus fuit pignus seu pignoraticius contract⁹ et ante reemptionez seu reuera pecunie mutuo date restitutionē potuisse vendere res predictas reuerendissimo in Christo patri et domino do. Ebredunensi archiepiscopo et sue ecclesie,† quia cōtractus pignoris nō impedit quominus debitor possit vendere pignus seu rem pignori traditam, et tradendo rei dñium transferre in emptorem, sine tamen preiudicio creditoris. Hoc enim presupponunt multe leges, vt videri potest in. l. distractis. in. l. debitorem. C. de pigno. in. l. debitor. C. de distrac. pigno. et in multis alijs iuribus.

Consiliū. CCLXXXVIII.

De iureiurando et iuramenti delatione.

Summarium.

1 Juramentum necessarium an ei deferendum qui veritatem nescit per veram scientiam que per sensum habetur, et an heredi deferendum.

2 Minor vigintiquincs annis an possit esse testis idoneus in causa criminali, et quando. nu. 9.

Juramentum in criminalibus an deferatur. nu. 6. Et quid in causis arduis. et nu. 7.

3 Probationes due semiplene etiam nō diuersi generis iuncte, an faciant plenam, et quid si sint apertissime. nu. 8.

4 Presumptiones euidentes et violente in criminalibus an sufficiant ad condemnationem.

5 Testibus in criminalibus dicti causam sufficientem nō assignantibus, an credendum. nu. 10.

vel omissio illius. Et sic impertinenter opponitur de illius omissione. Insuper etiã nec obstat id de quo opponitur in ver. presuponitur in facto ⁊c. scilicet ꝙ annua pensio probari nõ possit nisi per instrumẽtũ ⁊c. Quoniã respõdeo ꝙ hic nõ contẽdimus de viribus probationis faciende, sed an audiri debuerint dicti domi. Crispinus ⁊ consortes volentes suspendere petitoriũ, ⁊ ꝓcedere in iudicio recuperande possessiõis, etiã nõ facta condemnatione expensarũ, et ita impertinẽter opponitur de predictis. Deinde etiã non obstat id de quo cõsequenter opponitur, scilicet ꝙ dict⁹ Stephanus sit possessor ⁊ dñs vtilis predicti molendini, ⁊ ꝙ annua prestatio bladi sit quedã seruitus que nõ presumitur. Quia respõdeo ꝙ hic nõ contendimus, an molendinũ hmõi presumi debeat frãcum ⁊ liberũ a prestatione dicte annue pẽsionis vel seruile, sed an dicti do. Crispinus ⁊ consortes pretendentes se fuisse in possessione seu quasi percipiendi annis singulis in ⁊ super predicto molẽdino certam bladi quantitatem, ⁊ se per illius denegationẽ factam ab ipso Stephano spoliatos ⁊ priuatos audiri debuerint, ⁊ petitoriũ per eos prius intẽtatum suspendi ⁊ in illo supersederi. Et sic oppositio hmõi fuit ⁊ est impertinens. Ulterius etiã nec obstat id de quo opponitur in versi. notandũ est ⁊c. scilicet ꝙ idẽ do. officialis Tricastrinẽsis nõ grauauit nec grauasse presumitur prefatos do. Crispinũ ⁊ cõsortes. Quoniã respõdeo ꝙ immo grauauit, vt satis apparet per ꝓdicta ⁊ per allegata in dictis tribus schedulis mentionatis in dicta eorũ appellatione. Ad id vero de quo vlterius opponitur in eadẽ schedula in versi. ceterum nõ debuit adiungi ⁊c. [12] † Respõdeo ꝙ licet petitoriũ ⁊ possessoriũ vt sibi pretẽditur nihil habeãt cõmune, ex hoc tamẽ non infertur quin possit ille qui primo intẽtauit petitoriũ illo suspẽso transire ad possessoriũ recuperande, per id quod volunt omnes scribentes in. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ibi alleg. in. c. pastoralis. de cau. posses. ⁊ proprie. ⁊ in cle. vnica. eo. ti. Quo vero ad ea de quibus in eadẽ schedula. in versi. tandẽ notandum est ⁊c. Dico profecto nõ satis aperte intelligere quid ex inibi scriptis inferre, ⁊ concludere intẽdat egregius vir do. aduocatus prefati Stephani, ⁊ tamẽ ex discursu inibi scriptorũ clarissime apparet inibi nihil allegari ꝓponi aut induci quod tangat articulũ de quo presentialiter cõtendimus, aut quod suffragetur eidẽ Stephano, seu etiã in aliquo noceat dictis do. Crispino ⁊ cõsortibus. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium. CCCVIII.

De libelli incerta confusa ⁊ generali conclusione non admittenda.

Summarium.

1 Generalitati libelli continentis varia fundamentia ex quibus varie inferuntur conclusiones, an teneatur conuentus respõdere litemq; contestari.

2 Actori sufficere ꝙ petat ius ⁊ iustitiam sibi administrari quando procedat.

3 Iudex stultus est qui libellum recipit continentem generalẽ confusam ⁊ incertam conclusionem.

[1] Quoniã † libellus parte ꝓ vidi viri Jacobi chapeloni. Contra ⁊ aduersus probũ virũ Joannẽ richardi in hac causa oblatus ⁊ product⁹ cõtinet multa ⁊ varia fundamenta ex quibus inferri possunt varie conclusiones. Dicit idẽ Richardi seu eius legitimus ꝓcurator se nõ teneri libello hmõi respondere aut litem super eo cõtestari, nisi prius facta maiori specificatione cõclusionis dicti pretensi libelli per quã videre possit idẽ Richardi an cedere debeat aut vlterius cõtendere, [2] † quod enim dici solet sufficere actori ꝙ petat ius ⁊ iustitiã sibi ministrari procedit, vel eo casu quo ex narratis sequi non põt, nisi vnica ⁊ certa cõclusio: vel eo casu quo pars rea nõ opponit de generalitate nec petit generalẽ cõfusam ⁊ incertã cõclusionẽ declarari, quod satis voluit Bal. [3] † qui alicubi sensit stultũ esse iudicẽ qui talez libellũ recipit ⁊ admittit. Opponit igitur idẽ Richardi seu eius ꝓcurator de gñalitate dicte pretense conclusionis, ⁊ petit illã plenius declarari, dicens se aliter nõ teneri respondere libello hmõi super quo petit ordinari. Ceterũ recõueniẽdo eũdẽ Chapeloni dicit ⁊ ꝓponit ipse Richardi seu ei⁹ legitim⁹ ꝓcurator ꝓcuratorio nomine eiusdẽ ꝙ ipse post mortẽ honeste quõdã mulieris Ludouice chapelone eiusdez Jacobi pretẽse filie fecit certas reparatiões necessarias, vel saltez vtiles in domo latius mẽtionatas in dicto pretẽso libello in et ꝓ quibus exposuit ⁊ expendit trigintaduos grossos.

Preterea cũ intẽdat eundẽ Chapeloni plenius recõuenire, petit eũ per vos venerabilẽ ⁊ egregiũ virũ dñm iudicẽ maiorẽ Carpeñ. seu locũtenentẽ vestrũ, ⁊ quẽcunq; aliũ in hac causa ius reddẽtem seu redditurũ interrogari ⁊ interrogatũ ad respõdendũ iuris remediis oportunis cogi ⁊ cõpelli, an teneat ⁊ possideat seu quasi res bona ⁊ iura que dudũ fuerunt honeste quondã mulieris Catherine hugonesse dicti Jacobi quondam vxoris.

Item ⁊ an res bona ⁊ iura hmõi teneat ⁊ possideat suo ipsius Jacobi chapeloni nomine, an ve alterius ⁊ cuius.

Item ⁊ an teneat ⁊ possideat seu quasi res et bona huiusmodi insolidum aut pro parte.

Consilium. CCCIX.

De dote soluto matrimonio soluẽda, ⁊ alimentis vidue prestandis, ⁊ de fructibus fundi dotalis, ⁊ de rerum mobiliũ inuentario conficiendo.

Summarium.

1 Dos statim soluto matrimonio qualis debeat reddi.

2 Dote rerum immobilium soluta, heredes an teneantur anno luctus durante viduam alere.

3 Uxor relicta ali infra annum luctus per heredes mariti defuncti quando debeat.

4 Uestes lugubres vidue vel infra annum exequialem funeris, an quando ⁊ per quos tradende.

5 Uxor soluto matrimonio, an possit ingredi possessionem rerum dotalium sua autoritate mortuo viro, ⁊ quam penaz incurrat ingrediendo.

6 Dotis quantitatem necessarie expense minuunt, ⁊ propter illas dos an possit detineri.

7 Mobilia existentia in dote rerum immobilium [illegible]
mantur.

8 Fructus fundi dotalis cuius sint, ⁊ qualiter diuidendi.

9 Inuentarii confectio pendente lite, an denegãda heredi de bonis mobilibus quibus fuit spoliatus.

Christi noĩe inuocato. Uiso cõsultatiõis themate mihi exhibito parte ꝓ vidi viri Jacobi romani cũ dubiis ex themate hmõi elicitis. Dico et rñdeo breuiter ⁊ succincte ꝓut infra. Pro quorũ faciliori solutiõe ꝓmitto, ꝙ cũ prouidus quõdã vir Stephan⁹ romani ab hũanis decesserit intestat⁹ ⁊ sine liberis aut parẽtib⁹ seu superiorib⁹, supstitib⁹ aũt ⁊ sibi supuiuentib⁹ honesta muliere Catherina romane ei⁹ sorore, vt puto vtrinq; cõiũcta, ⁊ dicto Jacobo romani ei⁹ nepote ex fratre ꝓdefuncto, etiã vt puto vtriq; sibi cõiũcto: bona ⁊ hereditas eiusdẽ quõdã Stephani delate extiterũt eisdẽ Catherine ⁊ Jacobo, cuilibet vcz pro semisse seu dimidia parte. aut. de here. ab itest. §. reliquũ. colla. ix. aut. vt fra. filii. in ꝓn. eadẽ colla. ⁊ aut. cessante. cũ duab⁹ aut. se. C. de legi. here. Et sic nõ solũ habet idẽ Jacob⁹ ius in bonis ⁊ hereditate ꝓdictis in viz cessiõis ⁊ remissiõis sibi factaꝝ ꝑ eadẽ Catherinã, sed etiã ex ꝑsona suiipsi⁹ Jacobi, ⁊ ꝓpter delationẽ ꝓ dicto semisse sibi factam.

[1] † Premitto insup ꝙ qñ dos cõsistit i bonis imobilib⁹ veluti i prediis vrbanis, vtpote i domib⁹ vel rusticis, vt verbigrã: i terris, pratis, vineis, ⁊ aliis hmõi: dos ipa restitui debet stati soluto mrĩmonio. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. qñ vero dos cõsistit in pecunia numerata vel i reb⁹ mobilib⁹ aut se mouẽtib⁹, tũc debet dos reddi ifra annũ: ⁊ ante lapsuz anni nõ possunt heredes mariti cũ effectu regulariter ꝯueniri ad restitutionẽ dotis. d. §. exactio. ⁊ qđ ibi ꝑ doc. [2] † Quib⁹ ꝓmissis dico ⁊ rñdeo ꝙ si tota dos honeste mulieris Joãnete ei⁹ relicte cõsistebat i bonis imobilib⁹, ⁊ illa sibi restituta extiterint ꝓut restitui debuerũt ⁊ debent, dicti heredes nõ tenent eã alere durãte annũ luct⁹. [3] † Si vero etiã cõstitisset ipa dos i pecunia numerata vel aliis bonis mobilib⁹ aut se mouentib⁹, q꞉ heredes habẽt annũ ad restituẽdũ res ⁊ bona hmõi, ipsi tenerent eãdẽ Joãnã alere si nõ haberet vel qtenus nõ haberet vñ aliũde se nutriat seu alat. vt no. gl. ⁊ doct. magis cõiter in. d. §. exactio. glo. Bar. Bal. Ang. Jo. de imol. ⁊ alii in. l. diuortio. ff. sol. matri. gl. in l. peñ. §. j. ff. vt in posses. lega. Spec. i ti. q filii sint legi. §. vnico. ver. nunq d vxor petat alimẽta ⁊c. Ange. are. in. §. fuerat. colũ. mihi. x.

ver. circa tamē hoc dubitatur an infra dictum annum ꝛc. institu. de actio. vbi etiam do. Jason may. col. vij. ver. restat vt successiue iuxta hec dicta ꝛc. Et hoc ꝓcedit nisi heredes vellent incōtinenti soluto matrimonio restituere dotē non expectato lapsu anni quod facere possunt, eo q2 delatio anni fuit inducta in merum fauorem heredum mariti. Ar. l. si ita scriptum. §. pegasus. ff. de leg. ij. ꝛ sic ei renuntiare possunt per vulgatam regulaȝ. l. si quis in cōscribendo. C. de pac. ꝛ sic non tenebuntur eā alere. ſm Bal. qui ita no. in auten. si cui relictum. ver. pone mulier missa est in possessionem. C. de bonis auto. iudi. pos. quē refert ꝛ sequitur Ange. aret. in. d. ver. circa tñ hoc dubitatur. ibi, sin autē vellēt heredes ꝛc. ꝛ idē voluit do. Jason may. in. d. ver. restat vt successiue. ibi, hec cōmunis opinio. Et hec quo ad alimenta.

4 ¶ † Quo vero ad vestes lugubres, quas dicta Joanneta sibi fieri postulat per prefatum Jacobum dico ꝛ respondeo debere inspici consuetudinem: ꝛ si de cōsuetudine tales vidue consueuerint vestiri vestibus lugubribus sumptibus heredum maritorum, non solū eo casu quo dos nō restituitur infra annum: sed etiam eo casu quo statim restituitur, illa seruāda esset, ꝛ ſcōm illā deberet ipsa Joanneta vestiri sumptibus dicti Jacobi. Si vero non sit consuetudo, tunc dico qđ si ipse Jacobus dotem restituerit vel paratus sit restituere, ipse non tenetur eam vestire per id qđ voluit Roma. in autenti. ex testa. C. de colla. ꝛ Alex. de imo. in. l. si vsusfructus. §. dos legata. §. fi. ff. ad le. fal. ꝛ per hoc ptȝ responsio ad primum quesitum.

5 † Ad secundū dico ꝛ respondeo ꝙ licet soluto matrimonio dictorum Stephani ꝛ Joannete dñium dicte domus ipso iure redierit vel trāsiuerit in eandē Joānetam, non tamen possessio: nec debuit ipsa Joanneta: si tamen idem Jacobus erat in possessione dicte domus, illaȝ sibi sua auctoritate claudere nec denegare ingressum, quinimmo debuit agere ꝛ experiri contra ipsum Jacobum ꝛ petere illaȝ sibi restitui per id qđ habetur in. l. dotis. C. solu. matri. ꝛ qđ voluit Bald. consilio. cccxxiiij. exordiente, Queritur vtrum factum qđ vxor soluto matrimonio possit ingredi possessionē rerum dotalium sua auctoritate mortuo viro ꝛc. Et si eo modo impedierit sua auctorita[illegible] eundem Jacobum spoliauerit, forte non euitauit penam perditiōis iuris quod habebat in domo. l. extat. ff. qđ metus causa.

6 † Ad tertiū dico ꝛ respondeo ꝙ si idem Jacobus possidebat dictam domum ipse habuit iustā causam se opponēdi aduersus inhibitionem saltem ꝑpter expēsas necessarias factas in reparatione dicte domus per prefatum Stephanum cōstante matrimonio eorundē Stephani ꝛ Joannete. Nec tenebatur idem Jacobus dictam domum restituere nisi prius eidem satisfacto de expensis huiusmodi, qui dotem numerauit. d. l. vnica. §. nec ob impensas. ꝛ qđ ibi docto. ꝛ presertim Sali. C. de rei vxo. actio. ꝛ Bal. nouel. in tracta. iu. do. in secunda parte. fo. v. ꝛ. vj. ꝛ circa fi. tertie partis principalis.

7 ¶ † Preterea cuȝ dicta domus fuerit dotalis, ꝛ sic durante matrimonio fuerit dicti quondam Stephani ipsius Joannete viri. l. doce ancillam. cum suis similibus. C. de iure do. bona mobilia que ibi fuerūt presumuntur fuisse eiusdem Stephani per id qđ habetur in. l. quintus mutius. ff. de dona. inter virū ꝛ vx. ꝛ in. l. etiam. C. eo. titu. qđ etiam voluit Bal. ꝛ docto. in. l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari. Bal. in. l. si vxor. col. ij. ver. vtrum illud. C. de condi. inser. Joā. de imo. Roma. ꝛ Alex. de imo. in. l. qui iure. ff. de acquir. poss. Rapha. fulgo. cōsi. mihi. lxxij. exordiente, Dña Catherina cōtracto cum candido matrimonio in scriptis ad calamuȝ. col. fi. ꝛ hec nisi dicta Joāneta probaret se habuisse vel possedisse bona huiusmodi ante contractum matrimonium cum prefato Stephano: dicti ergo Jacobi interfuit ne sibi inhiberetur ingressus propter dicta bona mobilia que in domo erant. Etiaȝ interfuit propter vinum quod erat suum vel insolidum vel saltem pro parte, vt infra dicet. ¶ Ad quartum patet responsio per id quod dixi in tertio q̄sito.

8 † Ad quintū dico me nō posse plene respondere, pro eo q2 non est positū in casu assertiue quibus anno mense ꝛ die fuerit contractum matrimoniū inter ipm quondam Stephanum ꝛ prefatam Joannetam. Et quibus fuerint eidem stephano tradite ꝛ expedite vinee dotales in quibus excretum est vinum de quo est sermo in predicto quesito. Si enim poneretur quod matrimonium fuerit contractum anno dñi millesi. cccclxxxiij. ꝛ de mēse fortasse Augusti vel Septēbris, ꝛ sic ante vindemias, ꝛ pendētibus fructibus quos idē quōdā Stephanus percepisset: tunc esset vinuȝ. Si vero tradita esset possessio dictarum vinearū fructib⁹ nō pendentib⁹, vt verbi gratia: anno predicto. lxxxiij. ꝛ in ꝑncipio mēsis Januarij, tūc q2 vltra ꝛ preter. xv. annos itegros durasset mr̄imoniū in vltimo anno a ꝑncipio mēsis Januarij, vsq; forte ad ꝑncipiū mēsis Augusti, ꝛ sic septē mēsib⁹ deberent fruct⁹ diuidi iter ipm Jacobū ꝛ ꝑfatā Joānetā, ita ꝙ de illis habere deberet idē Jacob⁹ septē partes, ꝛ dicta Joāneta qnq;. Si vero matrimoniū in hoc vltimo anno plus durasset, deberet ipse Jacob⁹ maiorē partē habere, ꝛ si minus partē minorē, ꝑ ea que habētur in. l. de diuisione anni. ꝛ. l. si ante nuptias. ꝛ qđ ibi per Glo. ꝛ doc. ff. sol. ma. mittant mihi quibus anno, mense et die dictū matrimoniū cōtractū extiterit: ꝛ quib⁹ anno mēse ꝛ die fuerint dicte vinee tradite dicto quondā Stephano. Insup ꝛ quib⁹ anno mēse ꝛ die mortuus fuerit idē Stephan⁹, ꝛ tunc potero plane rñdere cui fructus predicti pertineāt. Et si sint inter eosdē Jacobū ꝛ Joannetam diuidendi, quātā partē quilibet eoruȝ habere debeat in fructibus huiusmodi.

9 † Ad sextū et vltimū dico ꝛ respōdeo ꝙ propter cōfectionē inuētarij qđ fieri procurauit ꝛ fecit ad saluū ius habētis prefatus Jacob⁹, ꝛ q pretēdit bona mobilia in inuētario descripta esse sua. Non videt̄ fuisse grauata dicta Joanneta relicta. Hoc eñ prodesse poterit eidē Jacobo ad ꝓbandū que bona fuerint in domo, ꝛ ne illa subtrahantur vel defraudentur per ipsam Joannetā. Et sibi non nocet predictū inuētarium: ergo illud fieri potuit. l. ij. §. item varus. ff. de aqua plu. arc. Et qđ fieri potuerit est bonus tex. in. l. j. §. penul. ꝛ qđ ibi Bar. ff. de vētre in pos. mit. quod etiā voluit Andr. de baru. Bart. Jaco. rebuf. ꝛ Jo. de pla. in. l. defensionis facultas. C. de iure fis. lib. x. Et qđ voluit Vita. de cāba. in suis caute. sub Rubrica, nil noua. appel. pēden. col. j. Et lȝ Bald. in. l. vnica ad finē. C. de ꝓhibi. sequest. pecu. videatur hoc dictū limitare ita vt non habeat locū in supellectili, hoc est i bōis vtēsilib⁹ dom⁹, vt verbi gra: in culcitris, lintheaminibus, puluinarib⁹, pitalfis, scutellis, cacabis, vasis vinarijs, ꝛ alijs de quibus. ff. de supellec. legata. per totū. que bona dicit Bal. vbi supra nō debere describi siue inuētarisari ne detegat̄ forte paupertas, ꝛ sic fiat iniuria parti. Puto tñ esse cōtrarium in hoc casu, in quo idē Jacobus videtur fuisse spoliatus possessione dicte dom⁹ ꝛ bonorum in ea existentiū tpe quo prefata Joanneta eum repulit ab ingressu. Quinimmo plus videt̄ ꝙ probato isto spolio deberet stari iuramento dicti Jacobi de bonis ꝛ rebus que ibi existebant. l. si quando. C. vnde vi. ꝛ. c. fi. ꝛ qđ ibi docto. qđ me. cau. Que dixerim sub correctione ꝛc.

Consilium. CCCX.

De laudimio pro diuisione fundi communis nō debito.

Summarium.

1. Laudimiū an debeatur de fundo emphitheotico inter heredes diuiso, ꝛ quando. nu. 6.
2. Diuisio necessaria est alienatio.
3. Alienatio rei litigiose alias prohibita an cōcessa heredibus vel socijs inter se diuidentibus.
4. Laudimium per quos et ad quid soleat recipi.
5. Traditione noua an indigeant diuidentes bona cōia.

Ponitur i facto quod dudū ad postulationem ꝛ instantiam nobiliuȝ Bertrandi veteris de Auripetra, ꝛ Philippe desiderie filie naturali ꝛ legitime nobilis Rolandi desiderij ꝛ pro debito summe trium milium florenor̄ monete currentis in quibus tenebatur dicto vero nobili Bertrādo pro summa duor̄ miliū, ꝛ prefate nobili Philippe fuerunt certa bona dicti nobilis Rolandi de pignore capta, ac etiaȝ subhastata ꝛ inquantata, ꝛ deide eisdē nobilib⁹ Bertrādo ꝛ Philippe vt ꝛ tanq̄ plus ꝛ vltimo offerentibus pro dicta summa trium miliū floreno. liberata, expedita ꝛ ipsi in possessionem realem, actualem, ꝛ corporalem bonorū huiusmodi immissi ꝛ iducti, solutis prius laudimijs ꝑpterea debitis dñis directis bonor̄ hmōi. ¶ † Et q2 ꝑfata nobilis Philippa ex vna pte, ꝛ nobiles Baucheri⁹ ꝛ Petr⁹ veteris filij ꝛ vniuersales heredes dicti quondā Bertrandi diuiserunt vel diuidere volunt dicta bona, quesitū est an de diuisione huiusmodi vel ad causam illius solui debeat laudimiū dictis dñis directis. Ad qđ respōdeo ꝙ non, vt voluit Guil. de cu. ꝛ post eum Bart. in. l. ꝛ ideo. in prin. ff. de condi. furti. ꝛ do. Jason may. in. l. fi. col. xvij. ver. quero plures habēt fundū emphiteoticum cōem. C. de iure emphit.

2 †Cuius dicti illa solet assignari ratio: qr diuisio videtur semp esse alienatio necessaria: ergo pro ea vel de ea nõ debetur laudimiũ.ar. l.fina.§.exceptis.ibi, aut diuisionis rerũ ₇c.C.de litigio.et auť. de

3 litigio.§.j.collaẗ.viij.† in quibus locis alienatio rei litigiose al's prohibita permittitur quando heredes vel socij inter se diuidũt: quia censetur alienatio necessaria.facit.l.qui erat.ff. famil. ercis. ₇ l.per diuersas.C.manda.quatenus loquitur de cessione que fit inter heredes ₇ socios quando diuidũt bona inter eos communia.

4 †Etiã pro premissis facit, quia Laudimiũ solet recipi per domi nos directos pro immissione in possessionem rei emphitheotice quã facit de nouo emphitheota vel pro traditione rei emphitheo tice quam sibi facit.d.l.fina.§.necessitatẽ autem.C.de iur.emphi.

5 †Sed vbi fit diuiso aliquorum bonorũ inter eos quibus sunt cõ munia, nõ videtur esse opus noua traditiõe nec aliquo nouo actu. l.liber homo.§.titius ex semisse.ff.de heredi.institu.l.si tu ex parte.primo respõso.ff.de acqui.hered.l.sed cũ patrono.primo respõ so.ff.de bono.posses.Ergo pro diuisione nõ debetur laudimium,

6 †nec existimo ꝙ premissis obstet, id quod not.Joan.ferra.in sua practica.titu.for.libel.quo agi.pro heredi.vel re singula.diui. super verbo, domũ communẽ.Quoniã respõdeo ꝙ ipse loquitur eo casu quo tota res emphitheotica assignatur in diuisione vni ex sociis, tunc enim secundũ eum debetur laudimiũ pro parte cõcernẽ te socium.Hic autem non est sic factum nec sic fiet, sed fuerũt diuisa vel diuidentur inter prefatos nobiles Philippã, Saucheriũ, ₇ Petrũ bona cõmunia, ita ꝙ ipsa domina Philippa habebit ter tiam partẽ pro diuiso: ₇ dicti eius filij bessem seu duas tertias pro diuiso.Et sic non obstat.Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium.CCCXI.

De permutatione duorum beneficiorum vbi est fructuum ₇ valoris inequalitas facta cum patruo sene ₇ valetudinario.

Summarium.

1 Permutatio beneficiorũ propter fructuũ inequalitatẽ, an possit impugnari tanꝙ fraudulenta. nu.seq.

2 Circunstantie iuncte cum inequalitate fructuũ in beneficijs permutatis an presumant fraudem, ₇ quando.

1 Etiam † si beneficium vicarie seu rectorie sancti Martini de valle olim resignatũ per venerabilẽ quondã virũ dominũ Nicolaum de vetericaueto, al's fighacij seu dñm Petrũ chalẽdacij canonicũ ₇ vigueriũ ecclesie Viuarieñ. pcuratorẽ ₇ procuratorio nomine eiusdẽ do. Nicolai facta causa fiende permutationis de eadẽ vicaria seu rectoria, cũ vicaria siue capellania beate Catherine existẽte i parochiali ecclesia beati Egidij de Mesilhaco, quã obtinebat venerabilis vir dñs Michael de vetericaueto esset beneficiũ pingue, ₇ dicta capellania beneficiũ tenue. Non propterea possent ex hoc resignatiões hincinde facte p predictos do. Nicolaũ ₇ Michaelẽ, ₇ permutatio inde subsecuta tãꝙ fraudulẽta vel al's vitiose impugnari. Pro quo allegasse sufficiat no.per Jo.mona. in.c.vnico.de rerũ permuta.in.vj.₇ quod ibi Jo.and.col.fi.prope fin.₇ Gemi.col.ix.versi.glo.in verbo, fraude.querit de exẽplo tex. ₇ Fede.de señ.in suo tracta.permutationũ.qõ.xl.₇ seq.qui omnes in pdictis terminis, ₇ in casu in quo suberat maior fraudis suspitio dicũt permutationẽ valere ₇ tenere, ₇ nõ debere propter predictã inequalitatẽ fructuũ, reddituũ, prouentuũ, ₇ emolumentorũ censeri fraudulentã. Pro quo allegari solet.l.si quis donationis. ff.de cõtrahen.emptio.₇ vendi. Cuz eñ venditio ₇ emptio a permutatione originẽ sumpserint.l.j.in prin.ff.de cõtrahen. empti.₇ vẽdi.sicut tenet vẽditio in casu dicte.l.si quis donationis, ita ₇ in casu de quo queritur, hoc est quãdo vnũ ex beneficijs permutatis est pingue ₇ aliud tenue, valeat ₇ teneat pmutatio. Cui dicto nõ obstat id qd habeẗ in.c.qr verisimile.de psumptio. Qm̃ r̃ndeo ꝙ illa psumptio nõ est fictio, ₇ ideo statur pbationi cõtrarie de consensu.c.sup hoc.de renũtia.in casu vero nr̃o faciliter doceri põt de

2 cõsensu vtriusqȝ.† Predicta pcederẽt si nõ subessent alie circũstãtie seu psumptiones, put tamẽ sunt, p eo qr dictus do. Nicola° est patruus eiusdẽ do. Michaelis ₇ est senex homo, ₇ vt audio valetudinari°, ppter quas circũstantias iũctas cũ dicta inequalitate videtur fraus esse psumẽda.qd etiã voluit Pañ.in.d.c.qr verisimile. ₇ in.c.j.de cleri.nõ residẽ. Et vtrobiqȝ allegat Jo.and.in.c.ij.de renũtia.in.vj. Et dicit hoc pcedere nisi inessent alique presumptiones elidentes seu offuscantes predictas, tũc enim ad fraudẽ pbãdam nõ sufficerent predicta, ₇ ponit exemplũ: si beneficiũ pingue exigebat magnã curã, forte huic patruo seni intolerabilem, vel locus beneficij nõ erat sibi tutus, vel si forte aer non sibi conferebat. Hãc partẽ scilicet ꝙ presumatur fraudulẽta videtur tenuisse Anto.de butri.in.d.c.j.qui relata opinione quorundam dicentiũ ꝙ illa presumatur fraudulẽta, ₇ deinde subiuncta opinione Joã.de ligna.tenentis opinionẽ contrariã, subiunxit ꝙ Joan.and.in.d.c.ij.de renuntia.tenuerit primã opinionẽ ₇ plus non dixit, ₇ sic videtur sequi opinionẽ Jo.and.arg.eius quod not.glos.in.l.qui filium.§.sabinus.ff.ad trebel.₇ Bald.in.l.j.in fin.ff.de cõstitu. Pe. de ancha.in.d.c.j.etiã sequitur opinionẽ Joan.andr.in.d.c.ij.qui tamẽ vt affirmat Joan.de imol.in.d.c.j.ad fin.reuera non videtur ibi ponere hanc questionẽ, ₇ vt puto verum dicit: sed illam posuit in dicto.c.ij.ad fin.de rerũ permuta.in nouel.vbi post relatã opinionem Joan.mona.de qua supra subiunxit, sed tu dicas hoc verum vbi non sunt alie circunstantie fraudis. Sed Jo.de ligna.tenuit partẽ contrariã, scilicet ꝙ nõ presumatur fraudulẽta. Propter quorũ varietatẽ ₇ vt idẽ do. Michael sit magis tutus, consului, ₇ cõsulo ꝙ ipse obtineat nouã prouisionẽ a summo pontifice. Sub correctione tamen reuerẽdi patris ₇ viri egregij domini Petri baudonis iurium doctoris eximij vicarij Auenionensis, cui duxi illum fore dirigendum.

Consilium.CCCXII.

De prescriptionibus, et restitutione in integrum ex capite ignorantie.

Summarium.

1 Viuere an presumatur quis vsqȝ ad tempus quo probatur fuisse mortuus.

2 Prescriptio inchoanda ₇ complenda per herẽdẽ a tempore mortis testatoris qualiter numeretur.

3 Restitutio in integrum ex capite ignorantie an concedẽda ignoranti sententiam, anteꝙ prescriptio currat.

4 Judex declarans per sententiam aliquem esse condemnandum, an condemnet.

Ex processu cause dudum cepte ₇ vsqȝ ad sententiã inclusiue cõtinuate, per ₇ inter nobilẽ ₇ honestam mulierẽ Genebram litarde, relictã nobilis Ludouici retõmij quondã actricẽ ex vna parte. Et magnificũ quondam virũ dñm Bertrandũ de symiana militẽ, dominũ Caseno ue ex alia. Et deinde cõtinuate pro obtinẽda executione sententie hmõi, per ₇ inter nobilẽ ₇ generosam mulierẽ dominã Romanã de montegaudio, vxorem ₇ personã coniunctã nobilis ₇ potentis viri Giraudi de anceduna heredẽ vniuersalẽ per medium de quo in actis dicte quondã Genebre ex vna parte, ₇ magnificũ virũ dominum Jacobũ de symiana filiũ quondã ₇ vniuersalẽ heredem dicti quondam do. Bertrandi de symiana ex alia. Constat ₇ apparet dictũ quondã Bertrandũ filium, et vniuersalẽ heredem magnifici quondã viri domini Bertrandi de symiana militis, ₇ hereditario nomine eiusdẽ fuisse obnoxium et debuisse dicte nobili Genebre per mediuz de quibus in actis prime florenos quingẽtos, ₇ hoc per publica instrumẽta principalis debiti ₇ fideiussiõis in dicto processu exhibita ₇ pducta, ipsumqȝ dominum Bertrandum hereditario nomine predicto fuisse condemnatum ad dandũ ₇ soluendum eidem nobili Genebre dictos quingentos florenos. Quo fit vt certum sit eundẽ do. Bertrandũ non potuisse aduersus ipsam Genebram prescribere seu etiã prescriptionem inchoare, per quam ipse vel eius successores se tueri valerent aduersus ipsam Genebram vel eius heredes, per iura et rationes al's allegatas ₇ deductas in schedula exordiẽte, Christi nomine inuocato. Viso processu ₇c. inserte fol'.cccliiij.quas repetere non expedit. Et sic ꝙuis predicta sentẽtia lata extiterit Anno domini Millesimo.cccc. quadragesimotertio, et die septima mensis Octobris, non tamen propterea infertur ꝙ ab eo tempore currere ceperit prescriptio contra ipsam Genebram. Et hoc pro eo quia non apparuit nec apparet dictum quondam dominum

1 Bertrandum ab humanis eo tempore decessisse. † Et qui vixisse presumitur vsqȝ ad tempus quo probatur fuisse mortuus, postꝙ nõ est probatum, quinimo nec deductum eum fuisse antea etatis

centum annorum.l.fina.C.de sacrosanct.eccle.l.an vsufructus.ff. de vsufruc.et quod not.glos.in.l.ij.§.si dubitetur.ff.quemadmod. testa.ape.et in.l.sed et si de sua.et quod ibi docto.ff.de acquirē.he 2 redita.† Ubi aduertendum est quod licet parte dicti Jacobi proposi tum extiterit in articulis exordientibus, Ut vobis reuerendo pa tri etc.productis in causa Anno domini Millesimo.cccc.xciij.et die prima mensis Julij.et insertis folio.ccj.quod a tempore dicte late sententie vsque ad Annum domini Millesimum.ccccxcj.et mensem Februarij,quo idem Jacobus citatus extiterat processurus in hac causa cucurrerāt quadraginta octo anni,et quod dictus dominus Bertrandus ab humanis decesserat Anno domini Millesimo.ccccxlviij.et de mense Martij,ipse tamen hoc non probat.Testes enim parte eius producti et examinati super articulis huiusmodi signanter super quinto leguntur deposuisse Anno domini Millesimo.ccccxciij.et die nona mensis Septēbris,vel circa,quod eo tempore lapsi erāt quadraginta quatuor anni a tempore mortis, et decessus dicti quondam domi.Bertrandi.Et sic cum isti examinati extiterint per duos annos et septem mēses vel circa,post causam inchoatam contra dictum Jacobum,infertur quod tempore inchoationis cause huius non cucurrerant a tempore mortis prefati domi.Bertrandi nisi quadraginta et vnus annus vel circa,et sic quod ipse domi.Bertrandus ab humanis decessit Anno dñi Millesimo.ccccli.et de mense Martij,de quo deponunt testes.Non igitur potuit ante hoc nouissimū tēpus prescriptio inchoari. Preterea cum probetur parte dicte domi. Romane dictam nobilem Senebram ab humanis decessisse per triginta annos defluxos et elapsos ante Annum domini Millesimū.ccccxcv.et mensem Januarij,quo leguntur testes parte eius producti fuisse examinati et auditi super eius articulis exordientibus,Ut vobis reuerēdo patri etc.insertis.fol.cclxxv.Palam infertur dictum domi.Jacobū non potuisse inchoare et complere prescriptionem contra ipsam Senebram,etiam si al's potuisset ex sua persona de pretensa canonica equitate inchoare prescriptionem:quia facta debita calculatione et sublatis triginta annis,qui Anno predicto.xcv.et de mense Januarij cucurrer[illegible] tempore mortis dicte nobilis Senebre, concluditur eam [illegible]cessisse Anno domini Millesimo.cccclxv.vel circa,quo tempore ab Anno Millesimo.ccccli.Non cucurrerant nisi quatuordecim anni,infra quos certum est prescriptionem huiusmodi inchoari et compleri nō potuisse.Et vbi possent testes dicte nobilis Romane in aliquo vel calūniari vel impugnari,quod non probent tempus mortis de quo deponere videntur,illud saltem videtur indubitatum quod dicta quōdā Senebra que post mortem dicti quondam nobilis Retruncini matrimonium contraxit cum nobili Arnautono de Montegaudio vita functa est et ab humanis decessit ante annum dñi Millesimum.cccclxx.et diem decimāquintam mensis Julij,quibus legitur idem Arnautonus matrimonium contraxisse cū nobili et generosa muliere domina Alisia de Taulinhano,et eo maxime quia multi testes testificantur et deponunt eundem Arnautonum vixisse multis annis post mortem dicte Senebre,et antequā matrimonium contraheret cum dicta Alisia.Ab anno autē quinquagesimoprimo,vsque ad annum lxx.Non cucurrerunt nisi viginti et vnus annus vel circa,qui non sufficiunt ad dictam pretensam prescriptionem.Etiam si supponeremus,vt prediximus,hunc domi.Jacobum potuisse ex sua persona inchoare prescriptionem,cuius tamen contrarium apparet si non desipio per iura et rationes al's allegatas in schedula exordiēte,Licet mala fides defuncti etc.inserta,quāuis multū vitiose et corruptissime.fol.ccciij.quas non repeto ne tedio afficiam:et cum putem originalem schedulam esse penes graffarium aut dictam domi.Romanam.

Ex quibus infertur quod si et vbi

dici posset dictam pretensam prescriptionem fuisse inchoatā per dictum domi.Jacobum,et deinde completā,quod illa completa extitit.Non quidem viuente dicta quondā Senebra,et contra eam sed contra dictum nobilem Arnautonum aut forte verius contra di 3 ctam domi.Romanam.† Sed quodcunque ex his dixerimus,debuit et debet hec domina Romana ex capite ignorantie in integrum restitui,cum non appareat eos aut eorum aliquem habuisse notitiam predicte sententie.Pro quo si placet videantur iura et rationes allegate in dicta schedula exordiēte,Christi nomine inuocato etc.inserta.fol.cccliij.que in integrum restitutio peti potuit etiam per viam replicationis,vt al's scriptum est.l.nam et postea. §.si minor.et quod ibi doct.ff.de iureiuran. Cui non obstat quod ex aduerso fuit oppositum illam non esse petitam in forma,pro eo fortasse quia pretenditur esse petitum dici et declarari eandē dominam Romanam,fore et esse in integrum restituendam et non 4 eam in integrum restitui,non obstat inquam.† Tum quia petendo dici et declarari eam esse in integrum restituendam,satis videtur esse petitum eam in integrum restitui,quemadmodum et iudex declarans aliquem esse in integrum restituendum,satis videtur illum restituere in integrum,per id quod in simili not. multi docto.relati per Joan.de imol. Alexand.de imol.Francis.de are. in.l.j.§.si quis ita.ff.de verb.obligatio.quatenus volunt quod iudex declarans per sententiam aliquem esse condemnandum,illum cōdemnat.Tum et quia nō solum petitum est parte dicte domi.Romane dici et declarari eam fore et esse in integrum restituendam. Sed etiam subiuncta est clausula,et al's ius et iustitiam etc.que vt al's dictum est multum operatur.Tū et quia restitutio huiusmodi petita fuit in.xj.articulo schedule exordientis,Addēdo etc.inserte.fo.cccl.

Preterea redeūdo ad mate-

riam prescriptiōis parte dicti do.Jacobi opposite,videtur aduertendum quod illa nō videtur concludenter opposita,quod vt appareat premitto dictam domi.Romanam seu pro ea et eius nomine spectabilem virum dominum Pontium lartessuti iurium professorē eximiū eius procuratorem et aduocatum petijsse dici et cognosci appellationem dudum a dicta sententia parte dicti do.Bertrandi interiectam fuisse et esse desertam,et deinde appellatione hmōi nō obstante sentētiā predictā fore exequendā et exequi.aduersus que opposuit prefatus do.Jacobus de morte dicti do. Bertrandi ignorantia domi.Jacobi et lapsu tēporis.Ex quibus inferre nititur prescriptionē obstitisse et obstare dicte domine Romane,que tamē illam non concludunt.Et quidem nō quoad caput desertionis,quinimo potius ecōtra:quia quatenus maius tempus decurrit et lapsum est a tēpore late sententie et interiecte appellationis, eatenus fuit appellatio magis deserta.Et si per lapsum anni deserta extiterit,multo fortius per lapsum biennij et adhuc apertius per lapsum decennij ac viginti aut triginta annorum.Et sic non subest ratio propter quam dicta domi.Romana debuerit aut de iure potuerit impediri sub colore pretense prescriptionis,quominus obtineret et obtineat pronūtiari super desertione eius appellationis,eo signanter quia aduersarius nō proponit quo tēpore deserta extiterit,quod tamen erat necessarium ad hunc finem.Non etiam quoad caput executionis sententie causis et rationibus superius allegatis.

Consilium. CCCXIII.

De operis locatis et mercedis estimatione,et de restitutione in integrum aduersus lapsum temporis dati ad appellandum.

Summarium.

1 Deducens vnam causam in libello et aliam probās,an obtinere debeat siue causa sit ciuilis siue criminalis.
2 Debiti remota causa,remouetur debitum in iudicio deductum.
3 Judex ad quem an possit pro parte confirmare et pro parte infirmare sententias iudicis a quo tanquam iudicatum a sic iudicato.nume.sequen.
4 Bartolus a Baldo derisus in opinione quam tenet in.l.cum minor.§.falsus.ff.rem ra.habe.Et reprehensus in.l.posthumo.C.de bo.posses.cōtra tabu.
5 Idee an possint secundum philosophos separari a suis singularibus.
6 Mandati fines diligenter obseruandi.
7 Restitutio in integrum aduersus lapsum tēporis dati ad appellandum,cui et quando non deneganda.
8 Appellatio a quodam interposita pro absente,an possit per eundem absentem ratificari etiam infra decendium a tempore scientie de interpositione.
9 Restitutio ad appellandum est preparatoria appellationis.
10 Opere secundum consuetudinem estimande.
11 Recte aduerbium quid significet.
12 Legitime gestum qualiter intelligendum.

Vas locationes factas de suis operis vt ptēdebat,pposuit,et deduxit,puidus vir Hugo ruffi in qbusdā suis articulis exordiētib9,Dādo de iure Hugonis etc.parte ei9 et cōtra honorabilē virū Guillielmū iusquini oblatis et pductis et isertis.fo.cccxvij.vnā videlicet quā fuisse factā pretendebat Henrico fabri, Anno dñi Milleśi.cccclxxxviij.et die Mercurij añ festū Pasche, et hoc

⁊ hoc de ⁊ pro operis per eũ exercendis ⁊ prestandis in tabula ma
celli a die predicto vsq; ad festum omniũ Sanctorum eiusdẽ anni:
pretio, videlicet viginti septẽ florenorũ. ⁊ aliã eisdem Guillielmo
⁊ Henrico anno predicto, ⁊ pauloante dictum festũ ad ⁊ per aliũ
annũ inchoandũ, fortasse in dicto festo pretio quadragintaq;
florenorum. Ex quibus ⁊ propter eas petiit idẽ Ruffi a prefato
Jusquini quadraginta florenos monete prementionate, duos vi
delicet pro pretẽsa resta dictorum viginti ⁊ septem florenorum et
triginta octo pro seruitio, quod eisdem Jusquini ⁊ Hẽrico fabri
in tabula predicta impenderat post dictum festum omniũ San-
ctorum, sed ex locationibus huiusmodi nulla probata reperitur
vt patere potest ex inspectione processus cause huius. Quo fit vt
q̃uis probanduz extitisset parte prefati Ruffi, ꝙ ipse seruiuisset
in predicta tabula, ⁊ ob causam seruitii sibi deberet iuxta morẽ ci-
uitatis in talibus de seruitio ⁊ labore seruitio impendi, debuisset
1 nihilominus et deberet ipse Jusquini ab impetitis absolui: † q2
deducens vnã causam in libello, ⁊ postea probans non de illa sed
de alia non obtinet. l. habebat. in princip. ff. de institο. actio. not.
Inno. in. c. cum contingat. colum. ii. de offi. delega. in. c. ceterũ. co-
lum. ii. de iudi. ⁊ in. c. j. de lit. contesta. Barto. in. l. j. in princi. versi.
venio ad causam. ff. de eden. Ang. consi. xxv. exordiẽte, Pro deci-
sione questionum ⁊ dubiorum ⁊c. colum. j. vbi voluit ꝙ nisi probe
tur causa ex qua agitur, licet debitum realiter subsit semper sequi-
tur absolutio siue illud descendat ex causa ciuili siue ex criminali
causa ortũ habeat. Pro quo allegat dictaz. l. habebat. ⁊. l. sed si ex
parte. in fi. ff. quod cũ eo. l. pretor. §. docere. ff. vi bono. rapto. et. l.
2 denuntiasse. §. qui tamen. ff. de adulte. etiam allegat: † quia remo
ta causa debiti, remouetur debitum in iudicio deductum: ⁊ super
non deducto non potest formari sentẽtia quam libello conformẽ
esse oportet. l. vt fundus. ff. cõmuni. diuidun. ⁊. l. fina. C. de fideicõ
missa. liber. c. abbate. de re iudi. in. vj. iuncta. l. non potest. cuz suis
simili. ff. de iudi. Multas remissiones ponit Ange. in dicto consi
lio. idem voluit Alexand. de imol. in. l. si ita stipulatus fuero si ti-
tius. §. grisogonus. colum. viii. vel circa. ff. de verbo. obliga. ⁊ cõsil.
xliii. col. ii. in primo volumi. ⁊ alii multi quos nõ refero in aliis lo-
3 cis. † Due igitur prime diffinitiue sentẽtie cõtra dictum Jusqui-
ni promulgate, vna videlicet per egregiũ virum dominum iudi-
cem ordinariũ ciuitatis Aquensis, ⁊ alia per magnificũ virum do
minũ iudicem primarũ. Salua eorũ reuerentia fuerunt inciuiles
⁊ iniuste, ⁊ que propterea debuerint reuocari ⁊ rescindi per magni
ficum virũ dominũ iudicem maiorẽ et secundarũ appellationum
seu egregiũ virum dominum eius locũtenentem. Et quidem inso
lidũ, non p̄ parte cõfirmari scilicet quatenus per eas pronũtiatũ
extitit ipsum Jusquini teneri ratione ⁊ ex causis inibi mentiona
tis dicto Hugoni ruffi et infirmari, quatenus per eas fuit idem
Jusquini limitatiue condemnatus ad dandum ⁊ soluendũ dicto
Ruffi quadraginta florenos per eundẽ petitos: q2 cum sententie
hmõi vnum solũ caput contineant, ⁊ in quo fuit ipse Jusquini cõ
demnatus ex causis parte prefati Ruffi in causa propositis ⁊ de-
ductis ad sibi dandũ dictã summã: non potuerunt sentẽtie hmõi,
quatenus condemnatorie confirmari ⁊ quatenus sic condẽnato-
4 rie, hoc est pro summa de qua in his infirmari. † Pro quo induco
quod voluit Bald. in. l. ii. C. si ex fal. instrumen. vbi deridet Bart.
qui in. l. cum minor. §. falsus. ff. rem ra. habe. dicit ꝙ appellans in
casu illius. §. approbat sententiã tanq̃ latam, sed non tanq̃ bene
latam: quia vt dicit Bald. non potest separari iudicatum a sic iu-
dicato, nec intellectus potest intelligere ista nisi in concreto ⁊ non
in sensu diuiso qui per se nihil significat. Et vt dicit Ang. in dicto
§. falsus. illud dictum Bar. nunq̃ placuit. Nam approbare ⁊ im-
probare species sunt opposite ⁊ contradictorie. Pau. de cast. in di
cto. §. falsus. refert dictum Bar. ⁊ subiungit ꝙ Bald. illud impu
gnat, ⁊ bene. do. Fely. etiam illud refert in. c. j. colum. penul. de re
iudi. vbi etiam dicit ꝙ Bald. in. d. l. ii. C. si ex fal. instru. truffatur
de verbis Bart. Reprehenditur etiam Barto. in simili in. l. post-
humo. C. de bono. posses. contra tabu. pro eo quia voluit ꝙ filius
contratabulãs testamentum nullum, illud approbat vt reprobet.
Non potuit igitur dictus magnificus domi. iudex secundarũ seu
egregius vir dominus eius locũtenens cõfirmare predictas sentẽ
tias tanq̃ cõdemnatorias, ⁊ infirmare tãq̃ limitatiue, hoc est sic
condemnatorias: quia dicte sententie condemnatorie separate,
5 non sunt nec separari possunt a sic condemnatoriis. † Nisi ponere
mus ideas separatas a suis singularibus, et diceremus esse homi
nem preter hunc hominem et alios particulares, quod philoso-
phi negant. Preterea et si possent in casu nostro condemnatorie
separari a sic condemnatoriis, non erunt tamen ille confirmande
sed infirmande, cum vt predixi, actum extitisset ex causis preten-
sarum locationis et refirmationis operarum quarum nulla pro-
bata extitit. Et sic his causis inspectis debebat ferri sentẽtia dua-
rum primarum infirmatoria: post quod non nego quin ex causa
seruitii potuerit fieri processus et causa instructa prout oporte-
bat ferri sententia.

6 † Preterea certuz est ꝙ fines
mandati sunt diligenter obseruandi, et ꝙ eorum omissio vel per-
uersio processum impugnat. c. cum dilecta. de rescriptis. et. c. pisa-
nis. de restitu. spoliato. ad qđ non mihi videtur, si tamen non disi
pio multum aduertisse prefatus domi. locumtenens: cũ enim mã
daretur sibi per dominicale rescriptum, quatenus sibi constito
de bono iure dicti Guillielmi iusquini eũdem in integrum resti-
tueret aduersus lapsum temporis ad appellandum a grauamini
bus de quibus in supplicatione appellationemq; ipsam prose-
quendam et de iure suo dandam, et sibi constiterit prout et con-
stat de bono iure dicti Guillielmi, ⁊ hoc ex sola inspectione proces
suum factorum coram dictis domi. iudice ordinario Aquensi et
7 magnifico domi. iudice primarum. † Ex quibus apparebat et ap
paret intentionem dicti Hugonis ruffi non fuisse iustificataz. Et
sic eundem Guillielmum debuisse per eos absolui. l. qui accusare.
C. de edend. l. fina. C. de rei vendi. l. negantes. C. de actio. et obliga
tio. c. inter dilectos. de fide instrumen. et. c. vnico. vt eccle. benefi.
Debebat ipse egregius dominus Locumtenens magnifici domi
ni maioris et secundarum primo dictum Guillielmum restituere
in integrum aduersus lapsum temporis dati ad appellanduz, vt
sic deinde posset ipse Jusquini infra decem dies appellare, quod
fiendum erat, per ea que not. Bald. ⁊ docto. in. l. ii. C. si sepi. in inte
grum restitu. postu. Et deinde facta restitutione huiusmodi, ⁊ ap
pellatione interiecta debebat eum audire super attẽtatis, ⁊ post-
ea illa reuocare, perinde ac si illa facta extitissent durante decen-
dio dato ad appellandũ, quo casu certum est quod siue fiant post
appellationem siue ante eam durante decendio, illa sunt reuocan
8 da. c. non solum. de appellatio. in sexto. † Et supposito fortasse ꝙ
restitutio aduersus lapsum temporis ad appellandum non fuerit
necessaria, pro eo quia illa interposita extiterat per egregium vi-
rum dominum Joannem raynaudi viua voce et apud acta, ⁊ que
videbatur posse ratificari, non solum infra decem dies a tempore
late sententie de quo non est dubium. l. [illegible] um. ff. rem ra. habe.
sed etiam infra decem dies a tempore habite scien[illegible] inter[illegible]
sitione appellationis vel illatione grauaminis vt probatur ex co
iunctione duarum legum scilicet. l. si quis alicui. in fin. ff. de acqui
ren. here. et. l. fi. §. tali. C. de curato. furio. quod etiam voluit Ber
nard. compostel. in. c. statuimus. in glos. qualiter probationes. de
electio. et Oldrad. consilio mihi. xcviii. exordiente, Omissa proli-
xitate facti. questio. fina. quia tamen propter nõ factam introdu
ctionem vel obtentam inhibitionem infra tempus, ⁊ quia etiam
dictus Guillielmus in sua supplicatione expressit non fuisse ap-
pellatum, poterat esse difficultas, tam quoad validitatem ratifi-
cationis q̃ etiam quoad desertionem: poterat et debebat idẽ do-
minus locumtenens restituere eũdem Guillielmum aduersus la-
psum temporis ad appellandum et appellationem prosequendũ
vt sic facta restitutione huiusmodi potuisset ipse Guillielmus ap
9 pellare, et deinde appellationem prosequi: † quia vt dicit Bald.
⁊ docto. in dicta. l. ii. C. si sepi. in integrum restitu. postu. restitutio
ad appellandum est preparatoria appellationis. Et si fuisset fa-
cta, hec restitutio poterat postea sine ĩuolutiõe que facta est pro-
uideri super attentatis, que propter restitutionem beneficio ⁊ gra
tia principis concessam debebant reuocari perinde ac si facta exti
tissent pendente appellatione vel infra decẽdium, anteq̃ illa in-
terponeretur. Fuit igitur dictus Guillielmus in hoc grauatus.

Et quãuis magnifici domi-
ni Jo. guirani ⁊ Joannis ronati qui loco vltimo in hac causa sen-
tentiam protulerunt videantur propter rigorem iuris in primo
capite eorum sententie bene processisse, ea fortasse ratione q2 cen-
sebantur precessisse tres conformes sententie per quas pretende-
batur cognitum eundẽ Guillielmum teneri ipsi Hugoni ex cau-
sis deductis in processu, ipsi tamen vel rectius vel non minus re-
cte processerunt in secundo capite, quatenus confirmarunt sentẽ-
tiã dicti domi. locũtenẽtis in eo quod reuocauerat ⁊ in melius re-
formauerat sententiam dictorum domi. iudicis Aquensis, et ma
gnifici domini iudicis primarum, quatenus limitatiue eundem
10 Guillielmum condemnauerant in quadraginta florenis. † Sẽse-
runt igitur ipsi domini commissarii cum dicto domi. locũtenente
ꝙ opere que prestite pretendebantur estimarentur, iuxta consue-
tudinem ⁊c. prout habetur per docto. in. l. excepto. C. loca. in. l. itẽ
queritur. §. qui impleto. ff. eod. titu. et quod not. Bald. in. l. etiaz.
colũ. fina. C. de iure dot. que si ita se habeant: immo quia sic se ha-
bent nondum apparet in qua summa dictus Guillielmus eidem
Ruffi teneatur. Et sic esto ꝙ inspecto rigore iuris, ⁊ propter nõ fa
ctã inhibitionẽ infra tẽpus statuti, potuerint ille due prime sñie

executioni demandari. Et quis fuerit in eis rite processum, non tamen recte: quia non suberat iusta causa, de qua appareret vel appareat quod ille fieri potuerit pro quadraginta florenis. 11 † Verbum enim recte, causam significat secundum propriam significationem. vt not. glo. in l. ij. ff. de inoffi. testa. l. sed et si lege. §. scire. et l. seq. ff. de petitio. heredi. no. Barto. in l. lecta. colum. v. versi. veniamus ad questiones, vbi etiam Alexan. de imol. colum. vij. versi. in glos. in verbo, proba. ff. si cert. peta. Ange. in l. j. §. j. ff. de edili. edic. et Alexan. de imol. in l. iuste possidet. colum. ij. versicu. et intelligit glos. et versicu. extra glo. &c. ff. de acquirend. posses. et alij in alijs locis. Et cum ille fuerint facte pro dictis quadraginta florenis, et in vim dictarum sententiarum que quo ad hoc, hoc est quoad hanc limitationem sunt cassate et reuocate, primo per dictum domi. locumtenentem, et secundo per prefatos magnificos domi. Guirani, et Ronati: debebant profecto et debent, si tamen non desipio et ille executiones reuocari, saltem cum illa moderatione quam fecit idem domi. locumtenens: et hoc operatur et operari debet gratia principis per quam debuit restitui aduersus lapsum temporis ad appellandum et appellationem prosequendum et docendum de iure suo, de quo eo ipso quia reus est apparet, postquam nondum constat de quantitate debita. Facta enim restitutione ad appellandum et appellationem prosequendum reducitur et reduci debet pars que restitutionem obtinuit in eum statum in quo erat infra decendium a tempore late sententie, vel in tempore prosecutionis appellationis et ante illius desertionem: quibus temporibus non potuissent si infra decendium appellatum extitisset. Et deinde pars appellationem rite prosecuta extitisset. Et si facte fuissent, ille fuissent reuocate per viam attentatorum, quod et in casu nostro fieri debet propter beneficium principis, etiam si ille pretense executiones dici possent facte rite et recte. 12 † Quod enim dicitur in l. sancimus. C. de administra. tuto. et in l. graccus. cum suis simil. C. de adulte. quod legitime gestum &c. intelligendum est de iure communi, sed hic sumus in gratia principis qui constito de bono iure &c. voluit hunc Guillielmum restitui aduersus lapsum temporis ad appellandum et appellationem prosequendum. Preterea si non deberet fieri retractatio dictarum executionum, [illegible] eo cuius effectus esse poterit reuocatio sententiarum quam fecit dictus domi. locumtenens, et quam confirmarunt ipsi magnifici domi. Guirani et Ronati in eo quod dicti domi. primi iudices limitatiue condemnauerant dictum Guillielmum in quadraginta florenis. Non etiam video in quo proderit illa commissio quam fecit dictus domi. locumtenens per quam commisit curam talem habentibus vt moderentur et taxent stipendia dicti Ruffi et quod commissionem dicti do. Guirani et Ronati videntur confirmasse, cum etiam palam fateantur in eorum sententia non apparuisse dictis domi. primis iudicibus de debito quadraginta florenorum, sunt igitur huiuscemodi stipendia taxanda, et moderanda, non quidem vt vinea retenta per dictum Ruffi, habeat idem Ruffi etiam illam pecuniam ad quam stipendia predicta taxabuntur: quia bona fides non patitur &c. Non etiam ad hunc finem vt dum taxa sciatur quante estimationis fuerint et sint stipendia huiusmodi: quia hoc esset frustratorium et partibus dispendiosum, saltem propter sumptus et expensas qui fierent in executione et taxatione, et quorum nullus esset fructus. Censentur igitur illa stipendia debere moderari quoad hoc vt dicto Ruffi satisfiat, et vinea capta cum fructibus restituatur ipsi Guillielmo iusquini. Et hec videtur equitas quam voluit illustris dominus Regius locumtenens et eminens Regium consilium per ipsos domi. Guirani et Ronati amplecti, sic enim habebit idem Ruffi quod sibi deberi pretendit et quod debetur vel per hunc Guillielmum vel per prefatum Henricum aut per ambos, et ipse Guillielmus habebit vineam non recte distractam et venditam: quia in executionem sententiarum iniustarum et bina vice reuocatarum. Forte autem opponetur taxationem esse faciendam per commissarios non ad eos fines vt stipendia iterum soluantur, et penes ipsum Hugonem remaneat vinea, vel etiam vt eam restituat ipsi Guillielmo: sed vt sciatur pro qua summa debeat vel illa tota vel pro parte remanere apud eundem Hugonem. Sed istud non videtur procedere nec esse equum. Tum quia contra beneficium principis remanerent valide executiones que debuerunt reuocari attenta iniquitate dictarum sententiarum et earum reuocatione. Tum et quia facte ante liquidationem pretensi debiti. Tum et quia ex hoc poterunt insurgere multe inuolutiones processuum que vitande sunt, et presertim in hac causa in qua pro re satis vili sunt iam facti multi sumptus. Et ita mihi videtur sub benigna supportatione huius eminentissimi Regij consilij.

Consilium. CCCXIIII.

De substitutione conditionali et hereditate blanditijs acquisita, et de duarum quartarum detractione.

Summarium.

1 Iuris accrescendi locus, an sit verbis coniunctis, et non re in substitutione conditionali post conditionis euentum.
2 Blanditie ad alliciendum quem vt Titium faciat heredem, an prohibite et quando.
3 Dolus et fraus, an possint committi in vltimis voluntatibus.
4 Actio de dolo quanto tempore prescribatur.
5 Annalia ad agendum perpetua sunt ad excipiendum.
6 Fideicommissum conditionale trahit post se ambas quartas, et de illarum detractione.

Christi nomine inuocato. Viso consultationis themate mihi exhibito parte honorabilis viri Saluatoris oliuerij cum dubijs et questitis ex themate huiusmodi oportune elicitis, et instrumentum testamenti honorabilis quondam viri Joannis oliuerij eiusdem Saluatoris aui paterni. Dico et respondeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi prout infra. 1 † Et primo ad primum quod si supponamus substitutionem factam per dictum quondam Joannem de honorabili viro Giraudo oliuerij eius quondam fratre, et venerabili viro domino Petro abelhe iurisperito valuisse, etiam quoad dictum do. Abelhe, de quo tamen infra plenius dicetur, illa portio in qua in vim substitutionis successurus erat dictus Giraudus oliuerij si superfuisset tempore euentus conditionis accrescit et accrescere debebit eidem do. Abelhe, cum ipse et prefatus Giraudus fuerint verbis coniuncti quamuis re disiuncti extiterint. Pro quo allegasse sufficiat quod habetur in l. vnica. §. vbi. et quod tam ibi quam in §. sinautem disiunctim. not. docto. C. de cadu. tollen. Pro quo facit quod voluit Dyn. consil. vj. exordiente, Ex testamento domini Alberti &c. in primo dubio. et Jo. and. in addi. Specu. tit. de testa. §. in primis. in addi. exordiente, Quod de precedenti ver. &c. ver. ad tertium respondetur quod remissio &c. et quod habetur in d. l. j. §. sinautem sub conditione. C. de cadu. tollen.

2 † Ad secundum dico et respondeo quod licet non sit de iure prohibitum, quominus quis possit bonis ac blandis et dulcibus sermonibus alium inducere ad se heredem instituendum. l. fina. et quod ibi docto. ff. si quis aliquem testa. prohibue. et l. fina. et quod ibi glos. et docto. C. eod. titu. quod etiam voluit Cyn. in l. quicquid. C. arbi. tute. Non tamen videtur esse permissum quod inductio huiusmodi fiat dolo vel fraude, pro id quod voluit Cyn. in d. l. quicquid. Angel. in l. non enim. ff. de inofficio. testamen. Bal. Alexan. de imol. Philip. corne. et do. Jason may. in l. si frater. C. qui testamen. face. pos. Et ideo si probari posset quod idem domi. Abelhe per dolum et fraudem induxisset prefatum quondam Joannem testatorem ad se substituendum, cum hoc non esset alias facturus, putarem quod substitutio de eo facta posset ex capite doli seu fraudis impugnari, per ea que not. docto. in locis superius allegatis: 3 † quia certum est dolum et fraudem posse committi, non solum in contractibus de quo non est dubium, sed etiam in vltimis voluntatibus. l. j. in fin. ff. de exceptio. do. et l. lucius. la seconde. §. sempronia. et quod ibi doct. ff. de lega. ij. Non puto tamen quod ad probandum dolum aut fraudem huiusmodi, sufficiat illa scriptura mihi missa, et que scripta dicitur manu dicti Abelhe nisi aliud probaretur. Postquam apparet per publicum instrumentum dictum quondam Joannem disposuisse prout in eo. 4 † Preterea vbi posset probari dolus vel fraus, non consulerem huic Saluatori quod ipse experiretur actione de dolo, pro eo quia lapsum est biennium et sic prescriptum est aduersus actionem huiusmodi, sed potius agendum esset de crimine stellionatus vel actione in factum quod videtur fieri posse, per id quod no. Bar. in d. §. sempronia. Raphae. fulgo. Alexan. de imol. et Philip. corne. in dicta. l. si frater. Posset etiam vt videtur heres dicti Saluatoris excipere de hoc dolo non obstante lapsu temporis, si in vim substitutionis conueniretur imposterum per dictum domi. Abelhe: 5 † quia que annalia sunt ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. l. pure. §. si. ff. de do. excep. et l. licet. et quod ibi docto. C. de excep.

6 † Ad tertium dico et respondeo quod cum fideicommissum per dictum quondam Joannem relictum in vim substitutionis de qua in casu non fuerit purum sed conditionale, idem Saluator poterit detrahere duas quartas scilicet legitimam et trebellianicam. per ea que not. glos. Barto. et docto. in l. papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamen. glos.

et Bart.

et Barto.in.l.§§.C.ad legem falci.Bald.in.l.filium quem.C.fa mil.ercifcun.Joan.de imol.in.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulga. & pupilla.Pro quo sunt boni tex.in.c.raynutius.&c.raynaldus. de testa.& in.c.si pater.eod.titu.in sexto.& vt dicunt Ange.& Joã. de imol.in.d.l.coheredi.§.cum filie.Ista opinio seruatur in iudicijs & in scholis.Multas remissiões que videri possunt ponit do mi.Jason may.in auť.res que.colum.iij.versic.secundo principaliter &c.ibi,sed attento iure canonico.C.communi.de lega.Legitima vero huius Saluatoris est triens seu tertia pars omnium bonorum prefati testatoris.autenti.de trien.& semis.§.j.collat.iij.et transumptiue in autenti.nouissima.C.de inofficio.testa.Et intelligo trientem seu tertiam partem omnium bonorum eorum,videlicet que superfuerunt deducto ere alieno et funeris impensa: quia legitima non est quota hereditatis sed quota bonorum, quia illa debetur de eo quod superest deducto ere alieno et funeris impensa.dicta.l.papinianus.§.quarta autem.de quo Jaco. butri.in.l.si quis in suo.C.de inofficio.testamen.Barto.& docto. in.l.ex facto.la grande.ff.de heredib.instituen.et Bald.in.l.quotiens.C.eod.titu.& in hoc triente seu legitima non potuit grauari idem Saluator.l.omnimodo.&.l.quoniam in prioribus.C.de inofficio.testamen.Et hec legitima primo detrahenda est,& postea trebellianica que est quarta pars residui,iuxta theoricam quã ponit glos.in.d.c.raynaldus.super verbo,licet.et Joan.de imol. in dicta.l.coheredi.§.cum filie.Et sic videtur ꝙ dictus Saluator possit detrahere sex vncias,quatuor videlicet que sunt triens totius assis pro legitima,& duas que sunt quarta pars residui ꝓ trebellianica.Verũ quia idem Saluator non est de liberis primi gradus sit nepos seu felezenus dicti testatoris,et sic de liberis secundi gradus,ipse debet imputare fructus perceptos,& quos percipiet in quartam trebellianicam,iuxta ea que habentur in.l.in fideicommissariam.in princip.ff.ad trebel.& quod not.docto.in.l. iubemus.C.eo.titu.Ex quibus apparet de quibus poterit cũ effectu testari idem Saluator,supposito ꝙ substitutio valuerit etiã quoad dictum domi.Abelhe:quia si nõ valuisset posset testari de oĩbus bonis dicti quõdam testatoris.Quo vero ad bona ꝑ eũdẽ Saluatorem acquisita vel ad eum peruenta aliunde ꝙ̃ ex bonis prefati testatoris,potest ipse testator disponere et testari siue substitutio valuerit siue non,qꝛ illa nõ veniunt in dicto fideicõmisso per quod non est successurus dictus Abelhe eidem Saluatori heredi grauato sed testatori.d.l.coheredi.§.cum filie.& quod ibi docto.Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Consilium.CCCXV.

De libelli adiectione,& donatione inter viuos post tempus mortis collata,& de suspensione petitorij.

Summarium.

1 Additio ad libellum productum & per partẽ impugnatum, sine expensarum condemnatione an concedenda.
2 Donatio in qua mortis mẽtio fit,an presumatur in dubio donatio causa mortis,& in quibus fallat remissiue.
3 Donatio inter viuos que confertur in tẽpus mortis vel post mortem,an differat a donatione causa mortis.
4 Constitutio precarij collata post tempus mortis cõstituentis,an valeat.
5 Verbum nullum in contractibus debet esse vacuum et superfluum.
6 Petitorium an et quando suspendi potest vt in possessorio procedatur.

1 Quoniam† Andreas claperij & honesta mulier Joanna clementie eius pretensa vxor nitũtur addere cuidam eorum pretenso libello parte eorum & contra prouidum virum Guillielmum borrelli tutorem & tutorio nomine Marini borrelli in hac causa oblato et producto,& parte ipsius Borrelli,tam ex causis expressis ꝙ̃ alijs ex libello huiusmodi apparẽtibus impugnato, non videntur ipsi Andreas claperij et Joanna clementie ad hoc faciendum admittendi,nisi prius facta condemnatione expensarum:quia mutare consilium &c.quod etiam videtur voluisse glos. in.c.significantibus.de libel.obla.et ibi apertius Panormi.col. fina.versicu.venio nunc ad quartum articulum &c.de libel.obla.& docto.in.l.edita.C.de edend.Passus est enim et sustinuit interesse et expensas idem tutor in eundem apud Carpeñ.pro deliberatione & consultatione,& consilio habendo ab aduocato que facta non sunt sine interesse:sumptu & expensa,que debent refundi.

2 †Ceterũ quamuis donatio in qua fit mentio mortis presumatur regulariter in dubio esse donatio causa mortis.l.seia.§.fina.ff.de donatio.causa mor.&.l.seia. cum glos.ff.de do.p̃leg.Scio tamen ꝙ regula huiusmodi habet multas limitationes quas ponunt scribentes & consulentes in diuersis locis.Propter quod non dixi,nec dico ꝙ donatio quã sibi factam fuisse pretendit dicta Joanna fuerit donatio causa mortis.Et ita assertioni mee non obstat.l.vbi ita donator.ff.de donatio.causa mor.sed dixi ꝙ donatio huiusmodi non est donatio pura sed donatio in diem.Et fateor si tamen sic facta fuisse probetur prout proponitur ꝙ illa fuit donatio inter viuos, non tamen pura sed in diem,& cuius effectꝰ cõferebatur in diem:immo post diẽ mortis Catherine scofanerie pretense donatricis.Et ꝙ̃uis dicta l.vbi,inducatur ex aduerso ad probandũ,etiam ꝙ illa fuerit pura.d.l.tamen, hoc nõ probat.Nisi forte dominus aduocatus partis aduerse contenderet ꝙ omnis donatio inter viuos sit pura,et ꝙ eo ipso quo conuẽtum est ꝙ donatio nõ reuocetur, inferri possit illam esse puram.

3 †Sed istud non procedit:quia non solum habemus donationes inter viuos puras,sed etiam habemus donationes inter viuos non puras sed in diem & quarum effectus confertur in diem certum vel incertum,& que ꝙ̃uis conferãtur in tempus mortis vel post mortem donatoris, differunt tamen specie a donatione causa mortis.Pro quibus pro nunc allegasse sufficiat not.per glos.& docto.in.l.fina.C.de pact.Et quia vt dixi constitutio precarij tanꝙ̃ quid accessorium debuit & debet in hoc casu regulari secundum naturam donationis,que in hoc casu erat & est principale ipsius constitutionis, cẽseri non debet ipsa quondam Catherina voluisse extunc hoc est ex tempore donationis tenere bona donata precario nomine donatariorum.Non enim hec Catherina censeri debet voluisse tempore donationis tradere dicte Joanne,& in eam transferre & dominium & possessionem eorũ que post mortem suijpsius donatricis donabat,& post mortem suijpsius non in vita eã habere volebat.Intẽdebat enim tenere & possidere bona huiusmodi durante vita suijpsius,non vt vsufructuaria sed eo iure quo tunc tenebat & antea tenuerat,& hec quoad precarij constitutionem.Et idem dico de retentione vsufructus,scilicet ꝙ illa tanꝙ̃ quid accessorium censeri debeat esse collata in tempus mortis vel post mortem & facta propter ministeriũ iuris,vt videlicet propter eam tanꝙ̃ per actum iuris vel iuris ministerio introductum fieret traditio bonorum donatorum,& per quã trãsferretur dominium si apud eãdem donatricem existebat & possessio in dictam donatariam.Et hec retentio si et quatenus defendi possit esse collata in tempus mortis prefate donatricis quod faciendum est per donatarium aliquid operari potuit.Ceterum si collata est post tempus mortis illa fuit inutilis.Quod autem dicit domi.aduocatus esse ridiculosum & absurdum dicere post mortem vsufructuarij debere incipere vsumfructũ,ego plane fateor qui nec hoc dixi,si prout oportet attendãtur verba mea,sed bene dixi ꝙ illa retentio vsusfructus facta in dicta donatiõe,censeri debet collata in tempus mortis vel post tempus mortis,& hoc ratione nature accessorij.Verum quatenus collata cẽsetur post tẽpus mortis, illa retentio dici posset ridiculosa & sine effectu,prout etiã post glos.dicit Ange.& alij,& quidem in multis locis

4 †ꝙ constitutio precarij collata post tempus mortis constituentis nõ valet:qꝛ collata est in tempus quo cõstituens nõ est possessurus,pro eo qꝛ mors omnia soluit.Poterat ergo allegari & dici ꝙ retentio vsusfructus collata post mortem fuit & est ridiculosa:quia sine effectu quoad cõmodũ donatarie,nõ autẽ debuit dici esse ridiculũ & absurdũ dicere post mortem vsufructuarij debere incipere vsumfructũ cũ nullus de hoc cõtenderet nec cõtẽdat.Et ne forte dicta Joanna aut alius quiuis,vel dicat vel presumat ꝙ non sine causa cõtendit de predictis dictus Guillielmꝰ borrelli.Aduertat ipsa Joanna vel dñs eius aduocatus si sine causa dictũ est prefatã Catherinã donare post mortem.Et quidem puto ꝙ non:

5 †quia vt dicit Bal.C.de cõtrahen.emptio.super rubrica.q.ix.ꝙ nedũ vnaquecꝫ clausula,sed etiã vnũquodꝙ verbũ a cõtrahentibꝰ prolatũ debet esse cũ virtute operandi si fieri potest.l.hac lege.ff.de cõtrahen.emptio.l.si stipula.in princip.ff.de vsu.quod etiam voluit Roman. consilio.lxxxiij.ad finem.Alexand.de imol.consilio.cxvij.exordiente,Viiis supra narratis.colum.penulti.in primo volumine. et tam ipse ꝙ̃ alij et scribendo et consulendo in multis locis. Cum ergo in dicta pretensa donatione scriptum extiterit ipsam Catherinam donasse post eius mortem &c.Non video quare contendamus donationem huiusmodi esse sortitam effectum

viuente ipsa Catherina & cōtra mentē illius & verba actus. Persistendo igitur in al's allegatis et deductis dicit et concludit & fieri petit dictus Guillielmus tutor prout in eis, et super hoc interloqui ac ius et iustitiam sibi fieri & ministrari.

6 † Preterea quia prefati Andreas claperij & Joanna clementie, quos idem Guillielmus petierat excludi a probando contenta in quodam libello parte eorum oblato in materia petitorij: contendunt & instant pro suspēsione petitorij huiusmodi petentes, propterea illo suspenso procedi in possessorio, dicit & respondet idem Guillielmus nō esse in hoc casu petitorium suspendēdum: quia priuilegium petitorij intentati suspensiuum concessum est in odium spoliantis. ca. pastoralis. versicu. iniquitatis inuasoris. de causa possess. & proprieta. & c. vnico. ibi. in spoliantis odium. eo. titu. quod propterea exerceri non potest nisi contra violentum, vel forte etiam contra illum possessorem cuius dolus arguitur, cuiusmodi non est hic Guillielmus tutor aut Marinus eius pupillus, nec in libello parte actorū nouissime producto intentatur interdictum vnde vi aut conditio ex c. sepe. vel alia actio in qua arguatur dolus eorūdem tutoris & pupilli aut alterius ipsorum, sed intentatur conditio ex lege: nescio qua. Nisi forte illam dixerimus. l. ex libris sabinianis. sed ibi non arguitur dolus recipientis & ignari sed tradentis, non ergo potest aut de iure debet fieri hec suspensio. Adijcio ꝙ hec causa est ppha na & in qua super petitorio fuit lis contestata anteꝙ peteretur petitorium suspendi. Non ergo est suspendendum, etiam si hic Guillielmus vel Marinus pupillus diceretur violentus aut argueretur eius dolus. Pro quo causa breuitatis allegasse sufficiat quod not. Francis. de are. in. l. naturaliter. §. nihil commune. colum. xx. vel circa. versicu. quarto adde inquantum Bart. hic dicit & c. ff. de acquiren. possessio. Possent & alia multa hic dici ad ostendendū suspensionem petitorij quam fieri petunt dicti Andreas et Joanna non esse faciendam. Sed quia cōpatior contendentibus, et signanter parti ree que pauper est ac impubes & parentum auxilio destitutus, et quia egregius vir dominus iudex loci Albanhani qui hanc causam [illegible] doctissimus est duxi ab illis supersedendum. Petit igitur idem Guillielmus prout al's petijt, scilicet procedi in petitorio, & prefatos Claperij et Joannā excludi a probando, et deinde ad vlteriora procedi dicens dictam suspēsionem non esse faciendam super quo petit interloqui. Et al's in & super premissis & c.

Cōsilium. CCCXVI.

De actione furti et iniuriarum per ingressum domus per locum non consuetum sed inhonestum, & de confessione spontanea & in vinculis facta.

Summarium.

1 Crimen apud acta spōte confessus, an statim incarcerādus & si perseueret absꝙ vlla noua interrogatione an dānandus, et an spontanea cōfessio preiudicet, etiam si nullus precesserit pcessus.
2 Carcer quedam tortura, quando dicatur.
3 Torture equiparatur qui salse edit & parum bibit.
4 Confessio in carcere facta, an sit de iure valida.
5 Confessio in vinculis facta, an possit diuidi vt pro parte impugnetur & pro parte acceptetur.
6 Fur est qui non intrat per ostium & iniuriā domino domus infert. nu. sequen.
7 Arma deferens animum maleuolū habet.
8 Viator relinques viam regiam gradiens per deuia, an faciat contra se presumptionem, & multi alij casus in quibus relinquens publicam viam peccet.
9 Iniuriarum estimatio cui incumbat.
10 Iniuriam sibi infert qui exceptionem turpem quā opposuit nō probat.
11 Vitio naturali an parcendum.
12 Adulterium crimen est lese maiestati proximū, & est furto lōge grauius. nu. 14.
13 Ratio homini ad quid seruit.

Confessione Antonij de preyssino constat et legitime apparet quod ipse Anno domini Millesimo quatercentesimo nonagesimosexto, & die dominica de Passione cum magno gladio laterali ingressus est, non quidem per portam sed per sterquilinium seu latrinas domum vulgo dictam du Peyrolier, quam inhabitabat honorabilis vir Joannes codene mercator oppidi seu castri sancti Valerij sitam in dicto oppido, & latius in processu confrontatam, ꝙꝙ in feneria domus huiusmodi se intrusit, et Symonem barberij seruitorem dicti Joannis codene inibi repertum, vel postea superuenientem vsꝙ ad sanguinem inclusiue verberauit. Ipse enī de Preyssino dictos ingressum ac locum illius & tempus confessus est Anno domini Millesimo quatercentesimo nonagesimo sexto, & die Veneris vigesima mensis Maij. Ingressum vero ac locum ingressus & verberationem dicti Symonis barberij confessus est Anno predicto & die vigesimaprima mensis Maij, prout apparet fol. xvj.

1 † His autem spontaneis confessionibus quinimo et vni, si vnica esset, standum est, vt voluit Dyn. dicens contra Francis. accur. ꝙ sponte apud acta crimen confessus, statim est carcerandus, & absꝙ vlla noua interrogatione perseuerans damnandus est ex confessione, quod etiam post Dyn. et alios plene prosequitur Salyce. in. l. si quis. C. de custo. reo. et preiudicat huiusmodi spontanea confessio, etiam si nullus precesserit processus. argumen. c. at si cleri. de iudi. quod etiam no. Innocen. in. c. qualiter et quando. le second. de accusatio. Pro quo facit. c. j. de accusatio. in sexto. ad quod ipsum ponderat Panormita. in dicto. c. at si clerici. Nec ad impugnationem confessionis seu confessionum huiusmodi refragantur vel obstant ex aduerso opposita et obiecta. Et primo quidem nō id quod opponitur, scilicet quod idem de Preyssino incarceratus extiterit non precedētibus sufficientibus indicijs, † et

2 quod propterea cum carcer sit quedam tortura, censeatur idē de Preyssino fuisse tortus non precedentibus indicijs. Tum quia non est verū, pace salua dixerim partis de hoc opponētis, quod idem de Preyssino incarceratus extiterit non precedentibus indicijs: quia immo precedebant vt hoc per primam confessionem: qua confessus extiterat se fuisse anno mense & die superius mentionatis, ingressum dictam domum & per dictas latrinas, vt patet fol. vj. Tum et quia non omnis carcer est tortura, nec tanquā tortura inficit vel debilitat confessionem debati in eo emissam. Sed solum ille carcer in quo quis multum fame & frigore affligi-

3 tur, † vel quia dātur sibi carnes salse ad comedēdum & paucus potus, per id quod voluit Bartol. in. l. j. §. diuus. ff. de questio. Panormi. in. c. fina. colum. iiij. de confessio. facit clemen. j. post principium. de hereti. Huiusmodi autem non probatur: quinimo nec proponitur fuisse ille carcer in quo positus fuit, et aliquantulum

4 detentus dictus Antonius de preyssino. † Et quod confessio facta in carcere sit de iure valida, voluit Bald. in. l. si quis in hoc genus. C. de episco. et cleri. & in. l. vnica. colum. mihi. vj. versicu. quero nunquid confessio facta in carcere. C. de confes. Iudex enī pro quo presumitur. l. ij. C. de offi. ciui. iudi. non presumitur metū inferre. vt no. Archid. in. c. si sacerdotibus. xv. q. vj.

5 † Etiam nec obstat id de quo vlterius opponitur et ad impugnationem confessionis facte per dictū de Preyssino, scilicet quod confessio per quam et in qua dicit se ad sui defensionem percussisse dictum Symonem barberij scindi aut diuidi non potuit, et quod propterea vel tota illa confessio seu responsio debuit et debet acceptari et admitti per venerabilem virum dominum procuratorem fiscalem curie sancti Valerij et dictum Joannem codene aut tota refutari. Pro quo allegatur Bald. in. l. nec codicillos. C. de codicillis. qui salua pace domini aduocati partis hoc non dicit, sed bene dicit ibi Bald. arguendo quod ille qui dicit se fecisse aliquid ad suam defensionem videatur negare, pro eo quia remouet culpā ab actu, sed ipse postea in fine subiūgit, hoc non determino sed alibi dicam. Etiā allegatur Bald. in dicta. l. vnica. C. de confes. qui tamen ibi hoc non dicit sed contrarium, vt videri potest colum. mihi. ix. versicu. decimo quero de questione quotidiana Titius accusatus & c. vbi videri potest et qui plene ibi loquitur. Allegatur insuper Bartol. in. l. cum de indebito. in principio. ff. de probatio. qui tamen hoc non dicit, sed dicit ibi Bartol. quod si aliquis neget se occidisse hominē adijciens quod si occidisse appareat, ipse hoc fecit ad suam defensionem, tunc debet audiri cum sibi incumbat onus probandi. ecce quod Bar. non loquitur in terminis nostris. Ipse etiam Bart. contrarium tenuit in. l. aurelius. §. idē quesijt. versic. quare dic latius. ibi, vnde si tu confiteris te occidisse & c. ff. de liberatio. lega. Alexand. de imol. in. l. j. §. si quis simpliciter. colum. ij. versicu. ex predictis infertur ibi. tamen quicquid docto. disputent veritas est ꝙ nihil refert. ff. de verbo. obligatio. Bald. et Joan. de imol. in. l. decem. eod. titu. Anto. de butri. in. c. ex parte decani. charta vltima. de rescrip. et Pan. in. c. auditis. de prescri. Pro quo est optim⁹ tex. in. c. cū venisset. de iudi. Cōcludit ergo in hoc articulo ꝙ per spōtaneā cōfessionem prefati Antonij sufficiēter apparuit

apparuit quod ipse anno mense et die predictis, et sic tempore quadragesimali, et die dominica ingressus est et cum armis, et per locum non consuetum et horrendum domum dicti Codene, 6 † per cuius ingressum illata est eidem Codene iniuria. l. vulgaris. §. qui furti. ff. de furtis. l. lege cornelia. in princi. et. §. domum accipere debemus. l. si iniuria. et. l. is qui domum. ꝛ quod ibi gloss. ff. de iniuriis. et non solum eidem Codene intulit iniuriam, pro eo quia domum dicte eius habitationis ingressus est, sed etiam iniuriam intulisset si duntaxat ingressus esset feneriam, postꝙ vt apparet etiam per depositionem testiũ parte eiusdē Antonij examinatorũ super decimo articulo schedule exordiētis, Tam dicēdo super meritis ꝛc. feneria hmōi est de pertinētijs dicte domus ꝛ clauditur sub illius districtu, ꝛ itur de domo ad illam ꝛ ecōtra habetur accessus ꝛ ingressus. Pro quo allegasse sufficiat id quod habetur in. l. prediis. §. balneas. ff. de lega. ij. l. arbor. §. de vestibulo. ff. cōmu. diui. ꝛ. l. olimpico. in principio. ꝛ quod ibi Bald. ꝛ Pau. de cast. ff. de seruitu. vrba. predio. Et ꝙuis idē Antonius pretēdat se esse bonũ ꝛ honestũ virum, ꝛ talem qui nō consueuit ingredi domos alienas causa malefaciendi, debet tamē cōtra eum presumi ꝙ malo aīo ingressus extiterit dictam domum. Tum quia illam ingressus est cum magno gladio, ꝛ sic cum armis aptis ad offendendũ: quia vt dicit glo. titu. de pa. tenenda. §. mercator. in vsib. feudo. 7 † Animũ maliuolũ habet qui arma defert. qđ etiam firmat Bal. post fi. sui operis super feu. in conclusionibus. Quod vel maxime vel saltē procedit secundũ Andr. de yser. ꝛ Alua. in. d. §. mercator. quando non apparet esse permissum vel datam licentiā huic qui arma portat prout in casu. Nō eñi apparet ꝙ eidem Antonio permissum esset vel data licentia deferēdi arma. Tum etiam presumitur contra eũ ꝙ maliuolo animo ingressus extiterit, ex eo quia non est ingressus per portam sed per latrinam sterquilinium: de quo quid elegantius, quid verius, quid firmius ꝛ indubitabilius allegare possumus ꝙ eum qui est ipsa veritas, qui Joā. c. x. ait. Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, ille fur est ꝛ latro. vbi dicit Nico. de lyra, ꝙ ille nō venit propter bonũ, ideo indebitũ querit ingressum. Pro quo facit. l. ij. ꝛ quod ibi Joā. de pla. C. de cursu publico. 8 † vbi per illam. l. no. idē Jo. ꝙ itinerantes non debent recedere a recta via publica ꝛ consueta, al's est presumptio contra eos. d. l. ij. qui ꝓ hoc etiam allegat. l. si quis per publicũ. eo. titu. vbi per illam. l. not. ꝙ si recedens de loco commissi maleficij, non vadit per viam rectā cōsuetam, sed per deuiā, est cōtra eũ presumptio de maleficio cōmisso. Etiam facit quod not. Joan. de pla. in. d. l. ij. ꝙ cōtra eũ est presumptio, qui ingreditur vel egreditur ciuitatē aliunde ꝙ ꝑ portā publicam ꝛ consuetam. l. fin. ff. de rerũ diui. Etiam facit quod dici solet contra volentes portare bladum, oleum, ꝛ aliud prohibitum contra statutum ad vendendum extra districtum, ꝙ si reperiantur incedere per viam nō rectam sed insuitatā, est presumptio contra eos ꝙ cōtra prohibitionē portēt. vt no. docto. in. l. penultima. C. de nauicula. lib. xj. ꝛ in. d. l. ij. de cursu publi. etiam facit ꝙ contra portātes mercantias per vias nō consuetas. no. Joan. bertachi. in suo tracta. de gabel. parte principali. col. iiij. versi. quarto decimo quero. vbi dicitur ꝙ tales dicũtur fraudare gabellas. Et aduertendũ est ꝙ non solũ offendit idē Antonius prefatũ Joannē codene propter ingressum domus dicte eius habitationis cuꝫ armis factũ, sed etiam pro eo quia dictũ Symonē eius seruitorē, ꝛ in eius' obsequio existentē offendit ꝛ vulnerauit. l. itē apud labeonem. §. si quis virginē. ff. de iniur. quod etiā voluit Joā. fab. in. §. sed si. institu. de iniu. ꝛ Saly. in. l. j. C. eo. titu. Non igitur debuit dictus de Preyssino a sibi impositis absolui sed condēnari. Nec videtur excessiue condēnatus attentis ꝛ cōsideratis multis circũstātijs. Et signanter loci ingressus ac tēporis sacri, ꝛ quia cum armis cum quibus etiā offendit dictum Symonē. Insuper ꝛ quia idem Codene iurauit, nō solũ de summa ꝛc. sed etiam de multo maiori.

9 † Et si videatur primus iudex in aliquo nō omnino iuxta lumen iuris processisse, poterit spectabilis vir dñs Vicebailliu' attentis circũstantijs de quibus dixi, taxare iniuriā ad eaꝫ summā de qua sibi iuridice videbitur, ꝛ deinde iuramētũ exigere a pfato Codene iuxta ea que not. Bart. in. l. iniuriarũ estimatio. ff. de iniu. Angel. are. in. §. pena autem. institu. eo. titu. ꝛ alij in alijs locis.

Verum ꝙuis prefatus Antonius multa deduxerit in diuersis eius schedulis pro suis pretēsis defensionibus, nulla tamen ex illis videtur sibi in aliquo suffragari, quominus debuerit condemnari tanꝙ offensor. Et primo quidem non id de quo opponit in octauo et nono articulis eius pretensi libelli appellatorij inserti fol'. lvij. scilicet quod ipse creatus extiterit ex bonis et notabilibus parentibus, ꝛ quod ipse insequendo eorum vestigia fuerit et sit honestus, et al's prout in dicto nono articulo. Quoniam respondetur quod quicquid fuerit de dictis eius parentibus vel etiam de eo in alijs, ipse tamen minus honeste: immo profecto inhonestissime ingressus est domum viri honesti et per locum inhonestum, ꝛ quod vt predixi, presumitur esse factum malo animo, et eodem modo respondetur ad ea de quibus in decimo, vndecimo, duodecimo, ꝛ decimotertio articulis. Etiam nec sibi suffragantur proposita ꝛ deducta in decimoquarto ꝛ sequentibus vsꝙ ad decimumnonum inclusiue, quatenus inibi deducitur, ꝙ non sua autoritate sed mandato honeste mulieris Dreuone vxoris dicti Codene. Tum quia istud nō probatur, non enim creditur illi Catherine. Et qꝛ vinca ꝛ sic vox eius vox nullius. l. iurisiurandi. cum suis similibus. C. de testi. quia minor. xx. annis. l. in testimonium. in fin. ff. eod. titu. Tum ꝛ quia nec ipsa Catherina nec alius quiuis deposuit quod prefata Dreuona, mandauerit ꝙ veniens ad eam ingrederetur per latrinas, ꝛ sic per locum inhonestum et inconsuetum. Nō enim est verisimile ꝙ illa voluerit sibi deferri stercora, vel alloqui hominē stercorosum.

10 † Et quia hec exceptio est turpis et sonans in malum finem, ꝛ diminutionem honoris dicte Dreuone, ipse per illius oppositionem, postꝙ eam non probauit intulit sibi iniuriam, per id quod voluit Oldrađ. consilio. cclxxxvij. exordiente, Consueuit dubitari an dicens alicui verbum contumeliosum. colum. iiij. versicu. sed quid si opponitur per modum exceptionis et nō probatur ꝛc. Salyce. in. l. si non conuicij. colum. vlti. versi. quero si turpis exceptio ꝛc. C. de iniur. et Angel. in suo tracta. crimi. super verbo, necnō ad querelam. versicu. aduerte tamen. Illud autem ridiculosum est de quo opponit in vicesimo articulo, videlicet quod vbi esset suspitio eundem Antonium intrasse causa colloquij habendi cum predicta Dreuona de actu venereo: 11 † quia vitium erat naturale, est ei parcendum, pro eo quia vt opponitur vitio naturali parcendum est. quod si ita esset deberet tolli. l. ꝙuis. quinimo omnes. ll. quas habemus in. ff. et. C. sub titu. de adulte. et. l. j. ff. de extraordina. crimi. 12 † Et si adultero parci debet, vbi est quod dicit glos. et post eam docto. C. de adulter. super rubrica: Ubi dicunt adulterium esse de maioribus criminibus post crimen lese maiestatis. Ubi est quod voluit Pet. et Cyn. in. l. si quis non [illegible] rapere. C. de episcop. ꝛ cleri. et post eam Bartol. in dicta. l. j. C. de extraordina. crimini. Ubi est quod dicit papa. in clementi. fina. §. septimo ꝙ mulieris osculum. de hereti. Si enim concederentur hominibus ea que naturaliter appetunt, iam possent homines impune committere incestus, adulteria, stupra, raptus, fornicationes, ebrietates, comedere vsꝙ ad crapulam, furari, et alia mala infinita. 13 † et in quo seruiret ratio data homini. Et quoad actus venereos dicit Apostolus. De virginibus preceptum non habeo, si non possis cōtinere, nubas in Christo, vt sciat vnusquisꝙ suũ vas possidere. Preterea etiā nec suffragantur proposita et deducta in vigesimo primo ꝛ sequentibus articulis. vsꝙ ad. xxv. scilicet quod idē Antonius non offenderit dictum Symonem barberij. Quoniam vt iam dixi, apparet de contrario per confessionem eiusdem Antonij, que vt predixi, potest scindi ꝛ diuidi. Etiam nec sibi suffragantur ea de quibus opponit in. xxvj. et. xxvij. articulis, scilicet quod ante dictum ingressum dictus Codene procurauerat habere omnes sibi propitios ad verberandum predictum Antonium. Tuꝫ quia non est credendũ illis Francisco orioleti, et Huigoneto barruelli causis apparentibus ex eorum pretensis depositionibus. Tum et quia si esset eis credendum, eorum depositiones nō obessent: quia si ille attendantur vna cum anno mense et die, quibus examinati extiterunt, plane colligetur quod illa pretēsa interpellatio siue requisitio, quam fuisse factam mentiuntur per prefatuꝫ Codene, illa fuisset facta si facta fuisset prout non, Anno domini Millesimo quatercentesimo nonagesimosexto et de mense Aprilis, et sic post dominicā de passione vt videri potest per compotũ, ꝛ sic post illum ingressum inhonestum, quod etiam illi pretensi testes aperte dicunt, cum referunt eundem Codene dixisse ꝙ prefatus de Preyssino erat malus garcifer, ꝛ ꝙ domuꝫ eius ingressus extiterat ꝛ sibi fecerat grand oultraige.

Preterea etiam nō suffragātur prefato Antonio proposita et deducta in schedula exordiente, Tam dicendo ꝛc. inserta. folio. xcj. Et primo non ea de quibus in primo et secundo vt de se patet. Non etiam ea de quibus in tertio, per ea que iam dixi, quia non est verum quod anteꝙ primo iudici constaret de aliquo delicto eiusdem de Preyssino, ipse eum incarcerari fecerit, cum per confessionem propriam sponte factā appareret sibi illum fuisse ingressum domum per latrinam anno mense et die predictis. Etiam nec eidem de Preyssino suffragantur proposita et deducta in quarto, quinto, sexto, et septimo articulis. Tũ qꝛ de illis nō apparet. s. quod mādāte vel regrēte dicta Dreuona, ipse Antoni' domũ predictā ingressus extiterit, ꝛ maxime ꝑ latrinas, ꝛ sic iterato iiuriā īfert huic Dreuone, ꝛ ꝯseq̄nter

marito.§.patitur.institu.de iniur. Etiam nec obstat dicto Codene, illa pretensa collusio de qua opponit in octauo, et sequentibus articulis vsq; ad.xvj.inclusiue. Quoniã respõdetur q illa nõ pbatur. Ille enim pretẽse persuasiones quas inibi inducit nihil ad casum. Et primo quidẽ nõ illa de qua in.ix.articulo: q illa nõ probatur. Nõ etiã illa de qua in.xij.articulo. Tũ q nõ probatur et signãter quatenus ibi dicitur hũc de Preyssino fuisse repertu in dicta feneria loquentẽ cũ prefata Dreuona, q̃uis enim testes sui sufficienter deponant q ipse inibi deprehẽsus extiterit. Et sic contra eũ, nõ tamen deponũt q tẽpore deprehẽsionis esset cũ Dreuona, et si quis deposuerit se vidisse Dreuonã, ille est vnicus et singularis et sic vox eius vox nullius.d.l.iurisiurandi.C.de testi.qui etiã non dicit q tẽpore deprehẽsionis viderit eũ cũ illa.sed q dum contenderent idẽ de Preyssino dictus Symon et magister de Cabanis, vidit illã descendentẽ per scalam qui ad illorũ contendentium tumultũ, et post deprehẽsionẽ ipsius de Preyssino potuit venire ad illum locũ ex domo vel ex curte, vt intelligeret quid hoc esset. Tũ et quia si probaretur hunc de Preyssino hominẽ iuuenẽ, et forte lasciuus et vxore carentẽ deprehensum vel repertũ cum hac muliere, forte iuuene, solũ cum sola et in feneria, istud nõ eũ exoneraret sed oneraret, nõ excusaret sed inculparet, nõ liberaret sed damnaret et

14 suspectũ de furto conuinceret de adulterio, † quod est lõge grauius, vt iam dixi, et probatur in.d.l.quamuis.C.de adulter.iuncta auf. sed nouo iure.C.de seruis fugi. Fatua est igitur et ridiculosa excusatio hmõi, et per quam idẽ de Preyssino cadit in syrtim credẽs euitare charibdim. Etiã nec sibi prodest id de quo ponit in.xiij.articulo: q hoc non probatur. Etiã non probatur cõtenta in.xiiij.articulo, nisi q ipse portabat gladiũ lateralem, et q ipse percussit dictum Symonẽ et hoc sua confessione de qua iam dixi. Contẽta in xv.et.xvj.quatenus inibi pretẽditur ipsum de Preyssino fuisse vocatũ per Dreuonã nõ probatur, et si probaretur hoc nõ excusaret eũ, non enim propterea debuisset venire ad feneriã et ingredi p latrinam, et sic ad locũ et per locũ suspectos. Quod aũt opponitur in xvij.articulo eũ nõ venisse ad feneriã causa mali aut sinistri faciendi, nõ probatur et habet contra se presumptionẽ, vt superius dixi. Quod autem dicitur in.xviij.et.xix.articulis ipsum de Preyssino non esse consuetum domos alienas causa et intentione quicq̃ mali faciendi, et quod toto tempore eius vite pacifice, quiete et honeste vixerit, est impertinens. Esto enim q ante ea nunq̃ ingressus extitisset domũ alienã causa inibi aliquid mali faciendi, vel vsq; in illum diem bene vixisset, nõ infertur quin in illo die tentauerit malefacere propter modum ingrediendi: quia cũ gladio, et locum ingressus: quia per latrinam, et ad quem accessit, quia ad feneriam vbi per vnũ ex testibus suis fuit visus iacens. Debebat enim si ex hoc capite se volebat aliquantulum excusare proponere se consuetum ingredi domos alienas per latrinas et ire ad fenerias, et nunq̃ aliquid mali inibi egisse. Quod autem opponitur in vicesimo, vicesimoprimo et vicesimosecundo articulis, etiam nõ sibi suffragatur: quia vt deponũt testes sui, feneria est de pertinentijs domus, et continetur sub districtu illius. Insuper etiam patet accessus et ingressus de feneria ad domum et econtra. Esto igitur quod in feneria non essent mercantie aut pecunie dicti Joannis codene, poterat tamen ipse de Preyssino tempore nocturno accedere ex feneria ad locum pecuniarum aut mercium. Reliqua vero de quibus in predicta schedula videntur esse impertinentia. Et si que sint que pertinentia existant illa non iustificant eius intentionem, sed potius onerant: presertim ea que dicuntur de auena hospitum. Et si qua alia existant illa sunt facillima ad soluendũ. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Cõsilium. CCCXVII.

De rebus ecclesie immobilibus sine solennitate alienatis.

Summarium.

1 Stilus notariorum in extensione abbreuiature, et cetera, obseruandus.
2 Donatarius quando vti possit eisdem exceptionibus in cessione quibus et donator.
3 Ecclesie res immobiles, an et quatenus alienande.
4 Emptor rerum ecclesiasticarum sine solennitate alienatarum, an perdat pretium et quid possit repetere.
5 Tempus immemoriale iuris resistentiam tollit, et habet vim priuilegij.

Visis duobus publicis instrumẽtis mihi exhibitis parte venerabilis et egregij viri do. Joãnis facillis canonici ecclesie Tholonẽsis, vno videlicet confessionis seu dationis ad nouũ acapitum et in emphitheosim perpetuam facte Anno dñi Millesimo. ccccl xxxvij. et die tertia mensis Januarij, probo viro Bartholomeo libor et Claudie rolete coniugibus de domo inibi mentionata. Altero vero donationis inter viuos, postea facte de domo hmõi dicto domino Joanni facillis, per prefatos Bartholomeum et Claudiã Anno domini Millesimo. ccccxcj. et die. xxij. mẽsis Maij, de omnibus iuribus actionibus et ratiõibus que et quas dicti Bartholomeus et Claudia habebãt, habere poterant et debebãt quoquomodo in et super domo predicta. Viso insuper casu exordiẽte, Factũ tale est et c. in quo nõ plene narrat negotiũ quoad summã quã fecisse dicitur Catherina goffride, nec quoad damna, interesse et expensas, et an ille sustente extiterint per ipsum do. Facillis vel per prefatos Bartholomeũ et Claudiã. Dico et respondeo q hic sunt duo que vidẽtur facere cõtra ipsum do. Joannem, ne agat vel agere possit cõtra dictũ venerabile capitulũ. Primuz q domus hmõi fuit eidem donata nõ vendita. Cui propterea nõ tenentur de euictione prefati Bartholomeus et Claudia, nisi pro illa se obligauerint vel illã promiserint.l.aristo.ff.de dona. quod nõ apparet eos fecisse per dictũ instrumentũ, nisi id cõprehensum

1 sit sub altera ex illis dictiõibus et c. abbreuiate scriptis. † pro quarũ intellectu esset recurrendũ ad extensas notarij qui notã donationis recepit, et videndũ qualiter illas dictiones et c. positas in notis donatione extendere consueuerat, per id quod no. Bar. Joã. de imol. et docto. in.l.gallus.§.idem credendũ.ff.de libe. et posthu. Panor. et Cano. in.c.cum.P.tabellio.de fide instru. et in.c.estote. de regu.iur. Et nisi cõperiatur q iuxta stilũ illius notarij altera ex illis dictionibus et c. cõsueuerit extẽdi etiã a prouisione euictiõis, nõ videtur q ipse dominus Joãnes donatarius possit agere pro euictione, etiã si essemus in casu in quo potuissent al's agere prefati Bartholomeus et Claudia pro euictione si domus ab ea euicta extitisset. Pro quo facit quod not. Dyn. et Bart. in.l.marcellus. in fi.ff.de fideiusso. et expressius Ange.are.institu.de excep. charta v.col.iij.versi.ex quo videtur et aliud valde notandum. et licet dicti Bartho. et Claudia legantur donasse omnia iura omnesq; actiones et rationes, que et quas dicti coniuges habebant, habere poterant et debebãt quoquo modo in et super dicta domo, nõ tñ ppterea videtur donasse vel cessisse personalẽ actionẽ cõpetentẽ p eui-

2 ctione cõtra capitulũ si que cõpetebat. † Nõ enim fuerũt verba huiuscemodi donationis seu cessiõis, satis pinguia. Debebat enim dici q ipsi donauerunt et cesserũt omnia iura etiã personalia, quomodocũq; eis cõpetentia pro dicta domo vel ad dictã domũ vel occasione eiusdẽ, tũc enim potuisset idem do. Joannes vti eisdez exceptionibus quibus et donator.l.si res.ff.de euictio. et quod no. Jaco.de are. Bar. et docto. cõmuniter in.l.iulianus.§.j.ff.de verb. obliga. Bar. in.l.si pro re.§.j.ff.de euictio.

3 † Secundũ quod facere videtur cõtra eundẽ do. Joannẽ, ne videlicet agere possit saltẽ contra dictũ capitulũ, est q cõcessio seu datio in emphitheosim dicte domus, videtur fuisse nulla, pro eo quia res immobiles ecclesie sunt regulariter alienari prohibite et in casibus permissis nõ debẽt alienari, nisi cũ solennitate ecclesiastica, et si aliter fiat alienatio illa est nulla. Pro quo allegasse sufficiat ea que habẽtur i.c.sine exceptione.xij.q.ij.in.c.nulli. et quod ibi per docto. de rebus eccle. non alie. et in.c.j. et quod ibi docto. eo. titu. in.vj. Non autem apparet q datio in emphitheosim dicte domus facta fuerit in altero ex casibus permissis, quos multi not. in autenti. hoc ius porrectum.C. de sacrosanc. eccle si. et in dicto.c.nulli. Non etiam apparet quod in datione huiusmodi interuenerit solennitas requisita. Preterea cum dantes et recipientes egerint contra iura, illi vidẽtur fuisse in mala fide.l.quemadmodum.C.de agricol. et censi.lib.xj. et regula qui contra iura. cuz suis similibus. de regulis iuris. in sexto.

4 † Et sic videntur ipsi Bartholomeus et Claudia perdidisse pretium.l.iubemus.la seconde.§.plane. et quod ibi per multos scribẽtes.C.de sacrosanc. eccle si. quod etiam voluit Paulus de castro in autenti. qui res. eo. titu. et Panor. in.c.causa.colum. fina. de re indica. Multas remissiones ponit domi. Felyn. in dicto.c.cum causa.colum.vj.versicu. ad illud mirabile quod emptor restituta re ecclesie et c. Et supposito q ipsi Bartholomeus et Claudia, etiã si fuissent malefidei nõ debuerint perdere pretiũ, nõ tñ potuissent illud repetere a dicto capitulo, si tamẽ illi domini canonici qui in emphitheosim dederunt et cõcesserũt dictã domũ soluendo erant.

Sed debebant pretiũ hmõi repetere ab eisdem do. canonicis qui alienauerant, per id quod voluit Saly. in d. l. iubemus. §. sane. & Pau. de cast. in auk. qui res. in fin. Ubi vero illi nõ essent soluẽdo tunc forte posset pretiũ hmõi repeti a dicto capitulo. Et ita ꝓcedit glos. in c. hoc ius porrectũ. x. q. ij. & quod voluit Cyñ. Bald. in dicta auk. qui res. & Hostiẽ. Anto. de bu. & Pet. de ancha. in c. ad audientiã. de reb. eccle. non alie. vbi etiã dicit Joã. de imol. ꝙ isto casu emptor malefidei solum repetit id quod dedit, non autẽ potest petere aliud interesse, et sic intelligit dictam auk. qui res. Et hoc est speciale in odiũ male alienãtis, vt ipse & ceteri cõpescãtur a dilapidatione bonorũ ecclesie. Et ita etiaꝫ emptores male fidei ꝙuis petere possint quod dederunt, nõ tamen interesse. l. fi. §. emptor. C. cõmu. de lega. Predicta procedũt nisi probari posset vel saltem ex coniecturis ostendi ꝙ prefati Bartholomeus & N. fuerint bone fidei quod esse potuit, per id quod voluit Bart. Bald. & aliqui moderni in dicta auk. qui res. vel nisi esset in ecclesia Tholonensi cõsuetudo tãti tẽporis cuius initij non esset memoria, per id quod voluit Cardi. flo. in cle. ij. col. iiij. versi. octauo quero. de re-

5 bus eccle. nõ alie. † quia istud tẽpus tollit resistentiã iuris & habet vim priuilegij. c. j. ad fin. de prescri. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. et esti. l. j. §. vltimo. ff. de aqua pluuia. arcen. & c. super quibusdam. §. preterea. cum suis similib. de verbo. signi. Presumitur enim ꝙ in tã longo tẽpore papa de hoc notitiã habuerit, vel propter diligentiã suã vel per viã appellationis aditus vel ex alijs varijs causis. & isto casu possent procedere ea que dicit egregiꝰ vir dominus Bertrandus duranti, saltem si pecunie data pro acapito conuersa extiterit in vtilitatem dicti capituli. Que omnia dixerim sub correctione &c.

Consilium. CCCXVIII.

De vsufructu & illius satisdatione, & de cautione iuratoria.

Summarium.

1 Usufructuarius an semper satisdatione onerandus, & qñ habeat locum iuratoria cautio & sufficiat.
2 Satisdatio an sit de substantia vsufructus. nu. seq.
3 Diffinitio fit per principia quibus res in esse producitur.
4 Tertia centesime vsure que debetur per non prestitam cautionez vsufructus per mulierem, an hodie sublata.

1 Quamuis † negari nõ possit articulũ de quo supra, habere aliqd difficultatis propter varietatẽ opinionũ docto. in iure scribentiũ que recitari solet per glos. & docto. in l. vsufructu cõstituto. C. de vsufruc. supra allega. per glo. & doct. in c. fi. de pigno. etiã supra allega. per Ange. consi. lxxxvij. exordiẽte, Sancta carmelitarũ religio fundata est sub regula mendicantiũ. col. fin. per Roma. & Fran. de are. in l. ij. ff. solu. matri. & per alios in alijs locis, mihi tamen sub correctione cuiuslibet dñi melius sentiẽtis, videtur posse dici & cõcludi prout supra cõclusum est per egregiũ virũ dominũ primo scribẽtẽ, scilicet ꝙ supra nominata domina Magdalena grandis, que vt supponitur nõ est suspecta sed fidedigna, & talis cui merito sit credendũ debuerit & debeat admitti ad iuratoriã cautionẽ, vt voluerũt Pet. Richar. malũ. Cyñ. & Bar. in d. l. vsufructu cõstituto. Anto. de butr. Flori. Jo. de imol. & Panor. in d. c. fin. de pigno. Et ꝙuis Hostiẽ. ibi dicat. super verbo, cõpellatis. opinionem Azo. recitatã in glo. fin. esse iustiorẽ, ipse tamen vult & affirmat opinionẽ pro qua supra cõclusum est esse benigniorẽ. Et subijcit posse teneri quandã mediã viã, vt videlicet dicamus eam admittendã cum iuramẽto. Sed si postea appareat ꝙ cõtra iuramentuꝫ veniat vel bona sua dissipare incipiat, cessabit priuilegiũ. arg. c. suggestũ. de deci. Et hoc dictũ Hosti. sequitur ibi Joã. and. in nouel. & Henri. boyc in prima dist. quod dictum etiam placuit Anto. de butri. & Joan. de imol. & hec opinio ꝙuis aliquid addat ad opinionẽ Pe. & sequa. illa tamen etiaꝫ facit pro dicta domina Magdalena, vt videlicet debuerit & debeat admitti ad iuratoriã cautionem. Et cum illa eidem expediri pecunia donata, si postea ceperit male vti vel dissipare &c. quod non existimo fiendum, tunc erit locus dicto Hostien. Et hanc opinionem pro qua supra conclusum est dicit Ange. in dicto consilio. lxxxvij. esse multum equã. Et pro qua allegari solent auk. cui relictum. C. de indic. vidui. tollen. et. l. cum non facile. ff. si cui plusꝙ. per legẽ falci. Preterea dicta domina Magdalena constituta est vsufructuaria, non quidẽ in vltima voluntate aut contractu, sed legis autoritate, quo casu sufficit cautio iuratoria, vt voluit Jaco. de bellovi. quem refert et sequitur Albe. in d. l. vsufructu constituto. versic. vel dic secũdum Jaco. de bellovi. &c. ibi, secundo casu. Et ad hoc dictum Jaco. de bellovi. aduertit Bald. in l. hac edictali. §. his illud. col. ij. versic. ibi solute vero. C. de secun. nup. vbi euꝫ referens dicit ꝓ in illo vsufructu de quo loquitur ille. §. & nos, hic sunt quedaꝫ specialia. & ratio specialitatis est: quia ille vsufructus constituitur legis autoritate, & mitius agitur cum lege ꝙ cum homine. l. celsus. ff. de arbi. & etiam propter reliquias precedẽtis dominij: quia mater fuit domina, & quia tractatur de pena. l. interpretatione. ff. de penis.

Predictis non obstant not. per Fran. de are. in l. ij. in prin. in vj. col. versi. sed queritur cõsequẽter. ff. solu. matri. & per domi. Jaso. in l. j. col. vj. versi. decimo limi-

2 ta. ff. qui satisda. cogan. † qui ideo videntur dicere cautionem iuratoriaꝫ non sufficere in hoc casu, sed satisdatione opus esse: quia satisdatio est de substantia vsufructus. Quia respõdeo salua reuerẽtia que debetur tãtis viris, ꝙ istud fundamentũ videtur esse cõtra id quod not. glos. in l. j. ff. de vsufru. que relata opinione Placen. dicentis satisdationẽ esse de diffinitione & substantia vsufructus illã reprehendit, & quidem bonis. ll. per quas optime probat vsumfructũ esse, etiam anteꝙ prestetur satisdatio quod nõ esset si

3 hec esset de diffinitiõe & substãtia illius: † quia cũ vt dicunt philosophi & satis intellexit dicta glo. diffinitio fuit per principia quibus res producitur in esse. Et sic res ꝓducta est posterior suis principijs: oporteret satisdationẽ ꝓcedere vsumfructũ, et sic vsumfructũ semper esse posteriorẽ saltẽ natura, qui tamẽ per dictas. ll. probatur esse prior etiã tẽpore. Ponit etiã glos. casum in quo satisdatio nunꝙ prestatur ꝑ vsufructuariũ, & tamen est vsufructus. Hũc autem casum & tres alios ponit Odoffr. in d. l. vsufructu. C. de vsufruc. Dicemus igitur satisdationẽ nõ esse de substãtia vsufructꝰ vel aliquid esse vtputa vsumfructũ in dictis casibus esse sine eius substãtia, quod est impossibile. Primũ ergo est verũ scilicet ꝙ nõ sit de substantia, quod etiam voluit Odo [illegible]. d. l. vsufructu. Nõ

4 ergo procedit dictũ pretensum fundamentũ. † Etiam nec videtur obstare. d. l. hac edictali. §. his illud. quatenus est ibi sermo de tertia cẽtesime vsure de qua prestanda vt audio aduersaria, & filia huius domi. Magdalena satisdationẽ obtulit. Qm̃ vt supra ꝑ dictũ do. primo allegantem fuit oportune responsum, illa tertia pars hodie exigi vel recipi non debet. c. quia in omnibus. cum multis similibus. de vsu. qđ etiam voluit Bartho. veroñ. in suis cautelis seu singularibus cautela. cliij. exordiẽte, Usufructuarius tenetur regulariter cauere. & do. Prepo. extra de secũ. nup. super rubrica. col. ij. versi. quod autẽ dixi. de tertia cẽtesime vsurarũ &c. quod etiã fuit satis de mẽte ipsius do. Preposi. & Panor. in c. per vestras. de dona. inter vir. & vxo. quatenus dicũt non esse credendum ꝙ sit licitum a principio pacisci vt deponens habeat decem cẽtenario vel aliam quantitatem sicut faciunt quedam vidue. Ex his igitur & alijs rationibus & motiuis supra allegatis adhereo conclusioni predicte.

Consilium. CCCXIX.

De testamento totam legitimam non cõtinente, & de donatione facta per pupillum nondum doli capacem.

Summarium.

1 Triens est legitima trium in quo non cadit grauamen.
2 Testamentũ paternũ, an possit impugnari in quo nõ est tota legitima relicta iure institutionis, & idem de materno & auito.
3 Quot testes in donatione causa mortis requirantur, & quot in donatione inter viuos.
4 Donatio facta per pupillum infantie proximum, an valeat etiã si fuerit iurata.
5 Donatio omnium bonorum presentium & futuroruꝫ, an valeat.

Viso consultationis themate mihi exhibito parte honeste iuuenis Marie fornerie neptis seu felezene honeste quondam mulieris Agathe relicte Joannis fornerij et dubijs ex casu huiusmodi elicitis. Dico et respondeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi

1 prout infra. † Et primo ad primũ: quod cum dicte Agathe superfuerint tres liberi, scilicet Claudius

& Antoni⁹ eius filij naturales & legitimi, & dicta Maria ei⁹ neptis seu felezena ex Sabrano Fornerij filio quõdã dicte Agathe prede functo: legitima horũ trium fuit triens seu tertia pars bonorũ dicte quondã Agathe equis portionibus inter eos diuidẽda. auf. de trien. & semis. §. j. colla. iij. & transumptiue in auf. nouissima. C. de inof. testa. Et itelligo ꝙ legitima huiusmodi sit tertia pars bonorum predictorum detracto prius ere alieno et funeris impẽsa que detrahi debent. l. papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffici. testamen. no. Barto. & docto. in. l. ex facto. la grande. ff. de heredi. instituen. Bald. in. l. quotiens. C. eo. titu. post Jaco. butri. in. l. si quis in suo. C. de inofficio. testa. Est igitur legitima huius Marie tertia pars trientis seu tertie partis bonorum huiusmodi. Et sic nona pars omnium bonorum in qua grauari non potuit per dictam quondam Agatham. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. & l. scimus. C. de inofficio. testamen. & auf. vt cum de appella. cogno. §. ceterum. colla. viij. & quod not. docto. in. l. si quando. §. & generaliter. C. de inofficio. testa. Bald. & Pau. de cast. in. d. l. omnimodo. & alij in alijs locis. Non tamẽ existimo testamentũ dicte quondã Agathe, ideo potuisse aut posse dici nullum: quia nõ reperitur instituta in legitima eo casu quo contenta nõ existeret de viginti florenis sibi legatis et relictis iure institutionis. Cuius illã assigno rationẽ: quia dicta testatrix primo legauit & iure institutionis reliquit dicte Marie eius nepti pro sua dote & legitima portione viginti florenos de & pro quibus voluit illam esse contẽtam: quod si non esset, voluit eam esse contentã de sua legitima in qua voluit dictos viginti florenos imputari. Et sic non fuit reuocata institutio facta in viginti florenis. Et ita dici non potest preterita eo casu quo de illis contenta non extitisset. Est autem preterita si institutio facta in viginti fuisset reuocata aut cassata in eũ casum in quem de illis contenta non fuisset, nisi postea legitima fuisset relicta iure institutionis. 2 † Illud aũt certũ est testamẽtum paternum, maternum vel auitinum non posse propterea impugnari: quia nõ est tota legitima relicta iure institutionis: quia sufficit ad validitatem testamenti huiusmodi aliquid relinquere iure institutionis, & postea agitur ad supplemẽtum. dicto auf. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoqꝫ capitulum. & quod ibi glo. super verbo, preterire.

3 † Ad secundũ & tertiuz simul dico & respondeo ꝙ licet donatio de illis non videatur posse impugnari ex defectu sufficientis & requisiti testium numeri, pro eo quia quãuis in donatione causa mortis requirãtur quinqꝫ testes. l. fi. C. de mortis cau. dona. secus tamen in donatione inter viuos in qua sufficiunt duo testes. l. vbi numerus. ff. de testi. iuncta. l. in exercẽdis. C. de fi. instru. cuiusmodi fuit donatio, quã fecisse dicit Petrus fornerij dicte Agathe eius matri, cum hoc in pretẽso instrumẽto illius expresse asseratur. Pro quo allegasse sufficiat id quod no. glo. & docto. in. l. fi. C. de pac. Cy. in. l. ij. C. de iu. do. Bar. in. l. que dotis. circa primam col. ff. solu. matri. & Alexan. consilio xiiij. exordiẽte, Circa primũ dubiũ. col. j. & seq. in primo volu. Jlla tamẽ videtur posse impugnari vel esse nulla alijs motiuis, rationibus & causis. Tum quia illa vt in casu ponitur facta est per eũ, qui nõ excesserat etatẽ decem annorũ. 4 † Et sic per pupillũ seu impuberẽ, non proximũ pubertati & doli capacem, sed per pupillũ proximũ infantie, per id quod no. glo. in. l. pupil. ff. de regu. iuris. Bart. in. l. j. col. ij. ver. venio ad ver. ff. de noua. & alij in alijs locis. Et sic nõ valuit. l. pupillus. §. pupillus. cũ suis simi. ff. de aucto. tuto. nec voluit firmari iuramẽto, scđm oẽs scribentes in auf. sacramenta puberũ. C. si aduer. vendi. quod etiã voluit Joan. de imol. in sua solẽni repetitione. c. cum contingat. in tertio princi. colũ. xxiij. ver. iuxta predicta potest queri, an si pupillus &c. de iureiurã. & Ambro. de vina. in suo tracta. iuramẽtorum. charta. xv. ver. sed nũ quid illa autẽtica habeat locum in pupillo iurãte. Tum & quia esto ꝙ idem Petrus fuisset tempore facte donationis maior decem annis cum dimidio, & sic doli capax, dũtamẽ esset pupillus & sic ipubes hoc est minor quatuordeciz annis, donatio nõ valuisset nec potuisset cõfirmari iuramẽto: vt voluit glo. in dicta auf. sacramenta puberũ. & in corpore vnde sumitur. Et idem voluerunt ibi Pet. & Cy. idem etiam videtur voluisse Bald. quod etiam secutus est Angel. in. l. si quis pro eo. circa fin. ff. de fideiusso. Et hanc opinionem dicit Ambrosi. de vina. in dicto suo tracta. & loco supra allegato valde sibi placere. Tum et quia in donatione huiusmodi non interuenit solẽnitas requisita ex dispositione statuti recolẽde memorie serenissimi do. Ludo. Frãcorum regis, editi sup donationibus inter viuos non faciendis, nisi seruata solẽnitate, de qua ibi. & hoc propter presumptum dolum. Quo fit vt supposito citra preiudicium veritatis: quod ipse Petrus fuisset pubes, et sic maior quatuordecim annis, adhuc illa videntur posse dici nulla propter omissionem solẽnitatis. 5 † Tum et quia predicta donatio fuit facta de omnibus bonis presentibus & futuris. Pro quo allegasse sufficiat id qđ voluit Bar. & doct. cõiter in. l. fi. C. de pac. Bar. Paul. de ca. Raph. cuma. & Jo. de imol. in. l. stipulatio hoc modo cõcep. ff. de verb. obli. Bart. in. l. si duobus. §. idẽ respõdit. le. j. ff. pro socio. & in. l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cer. peta. & Paul. de ca. consilio. cj. exordiente, Notãdũ est qđ prefatũ statutum &c. Quo fit vt cum postea decesserit idẽ Pet. adhuc impubes, & sic etiam intestatus, vel sine testamento: eidem succedere debuerint in bonis donatis prefata Agatha eius mater, Claudi⁹ & Antonius fornerij eius fratres & Maria neptis ex fratre predefuncto, quilibet videlicet pro quarta parte. autenf. defuncto. & in corpore vnde sumitur. C. ad tertu. & autenti. vt fra. fi. §. j. colla. viij. Et ita mihi videtur &c.

Consilium. CCCXX.

De probatione per vnum testem inualida.

Summarium.

1 Testis vnicus & singularis non probat.
2 Depositio ex qua testis reportat commodum an valeat.

Etiaz si prouidus vir Joãnes cheualerij parte Rostagni tacillis in quadam ciuili causa quaz mouit et prosequitur idem Tacillis. Contra & aduersus pbũ virũ Alziariũ frumẽti loci de Venesca plene vel al's sufficienter deposuisset de intentione dicti Rostagni tacillis, prout non creditur deberet nihilominus ipse Frumẽti ab impetitis absolui. 1 † Tum quia vnicus & singularis, & sic vox eius, vox nullius. l. iurisiurandi. C. de testi. c. tam literis. eo. titu. 2 † Tum quia idem Cheualerij deposuit in causa ex qua posset & potest reportare cõmodum, si dictus Tacillis obtineret: & incõmodũ, si in causa huiusmodi succũberet. Pro eo quia instãte eodẽ Cheualerij tanꝙ pretenso procuratore fiscali curie Malemortis, facte fuerunt vt pretẽditur extẽse, quas sibi dari et solui postulat: & requirit idem Tacillis. Non ergo est credendum dispositioni seu dicto eiusdem Cheualerij. l. nullus. ff. de testib. et l. omnibus. C. eodem titu. Tum & multis alijs rationibus, causis & motiuis al's suis loco plenius ꝓponẽdis. Et ita mihi videtur.

Cõsilium. CCCXXI.

De solutione estimationis e re non possessa male petita.

Summarium.

1 Vir vxoris fundum dotalem quo iure possideat.
2 Viuere quanto tempore in dubio quis presumatur.

Etiam si honesta mulier Thomassia vxor prouidi viri Joannis petiti loci de Carumbo oportune egisset & ageret. Contra & aduersus discretum virum magistrum Michaelem bouichij sartorem. Cui tamen ex propositis et deductis in quodam eius pretenso libello contra eum oblato, & producto: nulla videtur competijsse aut competere actio ad petita, saltem vt ageret vel agere posset eo modo, quo egit & agit. Non posset tamen aut de iure deberet eadem Thomassia iuxta per eam petita & postulata in causa obtinere. Tum quia ipsa Thomassia non probabat se vllo vnꝙ tempore insolidum possedisse vineam in dicto pretenso libello latius mentionatã, quinimmo potius apparuit & apparet etiam per depositiones testium parte eius productorum illã fuisse possessam & possideri per eam, & dictum eius virum. Quo fit, vt male petierit sibi solui estimationem omnium Racemorũ in ea excretorũ. Anno domini Millesimo quatercẽtesimo. xciiij. Nisi

1 †Nisi forte quis dixerit q qr probus vir Jacob⁹ de papia ipsius Thomassie quõdam pretensus pater pbatur vineã hmõi cum in humanis ageret tenuisse ⁊ possedisse psumi debeat dictũ Joãnẽ petiti tenuisse ⁊ possedisse ac tenere ⁊ possidere dictam vineã, non quidem iure suo, sed iure familiaritatis predicte Thomassie eius asserte vxoris.l.qui iure.ff.de acqui.pos. Sed istud nõ obstat: quia nõ est probatũ dictus quõdã de Papia habuisse aliquem titulũ in predicta vinea vel alias illã ad eum spectasse iure dñij seu quasi. Tum ⁊ quia vt apparet ex productis in hac causa nõ solum eidẽ de Papia superfuit prefata Thomassia eius asserta filia, sed etiã Henricus eius filius naturalis et legitimus. Et cuius tutor extitit dictus Joãnes petiti eius sororius, qui propterea in dubio potius censeri debet dictam vineam possedisse vt tutor ⁊ tutorio nomine dicti Hẽrici, q̃ iure familiaritatis prefate Thomassie. Nisi forte opponat qd anno predicto ⁊ tẽpore recollectionis racemorũ 2 ipse Hẽricus ab humanis decesserat. †Sed istud nõ apparet nec etiam presumitur, quinimo cõtrariũ: cũ quilibet presumat viuere vsq ad centũ annos.l.fi.C.de sacrosan.eccle.l.an vsusfructus.ff.de vsufruc.not.glo.⁊ doct.in.l.ij.§.si dubitet.ff.queadmo. testa.ape. et in.l.sed si de sua.ff. de acquiren.heredita. Tum et quia predicta Thomassia nõ iustificauit aliquã certã quantitatẽ racemorũ quã tamẽ probare tenebat: qr al's non posset nec potest certa ferri snia que tamen ferenda est in particulari iudicio.§.curare.cum suis simili.institu.de actio. Tũ ⁊ quia cum dictus magister Michael dictam vineã putauerit, foderit, ⁊ reclauderit: seu putari, fodi ⁊ reclaudi fecerit vineã huiusmodi, ⁊ al's multos sumptus p habẽdis et recolligendis fructibus Anno predicto.M.cccc xciij. sustinuerit videntibus aut saltem sciẽtibus, ⁊ ita fieri partiẽtibus prefata Thomassia, ipsa debuisset de pretensa estimatione per eandẽ petita deducere seu detrahere sumptus putatiõis, fossionis, reclausure, ⁊ alios huiusmodi.

Cõsilium.CCCXXII.

De successione ab intestato, Et de legitima agnatorum successione.

Summarium.

1 Causa intestati in dubio obtinet nisi de testamẽto doceatur.
2 Hereditas ascendentium per descendentem an transmittatur ad suam posteritatem.
3 Suus hereditatem non agnitam ad quos transmittat.

Ex propositis et deductis in libello parte prouidi viri Pochoni marcelli, Joãne ⁊ Gabriele marcelle patre ⁊ filiabus oblato ⁊ producto. Contra ⁊ aduersus Guillielmum richerij seu tutorẽ illius ⁊ depositionibus testiũ parte dictorum Pochoni, Joanne ⁊ Gabriele. Constat ⁊ legitime apparet probũ quõdã virũ Jacobũ richerij auũ paternum dicti Guillielmi tenuisse et possedisse tempore eius vite ⁊ mortis, multa ⁊ varia bona. de hoc enim deponunt multi testes super secundo articulo libelli premẽtionati. Etiam tutrix dicti Guillielmi de aliquibus confessa est respondendo interrogatorijs parte dctorum Pochoni, ⁊ filiarũ in hac causa oblatis. Apparet preterea prefatum quondam Jacobũ ab humanis decessisse superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus Joanne et Philippa richerij eiusdem Jacobi filio ⁊ filia naturalibus ⁊ legitimis. Cui propterea cum intestatus decesserit succedere debuerunt et successerunt dicti Joannes ⁊ Philippa, quilibet videlicet pro semisse seu dimidia parte.auf.de heredi.ab intest.§.j.colla.ix. et auf.in successione.C.de legi.libe. Nisi forte ex aduerso et parte dicti Guillielmi diceretur non esse probatum dictũ quõdam Ja- 1 cobum intestatum decessisse. Sed istud nõ obstat. † Quia ipe presumitur decessisse intestatus nisi probetur esse testatus: vt voluit Barto.in.l.is potest.colũ.vlti.vel circa.ff.de acquiren.heredi.vbi voluit sufficere quod quis alleget aliquem decessisse sine testamento, ⁊ quod qui vult dicere contrariũ illud probet: per not.in simili.in.l.cum de lege.ff.de proba. Quis Bart.corrupte alleget.l.cum probatio.eodem titu. Et q quis presumatur decessisse intestatus nisi probetur testatus, tenuit etiam Alexan.de imol.in dicta.l. is potest.col.fi.versicu.item inquantum Bart.hic concludit. Idem etiam voluit Alexan.de imol.et do.Jas.may.in.l.si emancipati. C.de colla. Et ita videtur ibi voluisse Philip.cor. vbi etiã relata opinione Roma.contrarium ibi tenentis dicit consuetudinẽ esse contra eã. Restat igitur quod dictus Jacobus presumi debet decessisse intestatus nisi probetur testat⁹. Apparet preterea q mortuo dicto quondam Jacobo prefati Joãnes ⁊ Philippa se gesserunt, reputarunt et nominarunt pro vniuersalibus heredib⁹ eiusdem quondã Jacobi, et bona illius tenuerunt, et ita fuit eis quesita hereditas dicti Jacobi.l. auia.C.de iu.delibe.et.l.gerit.cũ suis simili.ff.de acqui.heredi. Et vbi non probaretur prout probatum est dictam Philippam adiuisse hereditatem prefati quondã Jacobi vel ipsã illi se immiscuisse, ipa illã trãsmisisset ad dictas Joãnam, Gabrielam et Carolum marcelli eius filias ⁊ filium naturalem ⁊ legitimos. 2 †Tum quia hereditas ascendentium transmittitur per descendentes ad suam posteritatem.l.vnica.C. de his qui ante aper.tabu. 3 †Tum et quia suus hereditatem non agnitam transmittit ad quoscunq vt voluit Bartol.in.l.ventre. in quarta regula.ff.de acquiren.heredi.vbi etiam Joã.de imol.col.xvij.ver. quarta regula.quod etiam voluit Barto.⁊ docto.magis communiter in.l.si infanti.C.de iu.delibe.

Preterea etiã apparet ex propositis deductis et probatis parte dictorum Pochoni, Joanne ⁊ Gabriele quod prefata Philippa ab humanis intestata decessit superstitibus dictis Joanna, Gabriela et Carolo naturalibus et legitimis quibus ab intestato delata est eius hereditas, cuilibet videlicet pro tertia parte. dicto auf. de heredibus ab intestato.§.j.et transumptiue in dicta auten.in successione.l.j.ij.et.iij. C.ad orfi. Et cum probetur istos se gessisse pro heredibus dicte quondam Philippe, ⁊ pro talibus appareat dictas Joannam ⁊ Gabrielam que supersunt se gerere, et vt tales libellum in hac causa obtulisse, eis fuit acquisita hereditas dicte quondam Philippe.dicta.l.auia.et.l.gerit, superius allega. Apparet insuper quod post mortem dicte quondam Philippe dictus Carolus marcelli ab humanis sine liberis et intestatus decessit, superstitibus, ⁊ sibi superuiuentibus dictis Pochono eius patre, Joanna et Gabriela eius sororibus vtrinq coniunctis, qui propterea eidem successerũt, quilibet videlicet pro tertia parte.dicto auf.de heredi.ab intestato.§.consequens.colla.ix. et trãsumptiue in auf.defuncto. C.ad tertul. Probantur igitur dicti Pochonus, Joanna et Gabriela fuisse et esse heredes prefate quondam Philippe, dicte videlicet Joanna et Gabriela pro besse hoc est pro octo vncijs et pro duobus trientibus illius portionis in qua eidẽ successerat dictus quondam Carolus, et dictus Pochonus probatur esse heres dicte quondam Philippe pro tertia parte illius trientis in quo eidem successerat dictus quõdam Carolus. Et cum isti probentur fuisse heredes dictorum Caroli et Philippe, et Philippa probetur fuisse heres pro dimidia parte dicti quondam Jacobi eius patris, palam infertur eosdem Pochonum, Joãnam ⁊ Gabrielam fuisse et esse heredes dicti quondam Jacobi pro dicta dimidia.l. iij.versi.sed et si titio.et quod ibi glos.et omnes scribentes.ff.de petitio.heredi. Potuerunt igitur ipsi Pochonus, Joanna et Gabriela agere petitione hereditatis contra ipsum Guillielmũ seu eius tutorem, etiam si vnam solam rem vel paucas ex bonis dicti quondam Jacobi teneret aut possideret.l.licet minimã.ff.de petitio.heredi. Et cum probetur multa ex bonis huiusmodi tenere et possidere, ipse debet condemnari ad illarum restitutionem pro dimidia parte, et pro indiuiso vna cum fructibus per eundem Guillielmum perceptis, saltem a tempore litiscontestate.

Cõsiliũ.CCCXXIII.

De possessorio recuperande propter fundum dotalem per maritum alienatum.

Summarium.

1 Dotem constituere sponso vel sponse an referat.
2 Maritus in dubio rem dotalem qualiter possidere presumatur.
3 Vxor an possit pro re dotali quam maritus possidebat nomine illius vel vt maritus agere possessorio reintegrande si de ratihabitione non appareat.
4 Vxor durante matrimonio fundum dotalem an possideat, et illo soluto possessio sine traditione an reuertatur ad illam.
5 Possessorium recuperande quid requirat.
6 Remedium.c.reintegranda.iij.questio.j.contra quem non possit intentari.

Christi nomine inuocato. Uiso processu cause cepte et aliquandiu agitate, per et inter honestam mulierē Catherinam relictā Joānis roberti actricem ex vna parte. Et prouidū virum magistrum Claudium arrighi barbitōsorem reum ex alia, videtur salua tamen rectiori sn̄ia cuiuslibet dn̄i melius sentientis eundem Arrighi fuisse fore et esse vel ab instantia cause huius, et presenti examine, vel ab impetitis parte dicte Catherine absoluēdū. Et vt hoc plenius appareat, suppono et premitto q licet parte eiusdē Catherine fuerit propositum et deductum in tertio et quarto articulis cuiusdam pretensi libelli parte sua, cōtra et aduersus eundē Arrighi in hac causa oblati et producti: dictum et propositum extiterit, 1 † q in cōtractu matrimonij dudū cōtracti, per et inter probum quēdā virum magistrum Joannē roberti basterium ex vna parte, et dictā Catherinā ex alia, Jacobus bonini pater dicte Catherine cōstituit et assignauit eidē Catherine eius filie in dotem et noīe dotis quedā predia. Et inter ea vineam in actis cause huius latius mētionatā et expressam. Ipsa tamē Catherina nō pbauit cōstitutionē et assignationem hmōi fuisse eidē factas, sed potius probauit per publicū instrumētū in hac causa pductū dictā pretēsam cōstitutionē et assignationē esse factā dicto Joanni roberti futuro spōso aut marito prefate Catherine. 2 † Quanq̄ illa facta extiterit pro et noīe dotis ipsius Catherine inter que multū refert vt colligi potest ex his que habentur in. l. si pro te. C. de do. promis. Quo fit vt dictus Joannes roberti per cuius misteriū eadem Catherina se tenuisse et possedisse pretēdit vineā de qua i actis, presumi et censeri debeat illā potius tenuisse et possedisse vt et tanq̄ maritus et dn̄s rerū dotaliū eiusdē Catherine q̄ noīe ipsius Catherine, per id qd̄ habet in. l. quedā mulier. ff. de rei vēdi. et qd̄ not. Ang. are. in. §. sed iste. col. mihi. xiiij. versi. addas quod si nō appareat de origine traditionis. institu. de actio. Jo. Pet. ferra. in sua practi. ti. for. rei cōuē. in glo. sup verbo, pscrip. ver. tertio pricipali casu &c. 3 † Nō ergo pretextu et occasione illius pretēse possessionis Joānis roberti potuit et potest eadem Catherina petere sibi restitui possessionē dicte vinee vel als experiri possessorio reintegrande: quod pcedit siue dicamus eūdē Roberti possedisse noīe eiusdē Catherine, siue dicamus q ipē possedit vt maritus et cōiūcta persona ac dominus rerū dotaliū. Primū pbatur, per id quod not. Anto. de butri. et Panor. in. c. cū venissent. de restitu. spolia. Alex. de imol. in. l. quod meo. col. ij. ff. ac acqui. pos. et cōsi. cx. col. ij. in primo volu. qui volunt qd̄ si aliquis pone amicus meus possessionez alicuius rei nomine meo apprehenderit. Et deinde cōtingat illum spoliari aut priuari possessiōe rei huiusmodi anteq̄ ego ratā habuerim possessionis apprehēsionē mihi non cōpetit possessorium retinende. Cū igitur in casu de quo agitur nō apparuit nec appareat eandem Catherinam ante transportum seu venditionē vinee premētionate ratam habuisse apprehensionē possessionis illius factaz per dictuz Roberti, non potuit nec potest eadē Catherina agere ex hoc capite possessorio recuperande. Scd̄m pbatur per id quod habetur in. l. dotis actione. et quod ibi glo. et doc. C. solu. matri. qd̄ etiaz voluit Bal. cōsilio. ccxxiij. exordiēte, Queritur cū pactū &c. in prima parte. Et idem satis voluit Cy. in. l. assiduis. col. j. C. qui potio. in pigno. habean. Bal. in. l. in suis. ff. de libe. et posthu. in. l. j. C. de seruo pigno. da. manumis. et in. l. si mora. col. iij. versi. vnum etiam non omitto &c. ff. solu. matri. 4 † Qui oēs videntur in hoc cōuenire qd̄ durante matrimonio vxor nō possidet fundum dotalē. Et q lz moriente viro dn̄ium fundi huiusmodi ipso iure transeat vel reuertatur in vxorez, nō tamen possessio, sed opus est traditione vera aut ficta. Quāuis igitur probaretur dictum quōdā Joannem roberti tenuisse et possedisse vineam de qua in actis vt maritum et dn̄m rerum dotalium predicte Catherine, nō tamen ex hoc infertur qd̄ eadem Catherina illam possederit durante matrimonio inter eam, et dictum Joannē roberti, nisi forte spe, vt dicit Cy. in. d. l. assiduis. col. j. sed illud nō est re ipsa possidere, queadmodū nec spe saluati, saluati sunt: qd̄ eniz quis habet, cur sperat: Quod si ita est, immo q ita est non potuit nec potest eadē Catherina dici spoliata possessione dicte vinee aut ab ea cecidisse: quia spoliari possessione vel ab ea cadere quis non potest nisi possideat, quemadmodum nec potest quis cecari aut visu priuari, nisi videat: quia priuatio presupponit habitum. l. manumissiones. ff. de iusti. et iu. et. l. decem. et quod ibi doctores. ff. de verborum obligatio. 5 † Non potuit ergo dicta Catherina experiri possessorio recuperāde possessionis: quia illud requirit duo extrema, scilicet quod illo experiens als possederit, et quod possessionem perdiderit. c. consultationibus. et qd̄ ibi scribentes. de offi. dele ga. §. preterea. Per proposita et deducta parte dicti Arrighi, constat et apparet vineā de qua in actis fuisse venditam Antonio pineti per dictum Joannem roberti, ipsumq̄ Antoniū vineam huiusmodi ab ipso Roberti bona fide emisse et comparasse Anno domini. M. ccccliij. et de mense Februarij. Quodq̄ successu temporis Bertrādus et Jacobus eiusdem Antonij filij vineam huiusmodi vendiderunt: dictus videlicet Bertrandus Antonio tardiui, et prefatus Jacobus dicto magistro Arrighi. Et quod postea Anno videlicet domini millesimo. ccccxciij. et de mense Decembris, dictus Antonius tardiui partem suam vēdidit prefato Arrighi. Apparet insuper prefatos Antonium pineti patrem, Bertrandum et Jacobum eius filios, Antoniū tardiui et magistrum Arrighi vineam huiusmodi tenuisse et possedisse, et ipsum Arrighi illam tenere et possidere. 6 † Quo fit vt cum ipse Arrighi fuerit bonefidei possessor et titulum habuerit et habeat. Et quidem non ab autore vitioso, sed ab autoribus bonefidei, et res nō fuerit nec sit vitiosa, nō potuerit nec possit contra eum intentari remedium. c. reintegranda. iij. q. j. vt voluit Bartolus et Angel. in. l. rem que nobis. ff. de acquiren. possessio. et cum eis transit ibi Joan. de imo. Idem tenet Barto. in. l. si. §. sed cum in secunda. C. de fur. Nico. de mathar. et Bald. in. l. ij. C. de fur. Angelus in. l. sine autem. §. si duobus. ff. de public. Angelus in. l. si coloni. C. de agrico. et censi. libro. xj. vbi pro hoc etiam alleg. notata per Specu. titu. de petito. et posses. versi. quid si peto. Idez voluit Ang. consi. cxij. exordiente, dictus libellus. et consi. cliij. exordiente. in questione predicta vertente inter cōmune &c. Pau. de castro in. l. et ideo. §. neratius. ff. de condi. furti. et Alexan. de Imola. cōsilio. cxviij. exordiente, In causa et lite vertente inter Antonium &c. Idem voluerunt Andre. de bario. et Joan. de Pla. in dicta. l. si coloni. Alexan. de imol. consilio. xc. in quinto volu.

Cōsiliū. CCCXXIIII.

De fideicommisso pēdente cōditione extincto per mortem fideicommissarij.

Summarium.

1. Fideicōmissario pendente conditione moriente fideicōmissum siue sit vniuersale siue particulare an extinguatur quo ad personam eiusdem fideicommissarij.
2. Jus deliberandi ad eius heredem qn̄ transmittatur.

Christi nomine inuocato. Uiso casu consultationis themate mihi exhibito parte nobilis et potētis viri nobilis Guillielmi de lussano dn̄i Baronie de lussano, et dubijs ex themate huiusmodi elicitis. Dico et respōdeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi, put infra. Et primo ad primum: quod cum viuentibus et superstitibus nobilibus et generosis viris Bernardo de lussano vniuersali herede nobilis quondam viri Andree de lussano, ac Claudio in primo, et Roberto in secundo gradu eidem Bernardo substitutis, vita functus sit et ab humanis decesserit nobilis et potēs vir dominus Firminus de lussano pater huius domini Guillielmi tertio gradu substitutus, substitutio de eo facta videtur esse caduca, et qd̄ ipse dominus Guillielmus non potuerit aut possit in vim substitutiōis huiusmodi petere bona dicti nobilis Andree testatoris, 1 † quia vbi pendente cōditione fideicommissi vita fungitur et ab humanis decessit fideicommissarius, Fideicommissum huiusmodi siue illud sit vniuersale siue particulare extinguitur quo ad personam eiusdem fideicōmissarij, et non transmittitur ad eius liberos. l. vnica. §. finautem sub cōditione. C. de cadu. tollen. l. si in personam. C. de fideicommis. l. miles. §. j. l. vnū ex familia. §. rogo. in fi. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de lega. ij. l. qui plures. ff. de vulga. et pupil. et. l. quero. ff. de alimen. et ciba. lega. quod etiam voluit glo. in. l. vnica. super verbo, derelictis. ver. et idē dixerūt in questione de qua queritur. C. de his qui ante aper. tabu. et idem voluit ibi Odoffre. col. ij. versi. et idem est in alia questione. vbi etiam refert Azo. ita tenuisse cōtra antiq. Idem etiā voluerunt ibi Cy. Bart. Albe. Bal. Pau. de cast. Phili. corne. et doc. communiter, ac etiā Bald. in. l. cum ex filio. vbi etiam Joan. de imol. in fi. principij. et Alexan. de imol. in principio. col. j. versi. item not. tex. ff. de vulga. et pupil. Roma. consilio. xvij. exordiente, Uiso puncto mihi proposito. consilio. cclxvij. exordiente, Primo dici potest. col. j. et consilio. cccclxxx. exordiente, In casu proposite consultationis. col. j. Bald. in dicta. l. si in personam. et in dicta. l. vnica. §. finautem sub conditione. ver. quero, nunquid fideicōmissum &c. C. de cadu. tol. vbi etiā

vbi etiam dicit hunc. §. decidere questionem quam ponit Glo. quã nis hũc tex. nõ inducat in dicta. l. vnica. C. de his q̃ ante apert. tabu. Pro quo est bonus text. in. l. heredes mei. §. cum ita. et quod ibi Alexan. de imola col. iij. versicu. vltimo nota. ff. ad trebel. Barto. in. l. is cui. ff. de actio. ⁊ obliga. ⁊ quamuis Bald. ⁊ post eũ Philip. corne. in. d. l. vnica. C. de his qui ante apertas tab. videant voluisse ꝑdicta ꝓcedere, nisi ex aliq̃b⁹ indicijs seu cõiecturis appareret qđ testator idem sensisset de nepotib⁹ qđ de filijs. arg. l. lucius. la. ij. ff. de heredi. institu. eo videlicet casu quo ad aliquid exꝓssum sequeretur illud cogitatum. dicta. l. lucius. ⁊. l. iam hoc iure. ff. de vulga. ⁊ pupil. hoc tamen non videtur posse suffragari eidem domino Guillielmo: quia nec ipse nec dictus quondam do. Firmin⁹ eius pater fuerunt de liberis nobilis Andree testatoris, in quib⁹ tamen loquuntur Bald. ⁊ Philip. corne. in dicta. l. vnica. ⁊ Glos. in allegata. l. is cui. Preterea adijcio qđ licet in institutiõe ⁊ substitutionibus factis de prefatis nobilibus Bernardo, Claudio ⁊ Roberto mentionem fecerit dictus testator de libero ⁊ liberis masculis eorumdẽ nobilium Bernardi, Claudij ⁊ Roberti, ac etiam illum et illos: singula singulis oportune referendo instituerit, ⁊ substituerit. Tamẽ in substitutionibus factis de dicto dño Firmino de Lassano, ⁊ nobili Hugueto de Rupe nullam mentionẽ fecit de libero aut liberis masculis eorundẽ do. Firmini, ⁊ nobilis Hugueti, quãuis de libero et liberis masculis eiusdẽ Firmini mentionem fecerit, dum eum grauaret. Et hoc ad exclusionem dicti Hugueti de Rupe. Sed hoc non infert ad casum. Et sic existimo dictum domi. Guillielmũ nihil petere posse in vim substitutionis facte de dicto do. Firmino eius patre vita functo pẽdente cõditione vniuersalis fideicõmissi sibi relicti.

Si vero supponeretur in facto, ꝙ dictus dñs Guillelmus vel ex testamẽto vel ab intestato successerit dicto nobili Roberto eius patruo, tunc dicerem ꝙ in vim substitutionis de eodem nobili Roberto facte, posset ipse dominus Guillielmus tanq̃ eius heres petere fideicommissum si agni-

2 tum extitisset per eundẽ Robertum. ¶ †Si aũt agnitum non extitisset, ⁊ idem Robertus decessisset infra annum a tempore mortis dicti quondam Bernardi, ipse transiuisset ius deliberandi ad eius heredem iuxta formam. l. cum antiquioribus. C. de iur. delibe. quod etiam voluit Glo. in. l. cum filiofamilias. super verbo, retẽtarũ. ibi, sed hic forte ita tangit ⁊c. ff. de leg. j. vbi etiã. col. fi. ver. q̃ro, posito qđ sit vex ⁊c. Ang. ⁊ Jo. de imo. ĩ. l. j. §. si is q̃ quadrigẽta. ff. ad trebel. Bald. in. l. filium quem. circa. colũ. penul. C. famil. ercis. Alber. Ange. ⁊ alij multi in. d. l. cum antiquioribus. ⁊ alij in alijs locis. Verum q: non sũ informatus an iste dñs Guillielmus heres sit dicti quondam Roberti: ⁊ an ipse Robertus fideicõmissum agnouerit vel infra annum a tempore mortis dicti quondaz Bernardi ab humãis decesserit. Ego super his vel alijs dubijs ex dicto casu elicitis vlterius non insisto.

Consiliũ. CCCXXV.

☞ De duobus reis debendi quorum vnus soluit pro altero.

Summarium.

1 ☞ Debitor soluens pro se ⁊ correo debendi, vt secundus creditor an succedat in hypotheca prioris creditoris.
2 Instrumento obligatorio per creditorem alteri ex debitorib⁹ tradito an censeatur creditor cedere iuri contra alium debitorem.
3 Bona heredis an censeantur obligata pro debitis testatoris.

1 ETiam † si verum esset ꝙ Joannes iossij ⁊ Joãnes torresij ⁊ eoruz quilibet insolidum cum debitis ⁊ oportunis renuntiationib⁹, ⁊ al's vt duo rei debẽdi se obligassent Joanni matthei de lẽtio, in ⁊ ꝑ. l. florenis monete tũc currẽtis pretextu ⁊ ad causam certe quãtitatis porcoruz eisdem Jossij ⁊ Torresij venditorũ. Quõq; idẽ Jossij dictos. l. florenos dicto Matthei soluisset: ⁊ instrumẽtũ obligatoriũ eidem restitutũ, vel traditũ extitisset ꝑ prefatũ Matthei, non propterea censerentur bona dicti Torresij fuisse vel esse eidem Jossij obligata, nisi aliter appareret de obligatione bonoꝶ huiusmodi. pro quo allegasse sufficiat. l. j. C. de his que iure prio. credi. bo. succe. Alexander de imo. ⁊ domi. Jason may. in. l. labeo.

2 ff. de pact. † quaten⁹ inibi sentiunt qđ licet instrumentum obligatorium reddatur per creditorẽ alteri ex duobus debitoribus in eo obligatis, non propterea censetur creditor donare vel cedere iura contra alium debitorem. Adijcio ꝙ vbi pretendi posset bona prefati quondam Joannis torresij fuisse vel esse obligata etiaz dicto Jossij, non posset tamẽ idem Jossij agere vel experiri cum effectu contra prouidum virum Jacobum fortune, ⁊ alios, nisi idẽ Jossij probet qđ tempore facte obligationis hoc est anno predicto. M. ccccl xx. et die. x. mensis Nouembris, vel postea bona per eosdẽ fortune et alios possessa erant aut fuerant in bonis prefati quondaz Joãnis debitoris: nec probare sufficeret quod ipse Joannes debitor bona ꝑmẽtionata tp̄e obligationis teneret ⁊ possideret, aut postea tenuerit ⁊ possederit, postq̃ supponim⁹ bona hmõi fuisse ꝑ dictũ Fortune ⁊ alios acquisita, nõ quidẽ titulo gratuito, sz oneroso. Pro quo allegasse sufficiat not. ꝑ doc. ĩ. §. itẽ seruiana. ĩstitu. de actio. quod etiã voluerunt multi in. l. cũ res. C. si res alie. pigno. da. sit. Et q̃uis aliqui voluerint quod hoc non procedat quando possessor rei que obligata pretẽditur causam habuit a debitore, vt etiam voluit Bart. in. l. de rebus. C. de dona. ante nup. Hoc tamẽ non videtur obesse vel nocere dicto Jacobo fortune, qui pratum quod ipse ⁊ nepos possidere pretenduntur non emit a dicto quondam Joãne, sed ab Antonio torresij, et sic dici non potest qđ ipse presumi debeat cõfessus extitisse qđ pratum huiusmodi fuerit dicti Joannis debitoris. Quãuis forte dici posset qđ ipse presumatur fuisse tacite confessus qđ illud extiterit predicti Antonij venditoris, sed hoc nihil ad factum: quia ex hoc non infertur ꝙ illud

3 fuerit dicti Joannis debitoris. † Nec quia fuit Antonij heredis Joannis censeri deberet esse obligatum pro debitis Joãnis, per id quod not. Alexan. de imol. in. l. si heredis. ff. de leg. j. Bald. in. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habeã. ⁊ do. Jas. may. in. l. cũ alienam. col. iiij. C. de lega. Pro quo sunt boni tex. in. l. paulus respõdit. ff. de pigno. ⁊ in. l. j. ad fi. C. cõmuni. de lega. Preterea audio ꝙ post solutionem dicti pretensi debiti factam per ipsum Jossij, idẽ Jossij capi fecit de pignore, et deinde vendi ⁊ distrahi multa de bonis prefati quõdam Joannis torresij, de quorum pretio creditur eidem Jossij fuisse ad plenum satisfactuz, de quo opponi poterit in discursu cause si cõtingat eidẽ Jossij dari regressum contra possessores, quibus non nocebit sententia lata cõtra Antoniũ pretẽsum heredez pro besse seu duabus partibus dicti quondam Joãnis debitoris. Tum q: vocati non fuerunt. Tum et quia lata post mortẽ prefati Antonij. Et sic eo non vocato nec aliquo eius quondam ꝓcuratore. Et quia q̃uis peterentur due tertie partes viginti quinq; florenorum, tamen dominus iudex condemnauit in vigintiquinq;. Quo vero ad prescriptionem, et id quod queritur de certis bonis dicti quondam Joannis debitoris vel Antonij filij iure commissi occupatis per dominos directos ꝓpter censum nõ solutum, puto quod hec non iuuent ipsum Fortune vel alios. Super quibus vt pote pro nunc non necessarijs non insisto.

Cõsilium. CCCXXVI.

☞ De testamento liberorum institutionem non continente et propter testes non rogatos nullo.

Summarium.

1 ☞ Testamentum paternum an possit stare sine institutione in persona omnium liberorum si omnibus relinquatur.
2 Relinquo verbum adiectum certe rei aut quantitati, an trahatur ad institutionem.
3 Dos an sit nomen vniuersale sicut peculium aut hereditas.
4 Relictum pro dote an trahatur ad institutionem.
5 Lego verbum an trahatur ad institutionem. nu. seq.
6 Loquendi communis vsus seruandus.
7 Testamentum an requirat testes esse rogatos.
8 Testes deponentes se fuisse presentes et eulogiũ audiuisse, an presumantur rogati.
9 Hereditas quando dicatur transmissa ⁊ quando delata.
10 Hereditas paterna per filiumfamilias ad quoscũq; suos heredes an transmittatur.
11 Testatoris mens coniecturata an excludat substitutuz si superstit vnus ex liberis.
12 Testamento nullo propter nõ rogatos testes an substitutio in illo contenta valeat, Et quid in alijs casibus.

Viso quodam publi-
co instrumento sumpto ⁊ recepto per ho-
norabilem virum magistrum Joanē pro-
positi notarium habitatorez loci Urgo-
nis Anno natiuitatis dominice millesi-
mo.cccclxxxij.et die.xviij.mensis Aprilis
continente testamentum seu publicatio-
nem testamenti quod fecisse pretenditur
prouidus quondam vir Ueranus bonifacij loci de Aqueria, ⁊ in
quo dicitur ventrem Catherine eius tunc vxoris pregnantis si fi-
lium pareret vniuersalez heredem instituisse, ⁊ si filiam pareret illi
et alijs duabus filiabus iam natis, ⁊ earum cuilibet reliquisse cen
tum florenos pro dote et heredem vniuersalem eo casu instituisse
Georgium verani eius fratrez. Audito insuper ⁊ intellecto a pro-
uidis viris presentium tutoribus ꝙ mortuo dicto Uerano, dicta
Catherina eius vxor postea peperit nō filium masculum sed femi
nam. Dico et respondeo dictum pretensum testamentum fuisse ⁊
esse nullum ⁊ non probari, et in vim illius non potuisse aut posse
eundem Georgium sibi vendicare hereditatem dicti quondā Ue
1 rani nisi de alio appareret. † Cum quia ad validitatem paterni te
stamenti opus est qđ pater testans aliquid relinquat iure institu-
tionis filio ⁊ filie aut filijs et filiabus. auť. vt cū de appella. cogno.
§. aliud quoq; capitulum. colla. viij. quod etiam volunt doc. com
muniter in auť. nouissima. C. de inoffi. testa. l. inter cetera. ff. de li-
be. ⁊ posthu. in. l. his verbis. ff. de heredi. institu. et in. c. raynutius.
de testa. et in multis alijs locis. qđ non fecit dictus quondam Ue
ranus. Dicit autē vt pretenditur in dicto eius testamento. Et si
era femella, aquelle et las aultres doas q̄ y son laysse pour quascu
na cent florins de orquere. siue em̄ illud verbū, laysse, accipiať pro
verbo, relinquit, siue pro verbo, legat, nihil cēsetur ipse Ueranus
reliquisse dictis eius filiabus iure institutionis. Et primo quidē
2 non si illud verbum, laysse, accipiatur pro verbo, relinquit, † quia
verbum relinquo adiectum certe rei aut quantitati non trahitur
ad institutionem. l. co[illegible]. §. et generaliter. ff. ad trebel. et dicto auť.
vt cum de appella. cogno. §. aliud quoq; capitulum. iuncto. §. cete
rum. colla. viij. quod etiam voluit glos. Barto. Bald. et Ange. in
dicta. l. qui his verbis. in principio. ff. de heredi. institu. vbi etiam
idem voluit Joan. de imol. plene, et per multas col. ꝓsequens istū
articulum. Idem etiaz voluit ipse in. l. j. §. si ex fundo. charta. vij.
vel circa. col. iij. versi. extra glo. restat videre an sufficiat ⁊c. ff. de he-
redi. institu. vbi etiam prosequitur istū articulum per multas col.
et respondet rationibus tenentium cōtrarium. Idem voluit ipse
in. c. raynutius. col. xiij. versi. in ea glo. ⁊ multis seq. de testa. Bart.
in. l. centurio. in. iij. q. principali prope fi. ff. de vulga. et pupil. Ri-
char. malum. in sua questione incipiente, Titi⁹ natus ex patre ⁊c.
vt refert Barto. ⁊ doc. in. l. illa institutio. ff. de heredi. institu. Idē
refert Jo. de imol. in. d. l. his verbis. ⁊ Alexā. de imol. in dicta. l. co
gi. §. ⁊ generaliter. ff. ad trebel. ⁊ pro hac opinione est glo. in. c. si pa
ter. de testa. in. vj. quam etiam sequitur ibi Bal. in repeti. illius. c.
dicens hanc esse opinionem communem vltramontanorum. Et
item tenuit Joan. and. ⁊ Anto. de butri. in dicto. c. raynutius. Sa
lice. in dicta auť. nouissima. C. de inoffi. testa. in. l. fi. C. famil. ercis.
et in. l. quotiens. C. de heredi. institu. Bald. in. l. non codicilluz. ad
fi. C. de testa. et in. l. ij. C. de bono. posses. contra tabu. Barto. Alex.
de imol. et docto. communiter in dicto. §. ⁊ generaliter. vbi etiam
dicit Roma. quod ista est cōmunis opinio. Idem etiam dicit Jo.
de imol. in dicta. l. his verbis. a qua propterea non est in consulen
do vel iudicando recedēdum, per id quod not. Inno. in. c. ne inni-
taris. de constitu. Hosti. Joan. and. ⁊ docto. in. c. j. de constitu. nec
opponat aliquis ꝙ cum dicti centum floreni relicti extiterint pre
fatis filiabus de dote seu pro dote ipsarum, ⁊ cuiuslibet earūdē vi-
deatur hoc verbuz, laysse, seu relinquit, adiectum vniuersitati bo
3 norum, ⁊ nō certe quantitati, † Pro eo quia dos est nomen vni-
uersale sicut peculium et hereditas. vt not. glos. in. l. quod diciť. ff.
de impen. in re. dota. fac. ⁊ Bar. ff. solu. matri. in rubrica. et qđ pro-
pterea verbū, laysse, siue relinqt, potuerit et possit in hoc casu tāꝙ
adiectum vniuersitati trahi ad institutionē, per id quod not glos.
4 et doc. in dicta. l. his verbis. † Quoniā respōdeo ꝙ istud nō obstat
ſm Joan. de imol. in dicto. c. raynutius. col. iiij. Cum quia dubiū
est an filia possit institui in dote. Cum ⁊ quia filia debet habere ali
quid iure institutionis, nec sufficit quod alias sit aliquid sibi reli-
ctum. dicto. §. aliud quoq; capitulum. et pro hoc facit secundū eū:
quia si aliter diceremus sequeretur qđ si testator reliqueret Titio
peculium sui serui, traheretur ad institutionem, cum peculium sit
nomen vniuersale: quod tamen non videtur esse verum nec reperi
tur cautum. Nam licet peculium sit in se nomen vniuersale, non est
tamen quota bonorum testatoris, sed potius sexta pars bonorū,
ideo videtur quod non trahatur ad institutionem. l. nō amplius.
§. bonorum. ff. de lega. j. Et quod relictum pro dote non trahatur
ad institutionem, voluit Joannes de imol. in dicto. c. raynutius.
colum. iiij. et Lanfran. in repeti. c. si pater. §. octauo queritur quid
si pater in testamento reliquit filie fundum pro sua dote ⁊c. Si au-
tem dictum verbuz, laysse, positum in dicto asserto testamēto po
natur pro verbo, legat, etiam dici nō potest aliquid fuisse relictuz
5 prefatis filiabus iure institutionis, † quia licet verbum lego secun
dum antiquissima tempora traheretur ad institutionez. l. verbis
legis. ff. de verborum significationibus. tamē postea restrictū fuit
significatum per sequentem iuris prudentiam, et etiam ex cōmu-
ni vsu loquendi vt solum comprehendat legatum, et ideo non de-
6 bet trahi ad institutionem, † quia verba sunt intelligenda secun-
dum communem vsum loquendi, per id quod legitur et not. in. l.
liberorum. §. quod tamen cassius. ff. de lega. iij. et in. l. cum de lanio
nis. §. asinam. de fun. instruc. Et hanc partem tenuit Salice. in. l.
fina. C. famil. erciscun. Joannes de imol. in. d. l. his verbis. colum.
iiij. et Alexander de imol. consilio. ix. colū. antepenultima. in pri-
mo volumi. vbi multos allegat. Idem etiam voluit Joannes de
imol. in dicta. l. j. in cōmento dicti. §. si ex fundo. charta. viij. et vi-
dentur isti doctores loqui eo casu quo verbum, lego, adiectū esset
vniuersitati: multo ergo fortius procedūt predicta in casu nostro
in quo non fuit illud verbum, laysse, adiectum vniuersitati bono
rum seu quote. Ex quibus concluditur testamentum predictum
fuisse nullum.

7 † Preterea etiam fuit nulluz
et non probatur pro eo quia non apparet quod testes qui in confe
ctione illius interfuisse pretendūtur, fuerint rogati vel ad locum
vocati, quod tamen fieri oportuerat. l. heredes palam. §. penulti.
ff. de testa. auť. de testa. §. sed licet. colla. vij. et transumptiue in au-
ten. rogati. C. de testi. et. l. hac consultissima. in principio. C. de te-
8 sta. † Et ꝙuis venerabilis vir dominus Joannes herāgue presby
ter scripserit in schedula testamentaria illos fuisse presentes, nō
tamen presumitur ex hoc quod ipsi fuerint rogati: signanter cum
non appareat quod eis scientibus ⁊ volentibus fuerint descripti
pro testibus, vt plene disputat et decidit Specula. tit. de testi. §. j.
versi. quid ergo si dicitur in testa. et idem voluit Joā. de imol. in. c.
cum esses. colum. vj. ver. Et per predicta potest etiam inferri nun-
quid valeat testamentum ⁊c. de testa. Et ꝙuis etiā dicti testes de-
posuerint se fuisse presentes et audiuisse dictum quondam Uera-
num disponere et testari prout in dicta schedula, ipsi tamen non
deponunt quod fuerint rogati excepto dicto domino Joāne, qui
cum sit in hoc vnicus et singularis, nihil probat. l. iurisiurandi. cū
suis simili. C. de testi. dicti ergo testes nihil ꝓbāt. l. diuus traian⁹.
⁊ quod ibi Barto. C. de testa. mili. et Ange. are. in. §. fina. prope fi.
institu. de testa. Ex quibus concludo dictum quondam Ueranuz
decessisse intestatum. Et sic eius hereditatem fuisse delataz dictis
eius filiab⁹, scz Dulcie, Marie ⁊ alteri nate post mortē dicti quō-
dam Uerani. auť. de heredi. ab intest. §. j. colla. ix. et transumptiue
9 in auť. in successione. C. de legi. libe. † Et qꝛ postea vita functe sunt
et ab humanis decesserūt vna post aliam in pupillari etate, prefa
te Maria ⁊ alia nata post mortez superstitibus dictis Catherina
matre, ⁊ Dulcia earum sorore vtrinq; coniuncta, earuz hereditas
si illi se immiscuerant fuit eis delata. dicto auť. de heredi. ab inte-
sta. §. consequens. ⁊ transumptiue in auť. defuncto. C. ad tertu. Si
10 vero illi nō se immiscuerant, illa fuit ad eas transmissa. † Pro eo
quia paterna hereditas transmittitur per filium in ipsius pote-
state existentem ad quoscunq; suos heredes, per id quod no. docť.
in. l. potuit. ⁊ in. l. si infanti. C. de iu. deliberan. et in. l. ventre. ff. de
acquiren. heredi. verum quia dicta Catherina postea conuolauit
ad secunda vota, ipsa habere non debet nisi vsumfructū illius me-
dietatis bonorum dicti quondam Uerani que ad eam delata vel
transmissa extiterat per mortem dictarum eius filiaruz. Proprie
tas vero pertinet dicte Dulcie. auten. ex testamento. C. de secun-
dis nuptijs.

11 † Nec potest dictus Georgi⁹
aliquid petere in bonis dicti quondam Uerani in vim substitu-
tionis facte per eūdem Ueranum, quatenus in dicta schedula te-
stamentaria scriptū est. et si sas duas filhas morian sans se heretz
vol ledich Ueran las dichas verqueras veingā aldich George he
ret, pro eo qꝛ licet dicte Maria et soror vltimo nata decesserit sine
liberis eisdem tamen superfuit prefata Dulcia que ex coniectura
ta mente dicti quōdam Uerani videtur repellere dictuz Georgiū
substitutum. l. si is qui ducenta. §. si pater. ff. de re. dubi. l. cum acu-
tissimi. C. de fideicommis. et. l. generaliter. C. de institu. et substitu.
sub condi. fac. et quod voluit Barto. ⁊ doctores in. l. heredes mei.
§. cum ita. ff. ad trebel. et Joan. Pet. ferra. in sua practica. tit. for.
libel. quo agitur ex substitu. super verbo, cōpendiose. ver. amplius
queritur

queritur de quotidiana questione, ecce quod testator habēs quatuor filios ꝛc. ibi, item fallit si superest aliqua persona ꝛc. dictum testamentum vt predixi etiam fuit et est nullum, non solum ratione preteritionis, sed etiam pro eo quia testes non fuerunt rogati salq 12 tem de quo appareat. † Non ergo valet substitutio. l. si nemo. ff. de testamen. tute. l. si nemo. ff. de regul. iur. et. l. eam quam. C. de fideicommis. Et idē dico de legato relicto prefate Catherine vxori dicti Uerani, scꝫ ꝙ illud nō videt̄ posse peti per predicta. Quibus non obstat id quod habetur in aut. ex causa. C. de libe. preteri. vel exhereda. vbi dicitur quod ex causa preteritionis vel exheredationis irritum est testamentum quantum ad institutionem. Cetera nāq; firma manent. Quoniam respōdeo ꝙ ille tex. loquitur eo casu quo testamētum est nullum ex causa preteritionis, vel irritatur ex causa exheredationis, non autem quando testamētum ex alia causa est nullum: quod etiaꝫ voluit Bald. et Paul. de cast. et post eos do. Jab. may. in dicta aut. ex causa. Adijcio quod etiā supposito qḋ dictum legatum valuisset, prefata Catherina illud perdidisset nisi quo ad vsumfructum seu quasi. dicta auten. ex testamento. C. de secundis nuptijs.

Cōsiliū. CCCXXVII.

De literis gratie surreptitijs super lapsu temporis restituēdo ad appellandum impetratis.

Summarium.

1 Surreptio vitians ipso facto literas bn̄ficiales et gratiosas, an procedat in literis priuilegiorum et gratiarum principum.
2 Surreptio qualiter fiat.
3 Appellanti et impedito facto iudicis an currāt fatalia ipso iure.

1 Surreptio † vitiat ipso facto literas beneficiales et gratiosas: qḋ procedit, non solum in literis ad beneficia ecclesiastica, sed etiam in literis priuilegiorum et beneficiorum seu gratiarum principum. Primū probatur in. c. ad audiētiā. le. ij. de rescrip. in cle. j. de preben. in. c. j. ꝛ. ij. de filijs presby. de quo per Hostien. in. c. dilectus filius. le. j. de rescrip. Inno. in. c. ad aures. eodem titu. Joā. and. et communiter omnes in dicto. c. ad audientiam. multas remissiones ponit domi. Feli. in dicto. c. ad audientiam. col. xv. ver. litere beneficiales. Pro secundo facit. l. j. ff. de nata. restituen. l. et si non cognitio. et quod ibi not. C. si contra ius vel vtili. publi. quod etiam voluit Panor. in dicto. c. ad audientiam. col. ii. qui etiam refert ita ibi tenere docto. et allegat Inno. in. c. cū dilecta. de rescrip. Idem voluit Panor. in. c. quod super his. colū. j. de fide instru. dicēs generaliter quod litere gratiose ipso iure nulle per tex. ibi in. c. nouit. cū glo. fi. de his que fi. a prela. ꝛ in dicto. c. j. §. ij. de fili. presby. Pro quo multa inducit domi. Feli. in dicto. c. ad audientiā. colū. xv. Cum igitur concessio seu indulgentia sex mensium quam obtinuisse dicūtur nobilis Ludouicus, Georgius, Claudius ꝛ Alziarius fuerit ꝛ sit surreptitia ꝛ obreptitia, ꝛ subreptitie obtenta tacita videlicet veritate et expressa falsitate. Tacuit enim qḋ post pretensum lapsum fataliū de quo in eius pretēsa supplicatione egregius vir dominus iudex metropolitanus Aquensis, ex iusta causa aduersus lapsum huiusmodi restituerit nobilem et generosam mulierem dominam Margaretam de forcalquerio. Expressa est autem falsitas in eo quod dixerunt ipsam dominam Margaretā eius appellationi et omni iuri sibi competenti renuntiasse. Et qḋ nihilominus dictus iudex metropolitanus temere procedēs sententiam diffinitiuam tulit, per quam sentētiam do. officialis Uapincēsis (que in rem vt minus vere pretendunt trāsiuerat indicatam) reuocauit. Preterea expressa est falsitas in eo quod dixerūt reuerendum patrem et virum egregium dominum Petrum baudonis iudicem ꝛ commissarium cause huius habuisse et tenuisse processum spacio duorum annorum aut circa propter eius varias occupationes, et ob hoc causam huiusmodi non fuisse infra tempora seu debita fatalia terminatam et decisam, que falsa sunt, ꝛ vt 2 videtur mendosa. † Et ita videtur concessio seu indulgentia predicta fuisse obtenta per surreptionem: quia si omnē tacituꝫ quod expressum habuisset principem retardare a concessione beneficij vel gratie inducat surreptionem. c. postulasti. de rescrip. multo fortius vel saltem non minus illam inducit mendacium vel falsitas. l. et si legibus. C. si contra ius. et. c. sedes. cum suis simili. de rescrip. Non enim videtur dubitandū, quin id quod expressum est de occupatione dicti reuerendi domini iudicis multum mouerit reuerendissi. patrem dominū gubernatorem ad concedendum indulgen 3 tiam parte dictorum de Tapia obtentam. † Cum multi et quidem non contemnende autoritatis dicant et teneant quod appellanti ꝛ impedito facto iudicis nō currunt fatalia ipso iure: vel qḋ appellans ipso iure tutus existat, et qui aliter dicunt, fateantur eum debere ex hoc aduersus lapsum fataliuꝫ restitui, vt videri potest per ea que plene not. Philip. de fran. in. c. ex ratione. colum. viij. versi. circa quintum impedimentum. de appellatio. vbi etiaꝫ dominus Prepo. colum. ix. ver. quinta species impedimenti ꝛc. Et ita existimauit idem reuerēdissimus do. gubernator quod vel in nullo vel in modico lesurus erat eandem dominam Margaretam, si eidem de Tapia gratiose concederet id quod vel mero iure, vel saltem beneficio restitutionis habituri essent. Et sic verisimiliter fuit facilior ad concedendum dictam gratiam, illa igitur nō valet vtpote per surreptionem obtenta. Adijcio quod cum in literis subintelligatur clausula si preces veritate nitantur. c. ij. cum suis simili. de rescrip. non debent ipsi de Tapia gaudere beneficio dicte pretense concessionis, si preces parte eorum porrecte vere nō existant, prout vere non sunt. Ex quibus videtur quod idem dominus commissarius per suam ordinationē quam tulisse dicitur die. xj. huius mēsis Decembris, et per quam ordinauit vt omnes expense facte in causa a lapsu primi fatalis per appellantes reficiātur, et qḋ procedatur ad vlteriora iuxta actus incumbentes ꝛ cause, statim grauauerit dictaꝫ dominam Margaretam, cum per eā videatur inniti dicte pretense concessioni seu indulgētie sex mensium, et quod propterea ordinatio huiusmodi sit reuocāda. Que dixerim sub correctione cuiuslibet dn̄i melius sentientis.

Cōsiliū. CCCXXVIII.

De substitutione facta per verba directa de filio, ꝛ post eum de eius liberis, Et de quartarum detractione.

Summarium.

1 Substitutio compendiosa an comprehendat fideicommissariam post aditam hereditatem.
2 Testator dicens filiuꝫ et nepotem instituo, an cēseatur instituisse ordine successiuo vel ꝙ insimul inuitent̄, ꝛ quid si coniunctio post fuerit adiecta.
3 Instituo, facio, et ordino que verba sint.
4 Uerba dubia an potius debeant interpretari in directam ꝙ obliquam substitutionem, et quid vbi clausula codicillaris est posita, et an verba directa possint obliquari.
5 Substitutio facta in filijs filioruꝫ hoc est nepotibus quibus nihil relictum, an valeat.
6 Filius heres institutus et sub conditione vel in diem de hereditate restituēda grauatus, an detrahat duas quartas. Et quid si fideicommissum ad ecclesiam est deuenturum.
7 Trebellianica quid sit.

Uenio ad secundū super quo premitto verba institutionis, et pretense substitutionis quibus vsus est dictus quōdā dominus testator: dicit enim in omnibus autem ꝛc. facio / instituo ꝛ ordino, ac ore meo proprio nomino ego predictus Joannes martini testator de certa mei scientia mihi heredē seu heredes meū vniuersalem et insolidum, videlicet nobilem Marconum martini primogenitum naturalem et legitimum, et post eum Petrum et Joannem fratres eius filios legitimos ꝛ naturales. Ubi aduertēdum est quod verbum directum instituo, refertur tam ad Marconum ꝙ ad Petrum ꝛ Joannē. Si enim dixisset instituo Marconum, et post eum substituo Petrum et Joannem, tunc fortasse

videretur quod propter adiectionem illius verbi, post, si tamē tē poris tractum importet, censeri deberent ipsi Petrus ꝛ Joannes per substitutionem compendiosam dicto Marcono substituti, 1 † que non solum comprehendit vulgarem, sed etiam fideicommissariam post aditam hereditatē.c.raynutius.de testamē.c.si pater. eodem titu.in.vj.et quod not. per glos.et doctores.in.l. precibus. C.de impu.et alijs substitu. Et si ita fuisset videretur quod licet dictus Marcon⁹ se immiscuisset paterne hereditati, et sic expirasset vulgaris substitutio.l.post aditam.C.de impu. et alijs substi. superesset tamen fideicommissaria in vim cuius bona dicti testatoris detractis detrahendis eisdem spectassent. Sed hic non est positum verbum substituo, sed verbuz instituo, relatum tā ad Marconum ꝙ dictos Petrum et Joannem. † Preterea si non esset 2 adiecta illa dictio post, sed dictum esset heredes instituo Marconum, Petrum et Joannem, ꝙuis Marconus, ꝛ dicti eius filij viderentur simul inuitati propter dictionez copulatiuam, et, ipsi tamen nō simul, sed primo dictus Marconus, ꝛ eo de medio subtracto ante mortem prefati testatoris ipsi Petrus ꝛ Joānes fuissent reuera inuitati, ꝛ sic ordine successiuo, per id quod voluit glo. in dicta.l. gallus.§.j.super verbo, non exprimat. versic. quid autē. si filiū et nepotem natum institui. quam sequitur Dy. dicens non esse alibi. Idem etiam tenet Andr.de pisis. vide Jas. in dicto.§.j. col.iiij.versi.quinta conclusio. Barto. Bald. Ange. Nico. de neapo. Paulus de castro.et Alexan.de imol.in dicto.§.j.et per text. illius secundum quintum et secundum exemplum: quia sic viderētur dicti Petrus et Joannes instituti ex necessitate causatiua, scilicet ne testamentum dicti domini testatoris destitueretur si contingeret Marconum predecedere viuo eodem testatore, ꝛ superstitibus eisdem Petro ꝛ Joāne, qui alias reperissent se preteritos. dicta.l.posthumorum.et censendi essent ipsi Petrus et Joannes solum inuitati per vulgarem substitutionem vt sentit glo. in dicta l.gallus.§.j.super verbo, non exprimat. Et idem etiam sentit ibi Bartolus sequens glos. ſm Paulum de castro in dicto.§.j.colū. iij.ibi, nō tamen declarat qualiter. vbi etiam hoc expressius tenet Paulus de castro in casu nostro, hoc est in institutione facta de filio et nepote seu nepotibus ex illo vt in casu. Idē etiam voluit ibi Alexander de imol.colum.v.ver.sed iuxta hoc dubitat hic Pau. de castro an in casibus ꝛc.et idem voluit Alexander de imol.consilio.xxiiij. exordiente, Attentis his que in themate narrantur ꝛc. colum.iij.versi.ideo puto tutius posse responderi quod per dictā institutionem factam de Antonio ꝛc. in tertio volumine. vbi etiā refert idem voluisse Rapha.cuma. Et cum per aditionem seu immixtionem paterne hereditatis factam dictum Marconum expirauerit vulgaris substitutio. dicta.l.post aditam.C.de impube. et alijs substitu. nihil potuissent dicti Petrus et Joānes sibi vendicare in vim substitutionis de eis facte. quod etiam expresse volunt Paulus de castro et Alexander de imol. in locis proxime allegatis. Oritur ergo dubium de quo queritur vel ex eo quia dictus testator dūtaxat vsus est verbo directo īstituo, vel ex eo quia posuit illam dictionem, post. Verū ꝙuis prima facie putauerim dictos Petrum et Joannem debere censeri inuitatos, non soluz vulgariter, sed etiam per fideicommissum, et signanter propter illam dictionem post, pro nunc tamen existimo sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod dicti Petrus et Joannes solum inuitati extiterint vulgariter, non autem etiam per fideicommissum: et quod prefatus dominus testator vtpote vir peritissimus et cuius doctrinam omnes nouerūt, posuerit illam dictionem post, ad tollendum illam difficultatem de qua disputat glos. in dicta.l.gallus.§.j.super verbo, exprimat. versi. quid autem si filium et nepotem natum institui. vbi licet voluerit glo. vt prediꝗi, et post eam doctores magis communiter quod pater et nepos copulatiue instituti censeantur nō simul, sed ordine successiuo, primo videlicet filius si viuat tempore mortis testatoris et secūdo nepos, scilicet si filius non viuat inuitati. Quidā tamē vt refert glo. vbi supra. versi. sed quidam dicunt dicto casu ꝛc. voluerunt qḋ isto casu pater et nepos censerentur simul inuitati, ꝛ quod etiam viuo filio, et cum eo posset nepos ex eo esse heres. quam opinionem sequutus est Jacobus de are. illam etiā sequitur Joannes de imol. vir profecto non contemnēde autoritatis, et qui pro ea multa inducit que non dubito fuisse visa et cognita per dictum dominum testatorem, quem propterea puto posuisse in dicta eius testamentaria dispositione illam dictionem post, vt clare pateret de eius mente, et non remaneret illa difficultas, an videlicet possent dicti Petrus et Joānes succedere cum Marcono eorum patre eodem ꝗ filio testatoris, sed pateret eum voluisse quod isti succederent ordine successiuo, hoc est primo filius si superuiueret tempore mortis ꝛc. et si non superuiueret dicti nepotes. Ubi autez idem dominus testator instituisset dictum nobilem Marconum ꝛ Petrum et Joannem et eo nepotes substituisset, dicendo videlicet Marconum heredem instituo, ꝛ Petrum ꝛ Joannem substituo, tunc opus non fuisset pro tollenda dicta difficultate adijcere illā dictionem post, quia sine illa satis apparuisset eum noluisse vocare simul filium et nepotes.l.iij.et.l.quandiu.ff.de acquirenda hereditate. Et sic supposito citra preiudicium veritatis quod ꝙuis si dictus dominus testator heredem instituisset ipsum nobilē Marconum, et post ipsum substituisset Petrum et Joannē nepotes, censendi essent ipsi nepotes non solum vulgariter, sed etiam per fideicommissum substituti, non sic tamen censeri debeant in hoc casu in quo suffuit alia ratio vel occasio ponendi illam dictionez post, ꝙ in dicto casu. Preterea si verba dubia interpretentur vt cōprehendant directam, nō autem obliquam substitutionem vt voluit glo. magna in.l. verbis ciuilib⁹.ff. de vulgari et pupilla. multo fortius vel saltem non minus in casu nostro. † In quo vt dixi te- 3 stator vsus est verbis directis, scilicet verbo, instituo: quod certuz est esse directum: quia talis modus significandi datus est sibi a iure, vt in titulo de heredi.institu. secundum Bartolum qui hoc voluit in.l.centurio.colum. vltima. versicu. nono queritur. ff. de vulgar. et pupilla. Baldus in.l.fina.ad finem.C. de sacrosanct. eccle. Joannes de imol.in.l.j.in principio.ff.de vulgar. ꝛ pupilla. quod etiam secundum Baldum in.c.si pater.de testamen.in.vj. ibi satis probatur. Et non solum vsus est dicto verbo instituo, sed etiam verbis, facio ꝛ ordino heredē seu heredes ꝛc. que etiā sunt verba directa, per id quod voluit Bartolus in dicta.l. centurio. columna penultima. versicu. et primo videamus. glos. in.l. precibus. C. de impube. et alij substi. quatenus voluit quod verbuz, heres esto, est verbum directum. glos. in dicta.l. verbis ciuilibus. glos. et Joannes and. in dicto.c.si pater. quatenus volūt quod verbuz heres sit, est verbum directum, videtur ergo substitutio facta de prefatis Petro et Joanne debere interpretari, dūtaxat directa, nō etiam 4 obliqua seu fideicommissaria. † Eo presertim quia cum substitutio per dicta verba facta tenuerit iure directo, et effectum iure illo sortiri potuerit, si videlicet idem quondam Marconus ab humanis decessisset viuente testatore: non debent illa verba obliquari, per id quod habetur in dicta.l. verbis ciuilibus. et quod ibi glos. et doctores. Nisi forte opponatur de clausula codicillari posita in testamento per quam attenta illius conceptione videntur potuisse obliquari verba directa, per id quod not. Baldus, et post eum Angelus et alij in dicta.l. verbis ciuilibus. Paulus de castro in.l. si frater tuus. C. de fideicommis. et alij in alijs locis. Sed istud videtur procedere et tūc obstare si dictus dominus testator dixisset, instituo heredem seu heredes Marconū, ꝛ post eum quandocunꝗ decesserit Petrum et Joannem: tunc enim magis appareret de mente predicti domini testatoris, scilicet quod voluerit dictos nepotes succedere post mortem filij, etiam si ille superuixisset eidem domino testatori. Sed hoc non dixit nec aliquid equipollēs, per quod satis appareat de hac mente, sed solum dixit instituo heredem seu heredes Marconum, et post eum Petrum et Joannē. Forte vero opponetur de eo quod voluit Joannes de ana. consilio.xxxvij.exordiente, Uiso puncto et alijs videndis ꝛc. vbi dicit quod institutio facta de filio, et post eum de eius liberis, interpretatur substitutio fideicommissaria. Sed istud non obstat: quia vt fatetur, ꝛ presupponit Joannes de ana. in dicto cōsilio, testator sibi specialiter prouiderat ne testamentum rumperetur si contingeret nepotem nasci ex filio, et ipsum filium viuente patre ab humanis decedere, ideo non erat opus intelligere illa verba, et post eum in casu consilij Galli, et Joannis de ana. quod ad hoc vt illa verba, ꝛ eius liberos, aliquid operarentur vt fieri debet.l. si quando. ff. de lega.j. et.c. si papa. de priuile. in.vj. satis videtur ꝙ inducant substitutionem fideicommissariam, et quod non est absonum dicere quod verbum instituit, quo ad nepotes exponatur id est substituit. Sed in casu nostro non fuit prouisum aduersus rupturam testamenti que fieri poterat moriente Marcono superstite testatore patre. dicta.l. posthumorum.ff.de iniust.rup. et irri. testa. nisi per verba de quibus supra. Hoc est que instituit heredem seu heredes filium, ꝛ post eum nepotes. Et sic verba Joan. de ana. videntur potius facere pro hac parte ꝙ contra eam. Respōdendo igitur ad dictum quesitum dico sub correctione vt prediꝗi ꝙuis non sit sine dubio qḋ cū dicti Petrus et Joannes solum substituti extiterint vulgariter et substitutio huiusmodi expirauerit per immixtionem paterne hereditatis, dicti Petrus et Joannes nihil sibi vendicare valuerunt in vim substitutionis: et quod moriente Marcono patre, sibi ab intestato successerunt in omnibus bonis equalibus portionib⁹, quilibet videlicet pro triente prefati Petrus, Joannes ꝛ Bartholomeus. autenti. de heredi. ab intesta.§. j. collatio.ix. et transumptiue in autenti. in successione. C. de legi. libe.

Ad tertiū

5 †Ad tertium dico et respondeo q sequendo id qd predixi super pcedenti quesito, scz q in vim substitutionis facte de dictis Petro et Joanne, illi nihil sibi vendicare potuerunt, sed eidem Marcono cu Bartholomeo ab intestato successerut, substitutio facta de superstite primo decedēti ex dictis Petro et Joanne nō videretur habuisse vel habere effectū, p eo quia sic nihil habuissent ipsi Petrus et Joannes ex dispositione aui, sed magis a fortuna per quā patri ab intestato successerunt. per id qd not. Bar. in. l. si sic. ff. de lega. ij. et docto. magis cōmuniter in dicta. l. centurio. et aliqui in. l. ab eo. C. de fideicōmis. in illa questione qua querūt: quid si pater instituerit filiuz, et si filius sine liberis decederet vel ipi liberi sine liberis, an substitutio hmōi valeat in filijs filiorum, hoc est in nepotibus quibus nihil relictū extitit. Et sic pfati nobiles Joannes et Bartholomeus eidez Petro tanq̄ primiores ab intestato successissent in omnibus ei⁹ bonis, quilibet vcz pro semisse. auten. de functo. et in corpore vnde sumitur. C. ad tertul.

6 †Illud autē certum est q vbi supponeremus vel dici posset substitutionem factam de prefatis Petro et Joanne fuisse fideicōmissariam seu valere potuisse etiaz in vim fideicōmissi, qr tamen dictus nobilis Marconus mortu⁹ est post pupillarem etatem, potuisset ipse seu ex persona sua eius heredes detrahere legitimam in qua per patrem grauare non potuit. l. omnimodo. et. l. qm̄ in prioribus. C. de inoffi. testa. que cum tempore mortis et decessus dicti do. testatoris eidem superfuerint quatuor filij et vna filia, fuit et est decima pars bonorum eiusdem do. testatoris. auf. de trien. et semis. §. j. colla. iij. et transumptiue in auf. nouissima. C. de inoffi. testa. Potuisset etiam detrahere quartam trebellianicam. per id qd not. glo. Bar. et docto. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test. glo. et Bar. in. l. q̄q̄. C. ad leg. fal. Bal. in. l. filium quem. C. fami. ercifcun. Joan. de Jmol. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. et pupilla. quatenus not. q fili⁹ heres institutus et sub conditione vel in diem de restituenda hereditate grauatus detrahit duas quartas. Pro quo multas remissiones ponit do. Jason may. in auf. res que. col. iij. C. cōi. de legaf. et sunt boni text. in. c. raynutius. et. c. raynaldus. de testa. Cui non obstat quod no. Roma. et post eum Alexan. de Jmol. in. l. marcellus. ff. ad trebel. Roma. in auf. similiter. C. ad legem fal. Pau. de ca. in. l. cū dotem. in lectura paduana. et cōsilio. ccxxxvj. exordiente, Dubitatio vertitur de bonis dicti quondam Francisci. colū. penulti. quatenus volunt q heres grauatus de restituendo hereditatē nō potest detrahere quartam trebellianicam aduersus substitutum, si ille substitutus grauatus extiterit de restituendo ecclesie aut alteri pie cause, prout in casu. Quoniam respondeo q licet hec pcedere possint eo casu quo certum est fideicōmissum deuenturum ad ecclesiam vel aliam piam causaz, secus tamen videtur eo casu quo istud non est certum, put in casu in quo licet quedam ecclesie in dicto testamento mentionate legantur substitute, quia tamen ille facte sunt post multas substitutiones: non est certum q substitutio facta de ecclesia huiusmodi sibi locuz vendicet. Et ita non deberent heredes dicti nobilis Marconi interim impediri quominus detraherēt dictam quartam trebellianicam. per id quod voluit Roma. consilio. ccvj. exordiēte, Licet de communi conclusione ꝛc. qui etiam ibi allegat Bal. in. l. auia. §. titio. ff. de condi. et demonstra. Et idem voluit Alexan. de Jmol. in dicta. l. cum dotem. pro quo allegat Alexan. in argumentum. l. in lege falcidia nō habetur. ff. ad legē fal. iuncta. l. j. in principio. ff. vt lega. nomi. cauea.

7 Hec autem quarta trebellianica est quarta pars residui, hoc est ei⁹ quod remansurum erat, prius detracta legitima de illis bonis in quibus fuit idem Marconus heres institutus. iuxta theoricam quam ponit glo. in dicto. c. raynaldus. super verbo, licet ipsas. et Joan. de Jmol. in dicta. l. coheredi. §. cum filie. Et de his duabus quartis potuisset dictus Marconus testari, etiam supposito qd superius presupposui. dicto. c. raynaldus. quod cum non fecerit, eidem in illis successissent quilibet pro triente dicti nobiles Petrus/ Joannes/ et Bartholomeus. auten. de heredi. ab intesta. §. j. colla. ix. et transumptiue in dicta auten. in successione. C. de legi. libe. Preterea etiam supposito quod presupposui cum idez Petrus postea ab humanis intestatus et sine liberis decesserit eidem successissent, quilibet videlicet pro semisse dicti Joannes et Bartholomeus, in eo quod habuerat de dictis duabus quartis et in alijs bonis per eundem quondam Petrum aliunde habitis q̄ iure fideicommissi seu substitutionis superius mentionate. dicto auten. de heredi. ab intesta. §. reliquum. Ex quibus patet quid et q̄tum posset supponendo vt supra petere idem nobilis Bartholomeus in bonis dictorum quondam domini Joannis et nobilium Marconi et Petri aui patris et fratris eiusdem Bartholomei. Et ita mihi videtur ꝛc.

Consiliū. CCCXXIX.

De seruitutibus furnorum, et de illorum edificatione p communitatem ciuitatis.

Summarium.

1. Cōmunitas alicuius ciuitatis an possit furnos cōdere etiaz si ab antiquissimis tēporibus solita sit coquere in furno cuiusdaz priuati, et quando. nu. seq. et. 5. 6.
2. Edificare vsq ad celum quibus non denegatum.
3. Prescriptio aduersus cōmunitatem quando incipiat currere.
4. Possessio in negatiua seruitute quando acquiratur.
6. Seruitus an cadat in libero homine, et eius quasi possessio et obligatio personalis per prescriptionem an inducatur.
7. Seruitutem furnorum aut molendinorum non edificandorū qui habeant.
8. Glo. et docto. qualiter intelligendi.
9. Pactum pro quo videatur esse appositum.
10. Scriptum nunq̄ videtur qui facit cōtra rescriptum.
11. Actio propter communitatem vexatam quibus concedatur.

Christi nomine inuocato. Viso consultationis themate mihi exhibito parte venerabilis vniuersitatis oppidi seu castri Salonis et dubijs ex themate huiusmodi elicitis, dico et respondeo ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum: pro cuius faciliori solutione premitto, 1 † q q̄uis aliquis ab antiquissimis temporibus et citra habuerit furnos in aliqua ciuitate/ oppido/ seu castro, ad quos pro eorum panibus decoquēdis etiam ab antiquissimis temporibus accesserunt vniuersitas et homines ciuitatis/ oppidi/ seu castri huiusmodi. Potest nihilominus vniuersitas aut aliquis ex hominibus, vel etiam plures facere furnos, et in illis tam suos q̄ aliorum hominum panes decoquere, et emolumentum quod inde percipitur recipere si aliud nō refragetur vel obstet vniuersitati vel alijs hominibus.

2 †Cuius dicti illa assignatur ratio, quia cuiq licitum est edificare in suo, etiam vsq ad celum: et dato q vel alieno vel alteri noceat, dūtamen principaliter non faciat vt alteri noceat, sed vt sibi prosit. l. fluminum. §. fina. cum duabus. ll. sequen. ff. de damno infecto. l. si in meo. ff. de aqua pluuia. arcen. l. fina. et qd ibi Ange. ff. de vsuca. l. altius. et. l. et si in edib⁹. C. de seruitu. et aqua. l. fi. ff. de seruitu. l. fi. §. penul. ff. qd vi aut clā. et. c. significāte. et qd ibi Hostiē. Joannes and. in nouella. Panormitanus et docto. de appellaf. et Bartholo. vero. in suo tracta. de seruitu. sub rubrica. de furno. et Pe. Jaco. in suis libellis sub rubrica. libellus super furno. Et hoc procedit nisi ille qui ab antiquissimis temporibus et citra habuit furnos, probet sibi deberi hanc seruitutem, scilicet q nullus alius possit ibi habere furnos, seu q omnes teneantur et debeant eorū panes in suo furno decoquere ex pacto habito cum predecessoribus: vel quia al's cum vniuersitas vel alij homines vellent facere furnos fuit eis inhibitum per illum qui furnos habet, aut eius predecessores: et ipsi inhibiti acquieuerint inhibitioni, et postea completa est prescriptio. Quo casu vt dicunt Hostienß. et Joan. andreas in dicto capitu. significante. de appella. intelligi potest. l. et in prouinciali. et. l. si manifeste. C. de seruitu. et aqua. ar. l. j. C. que sit longa consuetudo. 3 † Non autem inchoatur nec currit prescriptio huiusmodi, nisi a tempore quo ipsi voluissent edificare alios furnos, et propter sibi factam prohibitionem destitissent, vt not. glo. et doctores in. l. qui luminibus. ff. de seruitu. vrba. predi. et in. l. j. C. de seruitu. et aqua. not. Baldus in. l. item lapilli. versicu. tertio quero. ff. de re. diui. et Bartho. vero. in dicta rubrica. Jdē etiā not. cano. in dicto capitu. significante. Facit quod not. Baldus in. §. prediorum. versicu. deinde quero quomodo quis ꝛc. instituf. de seruitu. et in dicta. l. j. columna secunda. versicu. tertio opponitur. C. de seruituf. et aqua. vbi referens Pef. dicit q seruitutum quedam sunt affirmatiue, vt aque seruitus, aque ducende, Jter/ actus/ et similes: quedam sunt negatiue, vt seruitus, ne altius edifices. 4 † Et in negatiua seruitute dicit non acquiri possessionem, nisi vicinus volens vti libertate fuerit prohibitus ne vteretur, et

ipse prohibitus huic prohibitioni obtemperauerit. Ex hoc enim tempore prescribere incipit seruitutem, non ante. dicta. l. j. C. de seruitu. et aqua. et. l. ij. ff. quemadmo. seruitu. amittan. et quod ponit Pe. Jaco. in suis libel. sub dicta rubrica. libel. super furno. versi. sed dico ꝙ si in dicto castro non fuit aliquis furnus nisi furnus &c.

5 † Esto igitur ꝙ vnus solus habuisset furnos in ciuitate/ oppido/ seu loco ab antiquissimis tēporibus et citra. Non tamen posset vniuersitas vel alij impediri quominus facerēt ibi furnos, nisi alteruz ex predictis duobus, hoc est vel pactum vel inhibitio cui paritum extitisset et postea cucurrisset tēpus sufficiens ad prescriptionem. Dico etiam ꝙ esto ꝙ homines ciuitatis/ oppidi/ seu loci huiusmodi ab antiquissimis tēporibus panes et citra, panes suos decoxissent in dictis furnis, possent nihilominꝰ nūc accedere ad alios furnos ꝓ decoquendis eoꝝ panibus, vt post Petrū voluit Bal. in dicta. l. j. col. ij. ver. et ex predictis infert Pe. &c. Talis enim accessus fuit per modū cuiusdam facultatis, et cuius ꝑtextu pretēdere non potest ille qui solus furnos habuit se adeptū quasi

6 possessionem alicuius iuris. † Et quia etiaz seruitus non cadit in libero homine nec eiꝰ quasi possessio nec obligatio personalis inducitur per ꝑscriptionē. l. obligationū fere. §. placet. ff. de actio. et obliga. hec Bal. vbi supra. Idē no. do. Ambro. de vina. in repet. l. de quibus. ver. idem dico si omnes de populo veniant ad molendinum tuū. ff. de legi. Pro quo allegat. l. viam publi. ff. de via publi. Cum enī dictus accessus factus fuerit per modū cuiusdam facultatis, nō potest dici prescriptum. dicta. l. viam publicā. Et hec intelligo nisi vt superius dixi esset pactum initum cū isto qui solus habuit furnos, aut cum suis predecessoribus de non coquendo panes nisi in suis furnis, vel nisi cuz al's voluissent alibi panes coquere fuisset eis inhibituz vniuersitati aut maiori parti, et ipi paruissent illi inhibitioni, ⁊ postea cucurrisset tempus sufficiens ad prescriptionem. Et dixi notanter nisi fuisset facta ꝓhibitio vniuersitati vel maiori parti, quia non suffecisset nec sufficeret inhibitionem huiusmodi esse factam minori parti hominum vel aliquibus particularibus, vt etiam voluit Pet. Jaco. in loco superius allegato.

His premissis respondeo ad quesitū ꝙ licet in dicto oppido seu castro Salonis nullus habuerit furnos preter reuerendissimū in Christo patrem dnm̄ modernum Arelatensem archiepm̄ et dños predecessores eiusdem dños ipsius castri Salonis, et etiaz ꝙuis vniuersitas ⁊ homines eiusdē loci ab antiquissimis tēporibus et citra eorum panes decoxerint in dictis furnis, ipsi nihilominus possunt facere alios furnos et coquere in illis, nisi quatenus ipse do. archiepūs doceret de pacto al's inito, vel cū eo vel cum aliquo ex dñis suis predecessoribus vel de inhibitione facta de nō faciendo furnos, aut de non coquendo

7 in alijs furnis cuiarituz extitisset per iura predicta. † Sed forte opponet idem reuerendissimus do. archiepūs de eo qđ not. Hosti. et sequitur Joan. an. in dicto. c. significante. de appella. vbi not. ꝙ licet ille qui longo tēpore vsus est furnis aut molendinis aliū volētem de nouo edificare furnum vel molendinuz ꝓhibere nō possit, nisi ꝓbet hanc seruitutem sibi deberi ex pacto cum ꝓdecessoribus habito, vel quia al's volens edificare fuit ꝓhibitus, et ille acquieuit ꝓhibitioni: hoc tamen fallit in dño ville qui hanc seruitutem sibi deberi asserit: de quo sentire videntur Hostiē. et Joan. and. ꝙ ipse possit ꝓhibere etiam si non ꝓbet ex pacto vel ex prescriptione sibi deberi seruitutem. ꝓ quo allegauit. c. quo iure. di. viij. quod si ita est, videtur ꝙ dictus reuerendissimus dñs ꝓhibere valeat ne in dicto loco Salonis fiant furni, etiaz si non ꝓbet sibi deberi seruitutem. Sed puto ꝙ hoc non obstet, quia cum text. ꝑ Hostien. ⁊ Joā. an. allegatus loquatur non in omni dño alicuius castri seu ville, sed in principe: ipsi debent intelligi loqui de dño ville eodēqꝫ

8 principe non de alio inferiore, † quia glo. ⁊ docto. intelligēdi sunt ꝑm iura que allegant, vt voluit Barto. in. l. nō solum. §. liberationis. ff. de libe. lega. et post multos alios docto. Alexan. de Jmol. in. l. si constante. col. x. ver. tertio respondent ꝙ glos. illa &c. ff. solu. matri. Idem voluit Alexan. de Jmol. in. l. si prius. col. xj. versic. in eadem glo. ibi, eo ipso &c. ff. de ope. no. nuntia. et consilio. cxxxviij. exordiente, Oportune cōsideratis his &c. col. xij. ver. nō obstat qđ no. Dy. &c. Cū igitur ipse reuerendissimus dñs archiepus non sit princeps vel dñs supremus dicti oppidi, nō videtur in eo habere locū: id quod dicunt Hostien. ⁊ Joā. an. vbi supra. Pro quo facit quod not. Hostien. Joan. and. Panor. ⁊ Benedic. in. c. nimis. de iureiuran. Ex quoꝝ dictis illud colligitur ꝙ dñi terrarum nō habent fundatam eoꝝ intentionem super singularibus rebus ⁊ possessionibus terrarum huiusmodi, nisi aliud probetur. Quo vero ad iurisditionem fateor ꝙ res temporales subsunt dominis locorum et sub eorum iurisditione censentur. l. incola. ff. ad municipa. l. forma. §. si vites. cum suis simili. ff. de censi. Nisi igitur ipse reuerēdissimus dominus allleget et probet pactum aut inhibitionem et paritionem, ipse non potest impedire vniuersitatem vel homines dicti loci quominus furnos faciant et in illis coquant. Si autem pro suo fundamento vti velit transactione de qua in instrumento mihi exhibito, opus est ꝙ ipse illaz seruet, et ꝙ iuxta dispositionē illius ipse prouideat vniuersitati et ciuibus dicti loci Salonis. l. cum proponas. et quod ibi docto. C. de pact. et. c. peruenit. le. ij. de

9 iureiuran. † Pactum enim vt dicit Bal. in dicta. l. cum ꝓponas, videtur appositum ꝓ eo qui illud seruat, et non ꝓ eo qui contrauenit pacto. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. et quod not. in. l. qui fidem. ff. de transac. l. ij. C. de iu. emphi. l. cum pater. §. libertis. ff. de

10 lega. ij. † et simile quod dicit Inno. ꝙ nunꝙ videtur scriptum pro eo q̄ facit cōtra rescriptū. In dicta vero transactione cōuenit inter alia, ꝙ si extunc in antea contingeret locum predictum in gentibꝰ augmentari, sic et taliter ꝙ tres furni in ea mentionati non sufficerent ad prouisionem gentiuz dicti loci ꝑut tunc sufficiebant, ꝙ dominus qui pro tunc esset teneretur edificari facere quartuz furnum. Cum igitur populus loci predicti postea extiterit multum auctus ita vt nō sibi sufficiant tres furni, debet dictus reuerēdissimus dominus edificari facere quartum furnum: non dico ꝙ ꝑcise hoc facere debeat, sed dico ꝙ hoc facere debet si vult vti commodo dicte transactionis. Nec puto ꝙ in hoc sit faciendus ille circuitus de quo in dicto instrumento, scilicet ꝙ primo requiri debeant domini officiarij et Clauarius dicti loci Salonis, deinde reuerēdus pater dominus vicarius Arelatensis, et postremo ipse reuerēdissimus dñs archiepiscopus, quia capitulum in quo est sermo de isto circuitu non comprehendit hunc casum qui est circa cōstructionez noui furni, sed loquitur et ꝓcedit quando non bene deseruiretur furnis constructis, quod satis clare videri potest in ipso capitulo, vbi dicitur. Item transigendo ⁊ pepigendo fuit concordatum ꝙ si contingeret non sufficienter deseruiri dictis furnis, nec sufficienter ꝓuideri hominibus ⁊ habitatoribus dicti loci ob culpam furneriorū, fornilherioꝝ, vel al's: ꝙ ob hoc &c. et apertius ibi videlicet ꝙ primo exponatur officiali ⁊ Clauario dicti domini cardinalis administratoris aut aliorum eius successorum canonice intrātium in dicto loco Salonis residentibus, quomodo/ ⁊ qualiter/ et in quibus male deseruitur dictis furnis. Ubi attēdendum est qđ dicitur, deseruitur dictis furnis et non de dictis furnis. Apparet etiam ibi similē expositionē: faciant domino officiali Arelatensi qui ꝓ tempore fuerit, et ibi. Cui domino administratori aut eius successori vel eius vicario similem querelam exponant nuntiādo querelas officiali Salonis et domino officiali Arelatensi factas, per que manifeste apparet ꝙ iste discursus seu verius circuitus faciendus est quando vniuersitas vel homines Salonenses cōqueri vellent ꝙ male deseruiaꝛ dictis furnis, sed hic nō conquerūtur de hoc. Non enim impugnant defectum furneriorum aut fornilheriorum aut aliorum quorūlibet propter defectum commissum in deseruiendo vel non deseruiendo furnis, sed conqueruntur de eo ꝙ eis desint furni aut furnus, et ideo furnum querunt. Preterea vbi dici aut pretendi posset ꝑut non potest, ꝙ propter illa verba, ꝙ si contingeret non sufficienter deseruiri dictis furnis, nec sufficienter prouideri hominibus ⁊ habitatoribus dicti loci ob culpā furneriorū, fornilheriorum, vel al's: maxime propter illud verbū vel al's, hoc tamen negari non potest quin propter verba de quibꝰ superius dixi, et que continent formam querelam faciende: primo coram domino officiali Salonis, deinde corā domino vicario Arelatensi, et postremo corā reuerēdissimo do. archiepiscopo reddantur prima verba dubia et obscura. Quo fit vt interpretari debeant contra illum qui eis innititur, ⁊ super illis se fundat. l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verborum obligatio. et. c. contra eum. de regulis iuris. quod etiam voluit Alexand. de Jmol. in. l. si pascenda. C. de pact. Idem voluit cōsilio. lxj. exordiente, Super eo de quo queritur &c. columna. j. in primo volumine. et consilio. cxxiij. columna penultima. in secundo volumine. et Andre. barba. consilio. lxxiij. exordiente, Sapienter scribitur primo Paralipomenon &c. columna viij. in fi. in prima parte. et alij in alijs locis.

11 † Uenio ad secundum super quo dico et premitto, ꝙ multi sunt casus in quibus propter vexationes et molestationes que inferuntur vniuersitati vel hominibus vnius ciuitatis/ oppidi/ seu castri subditi alicuiꝰ domini, datur actio non solum ipsis vniuersitati et hominibus, sed etiaz ipsi domino cui ciuitas/ oppidum/ seu castrum, ac vniuersitas ⁊ homines huiusmodi subijciuntur, et hoc contingit pro eo quia pretēdi potest duplex interesse: vnum scilicet ipsius domini. l. principaliter. C. de libera. causa. capi. inter quatuor. de maiori. et obedien. capitu. licet causam. ad finem. de probatio. et capitu. dilectis. de appella. In molestatione eniz subditi intelligitur dominus molestari

lestari cuius interest habere subditos locupletes.auf.vt indi.sine quoquo suffra.§.cogitatio.colla.ij.τ aliud ptẽdi poterat interesse ipsorum subditorum qui molestantur τ vexantur, vtpote p solutione collectarum, tailhiarum, vel p contributione aliorum onerum ad que non tenentur. Et quemadmodũ hic pretenditur duplex interesse, ita est duplex actio: vna videlicet cõpetens ipsi dño et alia subditis eius sic molestatis vel vexatis.per id qđ no. Inno. in.c.conquerente.de offi.ordina.τ in.c.auditis.de prescrip. Inno. Hostien. Joan.an. Bal. Panor. Phili.de fran.et do. Prepo.in dicto.c.dilectis.glo.in.c.autoritate.§.fi.de priuile.in.vj.et aliquid per Archi.in.c.in primis.ij.qõ.j.et do.de Rota.decis.ccclxxxviij. exordiente, Prepositus vel quiuis alius dñs τc.et Oldra.cõsilio mihi.clvj.quod incipit, In causa Carnotensi super attentatis τc. Et etiam dicunt Inno. Hostien. Joan.an.et Bal.in dicto.c.dilectis.φ si subditi alicuius dñi iniuriam patiantur vel offendantur per subditos alterius, dñs ipsorũ iniuriam passorum vel offensorum aut dãnificatorũ, potest requirere dñm cui subijciuntur iniuriantes vt per eos satisfieri faciat iniuriam passis aut offensis vel lesis. Cum igitur dictum oppidum Salonis cum suo territorio et districtu subijciat̃ dicto reuerendissimo dño Arelatẽsi archiepo et sue ecclesie tanꝙ domino pleno iure et insolidum. Non videtur esse dubiũ quin pp̃ter vexationes et molestationes de quibus in casu cõpetierit actio ipsi reuerẽdissimo dño, cum vt puto ille facte extiterint contra vniuersitatez τ homines predictos tanꝙ subditos regios cum tamen tales non existerent vel existant, sed vt predixi pleno iure subijcerentur et subijciant̃ ipsi reuerendissimo dño et sue ecclesie. Ista enim concernebant non solum interesse ipsorũ subditorum, sed etiam ipsius dñi et sue ecclesie, p eo quia sic ptendebatur per molestantes, φ ipse reuerendissimus dñs esset vassallus regius ratione dicti oppidi, et φ illud teneret in feudũ a serenissimo dño nostro Francorum rege, et comite Prouincie τ Forcalquerij tanꝙ a supremo dño, qui tamẽ vt pdixi illud nõ sic tenebat, et φ ob hãc causam potuerit ipse dñs experiri, voluit Oldra. in dicto consilio.clvj.et Bald.in feu.titu.de pa.iura.fir.§.iniuria. Et ꝙuis non potuerit nec posset idem do.cogi ad agendum, quia nemo inuitus τc.l.j.§.nemo inuitus.ipse tamen tenebatur defendere iura sue ecclesie, de quibus existit dictum oppidum cum suis pertinentijs.

Cõsiliũ. CCCXXX.

De testamento in quo testes non fuerint rogati.

Summarium.

1 Testis presentia sine requisitione in testamento an sufficiat.
2 Pars cuius quod agitur interest, vocanda est.
3 Usufructuarius qui cautionem aut pignora prestare non potest, an et qualiter vsufructu priuetur.

In isto casu mihi exhibito parte prouidi viri Guillielmi ferrelini vna cum verbali testamento, ꝙuis postea in scriptis redacto, quod fecisse dicitur probus quondam vir Petrus ferrelini Anno dñi Millesimo.ccccxcvj.et de mẽse Septẽbris, vel circa. Insuper et cum casu τ dubijs ex eo elicitis, dico τ respõdeo breuiter τ succincte ad dubia huiuismodi put infra. Pro quorum τ toti⁹ materie breuiori expeditione premitto φ testes qui pretendunt̃ fuisse pñtes in dicto testamento nõ fuerũt sufficiẽter examinati τ audi-
1 ti.† Et psertim super eo, an ipsi fuerint cõuocati/rogati/vel requisiti, vt dicto testamento interessent, quod tamẽ fieri debebat, quia non sufficit quo ad validitatẽ substitutionis facte de dicto Guillielmo fratre testatoris φ ipsi presentes extiterint, nisi etiam fuerint ꝯuocati/requisiti/aut rogati, vt interessent.l.heredes palã.§. penul.ff.de testa.et.l.hac cõsultissima.in prin.C.eo.tit.qđ etiã voluit Spec.tit.de testi.§.j.ver.sed quid in pdictis casib⁹ τc.et ver.se. Bar.in.l.diuus traianus.ff.de testa.mili.τ Ange.are.in.§.fi.circa fi.institu.de testa.et Jo.de Jmol.in c.cum esses.colũ.vj.de testa. Est ergo opus φ iterato examinentur dicti testes, et ille dñs Natalis qui scripturã de testamento confecisse dicitur, et φ ab eis queratur an fuerint conuocati/rogati/aut requisiti, quatenus testa-
2 mento huiusmodi interessent.† Expedit etiaz φ Joanna relicta dicti Petri vocetur visura eos iurare, alioquin enim nihil valeret quod agetur.l.si quando.C.de testi.et.c.ij.eo.titu. Preterea cum hoc tangat preiudiciũ τ interesse dicte Joanne, illa vocanda est.l. nam ita diuus.ff.de adop.et.l.de vnoquoqz.cum suis simili.ff.de re iudi. Quibus premisis cõsulo φ si per depositiones dictorum do. Natalis τ testium apparuerit eos fuisse conuocatos aut rogatos vel requisitos, φ ipse Guillielmus eius animuz sub pñtia notarij et testium declaret φ vult esse heres dicti Petri eius quondã fratris et suorum liberorum, et φ ipse hereditatez eorũdem adeat et acceptet, et deinde vocari obtineat dictam Joãnam, τ in ipsius presentia exhibeat dño iudici instrumentum dicti testamenti verbalis, vna cum depositionibus quas faciant dicti do. Natalis et testes, et petat se admitti ad pbandum φ dicti liberi mortui extiterint in pupillari etate, videlicet Joannes masculus ante cõpletum annum decimum quartum etatis eiusdem, et filia ante annũ duodecimum completum: et hoc pbato petat se mitti τ induci in possessionem realem/actualem/τ corporalem predictorum bonorũ, iuxta mentẽ.l.fi.C.de edic.diui adri.tol.et obtenta missione in possessionem ipsa cogetur cauere idonee, hoc est cũ fideiussore aut pignoribus sufficientibus de vtendo/fruendo/bonis pdictis arbitrio boni viri, et de eis restituendis post finitum vsumfructum, et
3 nihilominus cogetur ad faciendum bonorum descriptionẽ.† Et si cautionez predictã vel pignora prestare non potuerit, bona sibi auferentur, et fm aliquos nihil percipiet pro vsufructu: fm vero alios bona ponantur in manibus dicti Petri pprietarij, τ per eũ regentur, que eidem Joanne respondebit de cõmodo vsufructus. Et fm alios aliter put not.glo.et docto.in.l.iij.C.de vsufructu. Super quo p nunc non insisto, donec intellexero an dicti do. Natalis et testes fuerint conuocati τc. Tunc em̃ cũ hoc sciuero scribam plenius p defensione boni iuris eiusdem Guillielmi.

Cõsiliũ. CCCXXXI.

De donatione imperatoris ecclesie, et de iurisditione in re donata.

Summarium.

1 Imperator donãs castrum ecclesie dominiũ ab imperio an abdicet, et amplius in eo imperij iura habeat.
2 Princeps quis dicatur.
3 Imperatori que iura competant, quãve habeat preeminẽtiam et potestatem.nu.seq.
4 Ueritas ꝙ ritus iudicior magis habet locum coram principe.
5 Donatio quam fecit Constantinus sancto Siluestro τ Romane ecclesie an valuerit.nu.seq.
6 Jurisditio omnis originaliter est in papa, et solum exercitiũ temporalitatis est in imperatore.

1 Etiam† si verum sit φ dominus tunc imperator castrũ Salonis cum alijs certis bonis donauerit sancte Arelatensi ecclesie. Ac per donationem huiusmodi in qua pretenditur nihil sibi retinuisse omnino expropriauerit et sibi τ imperio abdicauerit oẽ dominiuz. vide Feli.in.c.solite.col.iij.de maio.τ obe. Cui⁹ hoc est huius vltimi contrarium voluit Bal.in preludijs feudorum.col.viij.versi.expedita diffinitione feudi. Joan.de Jmol.ff. de verborum oblig.super rubri.circa fi. Do.prepo.in.c.ego Ludouicus.distin.lxiij.et plenius in cõmento super feu.col.ix. Non tamen ex hoc diceret aut dici põt habere in castro illo oĩa iura imperij, nec illam supremam et plenissimam potestatem, quaz cum de imperio existeret habuit in illo castro et alijs bonis donatis dñs imperator, per id quod voluit Joannes an.in addi.Specu.titu. de iurisditio.omnium iudicum.versic.que autem imperij sunt τc. in addi.exordiẽs. Uidisti duas opiniones τc.ibi, ex predictis concludi potest dominus Prepo.in dicto commento.colum.ix.qui vltra predicta allegat etiam Bald.in.l.j.§.j.colum.vj.ff.de offici.
2 prefec.vrb.† Nec ex eo φ idem reuerendissimus dominus archiepiscopus dicitur princeps cõtendi debet eum habuisse vel habere in dicto castro Salonis omnia ea iura q̃ habebat supremus princeps, hoc est imperator: quia non solum imperator vel qui habet iura imperij dicitur princeps, sed etiam alij, vt videri potest per id quod ponit Andreas sicu.consilio.xliij.colum.xvj.in prima par-
3 te.† Non etiam ex eo φ dicitur gaudere preeminentijs principis dispensando vt pcedatur summarie in plenarijs et in cõcedendis

abolitionibus in delictis, quia multa sunt alia iura competentia imperatori in locis sui imperij. Et vt de ceteris taceã, cum ꝑ nunc non oporteat, potest imperator legem transgredi dispensando. l. qua in ꝓuincia. §. diuus. ff. de ri. nupt. Remeatum exuli dando. l. relegati. ff. de pe. Indelegabilia delegãdo. l. j. C. qui ꝓ sua iurisdi. 4 indi. da. Rẽ iudicatã rescindẽdo absq̃ appellatione, † quia coram principe magis habet locum veritas q̃ ritus iudiciorum. l. j. §. si quis vltro. ff. de questio. Appellationẽ remouẽdo. l. fi. C. de sentẽ. et interlo. oĩm iudi. Ordinem iudicioꝝ peruertẽdo. c. in causis. de re iudi. De causa ꝓpria cognoscẽdo. l. ꝓxime. ff. de hisque in testa. delẽ. De plenitudine potestatis supplẽdo defect⁹. cle. pastoralis. de re iudi. Transcẽdit etiã leges tabelliones faciendo. c. cum. P. tabellio. vbi ꝑ Inno. de fi. instru. Comites palatinos cũ simili potestate creãdo. l. j. de tuto. ꝛ cura. in glo. Clausulã nõ obstañ. in his que sunt iuri cõtraria adijciendo, veniã etatis cõcedendo. l. j. et. ij. C. de his qui veni. eta. impetra. Emãcipationẽ infantis ꝑmitten do. l. iubemus. C. de emancipa. libero. Et cõclusiue quicquid principi placuit legis habet vigorem. l. j. ff. de constitu. ꝑnci. hec sunt verba Bal. qui etiam alia ponit in. l. rescripta. col. ij. versi. no. ergo hic aliqua de principis potestate. C. de preci. impera. offe. Nõ autẽ puto ꝙ dictus reuerẽdissimus dñs archiepiscopus, hec oĩa sibi vẽdicet in dicto castro, sed hec poti⁹ dicenda sunt residere penes summum pontificẽ ad quẽ etiam appellat, ꝛ penes quem est suprema iurisditio huius loci, etiã si illi donata non extiterit, quia eã prius habebat. per ea q̃ not. in. c. nouit. de iudi. vbi etiã vt dicit do. Prepo. in dicto commento. colũ. ix. se ita al's disputasse et sustinuisse.

5 † Pro quo facit qđ not. Barto. in. l. j. ad fi. ff. de requi. re. et docto. presertim moderni in ꝓemio. ff. C. et insti. in illa q̃stione, qua q̃rere solent an donatio facta per Cõstantinũ imperatorẽ sancto Siluestro pape et Romane ecclesie valuerit, in qua questione et ꝓ validitate donationis hmõi inducunt, ꝙ penes papam videt̃ esse habitus iurisditionis tẽporalis, q̃uis exercitiũ sit penes imperatorem. per id qđ habetur Luce. xxij. c. ibi, Ecce duo gladij hic, quod exponitur in extrauaganti Bonifacij. viij. que incipit, vnam san- 6 ctam ꝛc. † Et dicit Jaco. butri. ꝙ omnis iurisditio originaliter est in papa, et ꝙ soluꝫ exercitiũ tẽporalis iurisditionis est in imperatore, et ita in donatione facta Romane ecclesie nõ tam fuit donatio q̃ qđ suum erat facta dño resignatio: res em̃ redijt ad suã naturam, qđ facile fit. l. vnus. §. pactus. ff. de pact. et. c. ab exordio. dist. xxxv. Pro quo videri potest Jo. de Jmol. ff. de verbo. obliga. sup rubri. col. ix. et Sali. in ꝓlogo. C. in illa questione quã format. col. vj. ver. sed tunc oritur dubiũ. ibi, vndecimo ad ideꝫ inducit Jaco. butri. ꝛc. Et ibi hoc audiui cõfirmari per Jo. de ligni. Jlla ergo q̃ ante factã ecclesie Arelatensi erant habita penes pontificẽ et Romanam ecclesiam postea potuerunt esse, et acta penes eam: quod etiam videmus in appellatione et in aliis multis non ꝑ ecclesiam Arelatẽseꝫ q̃ nihil habet qđ subditũ nõ existat Romane ecclesie. Nõ ergo facit ꝓ ea et dicto reuerẽdissimo archiepõ. c. quo iure. di. viij. allegatũ ꝑ Hosti. et Jo. an. in. c. significante. quia illud loquitur in imperatore. Et ita mihi ꝛc.

Cõsiliũ. CCCXXXII.

De Apodexe et errore in ea, et de insufficienti probatione super ea.

Summarium.

1. Forenses, qualiter sustinendi.
2. Error in facto proprio non presumendus, et ad illius ꝓbationem quid sufficiat.

Quibus suppositis dico & respōdeo sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis sententiam fuisse & esse proferendam pro prefato do. Alberti & dicto eius prioratu, vtpote plene probanti, tam se q suos predecessores olim priores dicti prioratus de Luco nomine eiusdē prioratus, & ipsum prioratū fuisse in possessione quieta & pacifica per longa et lōgissima tēpora percipiendi & leuādi decimas fructuū pro tēpore excretorū in dicto territorio de Serro, & signanter in predijs in libello parte dicti do. Alberti in hac causa oblato, & in reuelatiōe prefati do. Bolardi latius mētionatis. Probanti insuper tā per reuelationē eiusdem Bolardi, & sic per ipsius cōfessionē indicialiter factam q per depositiōes testiū, & parte ipsius do. Alberti & parte prefati venerabilis Capituli in hac causa productorū eundem Bolardi Anno domini Millesimo. ccccxcvij. leuasset percepisse decimas fructuū excretorū in territorio de Serro. Et in predijs superius mētionatis, & hoc tanq pretensum renderiū ipsius Capituli, cuius factū idē Capitulū videtur approbasse. Proba- 5 uit igitur idē do. Alberti possessionē & spoliū. †Propter quod videntur sine dubio ipse nomine dicti eius prioratus, & dictus eius prioratus esse reintegrandum in dicta possessione, & dictus Bolardi cōdemnandus ad restitutionem ablatorum per iura vulgaria que mandant spoliatū ante omnia restitui nō obstantibus ex aduerso ꝓpositis & deductis in quibusdā articulis exordiētibus, Ad impugnandum intentionem venerabilis viri &c. que reuera non obstant. Et primo quidem nō obstat quod deducitur in primo & secūdo articulis, scilicet q territoriū Serri est in mandamēto Mōtislauri, & q propterea presumendū est cōtra ipsum domi. Alberti: quia his fuit superius sufficiēter respōsum. Etiā nec obstat quod deducitur in tertio articulo, quatenus ibi negatur eundem do. Alberti fuisse in possessiōe percipiendi decimas in dicto territorio per tempus de cuius initio &c. Quia respōdeo breuiter q ad querendam possessionē in casu de quo cōtenditur nō fuit necessaria possessio tāti tēporis. Etiam nec obstāt deducta in quarto & sequētibus articulis vsq ad vndecimū inclusiue, quaten⁹ in illis pretenditur illos particulares de quibus in [illegible] aut aliquibus eorundem non esse parochianos prioratus loci de Luco sed Mōtislauri. Et ipsos inibi cōsueuisse recipere ecclesiasti- 6 ca sacramēta & diuina audire. †Quoniā respōdeo q cōtentio presens non est de possessione seu quasi decime personalis sed decime realis in qua de iure cōmuni inspicitur nō cui⁹ parochie sint possessores prediorū, sed in qua parochia predia ipsa sita sint. d. c. fin. de parochijs. c. quoniam. de deci. & alijs iuribus superius allegatis. Et ita nō profuit parti aduerse ꝓbasse, si tamen ꝓbauerit cōtenta in dictis articulis, sed ꝓbare oportebat q predia hmōi erāt sita in parochia Mōtislauri, quod tamē adhuc non suffecisset, vt iam superius dixi. Pro qua ista cōtētio nō est mota cōtra presbyterum parochialē loci Mōtislauri. Preterea etiam nō obstat qō deducitur in duodecimo & sequētibus articulis, vsq ad. xvj. inclusiue. Qm̄ respōdeo q licet quidā ex testibus parte dicti do. Bolardi, aut venerabilis Capituli in hac causa ꝓductis videātur deposuisse prefatū venerabile Capitulū fuisse & esse in possessiōe percipiendi bessem seu duas tertias partes decimarū fructuū toti⁹ territorij Mōtislauri, maxima tamē eorū pars reseruat & excipit territoriū Serri, & decimā fructuū inibi excrescentiū, vt videri potest in discursu depositionū eiusdem de quo etiā super quinto, sexto, & multis alijs articulis libelli prefati do. Alberti deposuerunt vel omnes vel fere omnes eius testes vt nullum dubiū supersit aut superesse debeat, quin etiam quo ad hoc idem do. Alberti lōge melius: quia per lōge plures testes probauerit eius intētionez. Pro quo allegasse sufficiat. c. in nostra. & qō ibi omnes scribentes. de testi. Insuper etiam nec obstant ea de quibus in. xvij. articulo, que sunt iuris & presupponūt factum aliter se habere q reuera se habeat. Et vt breuiter absoluam vtile esset aduersario q iuxta inibi scripta cōsuleret & sic desisteret ab occupatione eorum que rapuit & male detinet & attenderet ad illud dictū Prophete. Nō est pretiosa laus. Et rursum. Quare tu enarras iustificatiōes &c. Porro etiam nec obstant proposita & deducta in decimooctauo, decimo nono & vicesimo articulis, quinimo potius faciunt pro eodē Petro alberti, pro eo quia non bene respondetur ad ea de quibus ibi opponitur, vt apparet ex his que predixi. Nec facit ad rē q dictū venerabile Capitulū dicatur annis singulis soluere quandā assertam pensionem curato Montislauri: quia ex hoc non apparet dictū capitulū successisse in ius ecclesie parochialis eiusdē loci Mōtislauri, quod etiam si appareret non sufficeret. Pro eo quia non apparet q territorium Serri, et predia de quorum decima cōten-

ditur sita sint in parochia Montislauri, quod tamen erat necessariũ per predicta. Nec iuuat quod finaliter dicitur dictũ venerabile Capitulũ esse patronum predicte parochialis ecclesie Mõtislauri. † Tum quia de hoc nõ apparet. Et sic esto ꝙ sic esset, perinde tamen habendũ est acsi non esset. l. in lege. ꝛ. l. rutilia polla. ff. de contrahen. emptio. ꝛ venditio. Tũ ꝛ quia si hoc verum esset, nõ tamẽ ex hoc inferretur decimas illas de quibus contenditur, vel etiam alias decimas territorij Mõtislauri spectare ad dictũ capl'm: † qꝛ decime siue loquamur de predialibus siue de personalibus nõ debentur de iure cõmuni patronis sed ecclesijs parochialibus, quarum parochiani existunt illi qui eas debẽt, si loquamur de personalibus: vel infra quarũ limites predia existunt, si de decimis predialibus verbũ facimus. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

7

8

Consilium. CCCLI.

De riuis ꝛ molendinis, ꝛ de non deducenda aqua, ꝛ de operis noui nuntiatione.

Summarium.

1 Aquam deducere ab alueo cum aliena iactura, an liceat.
2 Factum immemoriale licitum presumit.
3 Aqua e publico flumine deriuata, an fieri possit iuris priuati.

Presuppositis his de quibus in cõsultatiõis themate mihi exhibito parte prouidorũ virorum Driuoni iamberti ꝛ suorum fratrum. † Dico et respõdeo ꝙ cum ipsi Jamberti, taz per se ꝙ suorũ ꝑdecessores fuerint ab annis ducentis vel circa ꝛ sint in possessiõe accipiẽdi ꝛ deriuãdi aquam ex publico fluuio nomine Brechio, ꝛ ipsam cõducendi per propriũ alueum seu aqueductũ olim factũ ꝛ constructũ eorum sumptu ꝛ expensa, nõ potest nec de iure debet Uincentius richani aquam diuertere a predicto aqueductu et eam conducat ad quoddã eius molendinuz quod vel de nouo fecit vel facere nititur. Sed eisdem Driuono ꝛ fratribus et cum eorum damno auferre vel minuere lucrum. Pro quo allegasse sufficiat no. per Bart. in. l. quominus. in. j. q. ꝛ quod ibi per modernos. ff. de flumini. ꝛ quod not. docto. in. l. si manifeste. C. de seruitu. ꝛ aqua. † Cum enim vt predixi, prefati Jamberti ꝛ predecessores aquaz predictã deriuauerint, duxerint, ꝛ extraxerint a predicto fluuio, qui vt predixi, publicus est ab annis ducentis et citra, ipsi censeri debent hoc licite fecisse. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. ꝛ esti. c. super quibusdã. §. preterea. ꝛ quod ibi glos. de verbo. signifi. ꝛ quod not. glos. in. c. j. ad fin. de prescrip. in. vj. quod etiam voluit Barto. ꝛ alij in. d. l. quominus. in secunda questione. † Preterea ꝙuis aqua predicta hoc est illa que per dictũ aqueductum ducitur ꝛ duci consueuit ad molendina dictorum Jambertoruz deriuetur ꝛ extrahatur a flumine publico seu flumine iuris publici, postꝙ tamẽ illa extracta est ex predicto flumine ac ingressa ꝛ recepta in dicto aqueductu q dici ꝛ nominari solet forma aut formula seu vallum vel vallatum, illa efficitur iuris priuati. l. j. §. fluminũ. ꝛ. §. si fossa. cum ibi not. ff. de fluminibus. ꝛ quod voluit Barto. in repeti. dicte. l. quominus. q. xij. ꝛ in suo tracta. aluui. et in tracta. de alue. quod etiam voluit Bald. in. c. cum omnes. colũ. vj. versic. pone ex publico princi. priuata cõmoda nascebantur. de cõstitu. Pro quo allegat dictam. l. j. §. ij. ff. de flumi. ꝛ idem voluit Alexan. de imol. consi. cviij. exordiente, In causa ꝛ lite vertẽte inter dominos ꝛc. in secundo volu. ꝛ quod voluit Bald. in. l. iiij. C. de seruitu. ꝛ aqua. Et cum iste aqueductus seu forma aut formula vel vallatum sit dictorum Jambertorum, dicta aqua postꝙ est in ipso aqueductu recepta, videtur esse aqua eorũdẽ Jambertorũ, per id quod voluit Barto. in. d. l. quominus. qõ. xiiij. Bald. in. d. c. cum omnes. in dicto versi. pone ex publico ꝛc. ꝛ Alexã. de imol. in dicto consi. cviij. De quo etiam do. Jason may. in dictã. l. quominus post Bart. in dicta questi. xiiij. Quod si ita est possunt ipsi Jamberti facere de aqua hmõi, id quod volunt ꝛ sic concedere vel denegare cuivoluerint. l. j. §. illud labeo. ff. de aqua quoti. ꝛ esti. l. j. §. permittitur. ꝛ. l. lucio. ff. de aqua pluui. arcend. Facit quia quilibet est moderator ꝛ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de cõtrahen. emptio. ꝛ vendi. l. polla. C. de his quib. vt indig. ꝛ. c. de his. ad fin. de sepul. Preterea vt audio illud certũ est ꝙ vt audio prefati Jamberti in diuersione dicte aque, quam facere forte intendit prefatus Uincẽtius, ꝛ per diuersionẽ hmõi illã totam extrahere ab antiquissimo aqueductu dictorũ Jambertorũ, paterentur ipsi Jamberti damnũ ꝛ interesse, signãter ea ratione qꝛ cum difficilius ꝛ quasi ascendẽdo ducenda sit aqua ad molendinũ eiusdẽ Uincentij, opus erit propter restagnationẽ dicte aque facere maiores sumptus ꝛ expẽsas in reclusa, ꝛ hoc taz in illã adijciendo ꝙ etiã fortificãdo, quod ꝛ demõstrari ꝛ ostẽdi melius poterit etiã ad oculum per expertos. Nõ põt ergo diuersio aque hmõi cõcedi vel fieri per dictum Uincentiũ vel per dominũ Mõtisrotõdi vt hoc fiat sine licẽtia vel cõsensu dictorũ Jambertorũ. l. in cõcedendo. ff. de aqua pluuia. arcen. ꝛ quod voluit Bar. in. d. l. quominus. q. xij. Cõsulo igitur descẽdendo ad practicã ꝙ ipsi Jamberti seu eorũ legitimus ꝓcurator ad hoc specialiter deputandus, ꝛ cũ potestate iurandi ꝙ nõ calũniose ꝛc. nũtiante nouũ opus in loco illo in quo idẽ Uincentius rũpere intendit aqueductũ, et deinde aquã extrahere ꝛ deriuare ad suũ molẽdinũ. Et hoc faciãt per iactũ trium paruorũ lapillorũ in opere, ꝛ iaciendo. Nuntio nouum opus, ꝛ inhibeo ne quid noui fiat in hoc loco. ꝛ hec fiat sub presentia ipsius Uincentij, si ibi sit vel operariorũ si ibi reperiãtur, al's in eorũ absentia ꝛ sub presentia testiũ, ꝛ notarij qui de his notam et publicũ instrumentũ conficiat, ꝛ ꝙ deinde hec omnia intimentur sub presentia notarij ꝛ testium prefato Uincẽtio, ꝛ fiat de intimatione instrumentũ. Que dixerim ꝛc.

1

2

3

Consilium. CCCLII.

De noui operis nuntiatione, ꝛ de recuperanda re pupillari male per tutorem alienata.

Summarium.

1 Edificatio per noui operis nuntiationem turbata, an data cautione possit continuari.
2 Contractus tutoris in alienatione rei pupillaris sine solennitate inualidus.
3 Pupillus pro recuperatione rei male per tutorem alienate que remedia habeat.
4 Concludendi modus potius ꝙ narrata perscrutandus.

1 Processus† quem inchoasse dicit nobilis vir Petrꝰ valoris oppidi seu castri Tarasconis cõtra et aduersus honestã mulierez donã Marthonam dionysie inchoatus est pretextu ꝛ ad causam nũtiationis noui operis quã fecisse legitur idẽ nobilis Petrus aduersus dictã Marthonã edificare enitentẽ in hospitio seu domo in actis cause huius latius mẽtionata, super qua nũtiatione seu illiꝰ remissiõe, fuit aliquãtulũ instatum ꝙuis inciuiliter parte dicte Marthone, ꝛ petitũ eaz admitti ad edificandũ ꝑstita cautiõe seu satisdatiõe, quã obtulit, ad qõ tamen nõ fuit ꝓ tẽpore admittẽda. l. vnica. ꝛ qõ ibi per omnes. C. de noui oper. nũtia. ꝛ. c. fi. ꝛ qõ ibi glo. eo. tit. Et ꝙuis in ꝓsecutiõe nũtiatiõis hmõi, idem Petrus allegauerit ꝛ dixerit dictã domũ ad se spectare ꝛ pertinere, nullibi tñ legitur intentasse possessoriũ retinẽde vel etiã aliud. Propter quod non video ꝙ rõne possessorij primo vt ex aduerso pretẽditur intẽtati, quod tamen nullũ est, debeat idẽ nobilis Petrus repelli a ꝓsecutiõe ꝓpositorũ ꝛ deductorũ in supplicatione parte eius ꝓducta in hac causa in qua vt elegãter allegatum est et deductũ parte eiusdẽ Petri non fuit intentatũ petitoriũ, sed potius possessoriũ recuperãde qõ eidẽ Petro cõpetijt ꝛ cõpetit contra dictã Marthonã heredem vniuersalem Antonij chauassoni.

2 † Cui hõesta quodã mulier Honorata albe mater eiusdẽ Petri, ꝛ vt audio tũc tutrix ꝛ bonorũ suorũ administratrix dictaz domũ nõ seruatis iuris solẽnitatibus vẽdidit, ꝛ illius possessionẽ apud eundẽ Petrũ existentẽ in eundẽ transtulit, ꝛ ita per cõtractũ ipso iure inualidũ. l. non solũ. l. prediorũ. l. si prediũ. ꝛ alijs multis. ll. C. de predi. mino. ꝛ. ff. de reb. eo. per totũ. † eundez Petrũ spoliauit. Qui ꝓpterea nõ solũ multis ex illis remedijs q̃ parte eiusdẽ Petri iã fuerũt eleganter ꝛ oportune inducta, sed etiam per conditionem indebiti potest repetere possessionem dicte domus. l. indebiti. §. sed si nummi. ꝛ quod ibi Bartol. ꝛ docto. ff. de condi. indebi. Potest etiã ꝓ illiꝰ recuperatiõe implorare officiũ iudicis, ꝓ id qõ voluit Pau. de cast. cõsi. cccv. exordiẽte, Si nõ intercessisset iuramentũ ꝛc. Illud aũt certũ est ꝙ licet idẽ Petrꝰ narrauerit domũ predictã ad se ꝑtinere ꝛ spectare iure dominij seu quasi: † qꝛ tñ concludẽdo petijt se restitui in possessiõe in qua erat ante tẽpus ꝛ tpe dicte vẽditiõis ꝛ in ea se reintegrari, ipse cẽsetur intẽtasse, nõ qdẽ

3

4

petitorium

petitorium sed possessorium: ⁊ hoc colligitur ex modo concludendi ad quẽ agendũ est nõ ad narrata. Pro quo videri potest Ang. are. in. §. omnium. versi. in fin. gl. pro hoc facit ⁊c. institu. de actio. Multa inducit Ange. consi. xxxvj. exordiente, In dei nomine ꝑ decisione questitorũ ⁊c. versi. secundo premitto. ⁊ multo plura Andre. sicu. consi. xxxviij. exordiente, Preclare scripsit Psalmista celebris, prope est dominus timẽtibus ⁊c. col. xiiij. de quo eleganter Pau. de cast. consi. vj. colum. j. versi. nec obstat ꝙ in narratione dixerunt dicta bona pertinuisse ad dictam dominã iure dominij vel quasi ⁊c. Et ꝗ̃uis pro admissione dicte petitiõis seu supplicationis possint alia multa induci: quia tamen reperio plenissime allegatum: ⁊ quia etiam iste articulus videtur esse sine dubio, ego vlterius non insisto.

Consilium. CCCLIII.

De fide scripture priuate, ⁊ de confessione per contumaciã, ⁊ de oppositione compensationis, ⁊ de obligatione bonorũ mariti pro donatione propter nuptias mulieri facta.

Summarium.

1 Apodexis scriptura, an probet ⁊ habeat vim publici instrumenti ⁊ quando, vt probet in preiudicium tertij. nu. seq.
2 Scriptura priuata vim publici instrumenti quando obtineat.
3 Confessio que per contumaciã fit cui noceat, ⁊ quid in statuto patrẽ filij condemnationem soluere cogente si filius sit contumax.
4 Obligatio bonorum pro obseruatione donationis cõditionalis, an trahatur ad tempus donationis.
5 Debitor per creditorem cõuentus, an possit opponere de cõpensatione ꝙ debeat debitori suo.
6 Bona mariti ant sint tacite obligata mulieri pro donatiõe propter nuptias.
7 Mulier que pro donatione propter nuptias habet mariti bona tacite hypothecata, an preferatur ceteris creditorib⁹, ⁊ quid si habeat expressam hypothecam.

1 Etiã † si ille due preten se apodexes quas honorabilis vir Nicolaus guberti pretẽdit fuisse scriptas ⁊ subscriptas per prouidũ quondã virum Bartholomeũ coquarelli, ⁊ hoc de Anno dñi Millesimo. ccccl xxxiij. vna vcz pretẽse cõfessionis de recepto tricẽtorũ francorũ, et alia cõfessionis de recepto quingẽtoꝝ frãcorũ cõtinerent expressam hypothecã bonorũ eiusdẽ Coquarelli, omniaq; fuissent per ipsius Bartholomei verã confessionẽ recognite, ille tamẽ nõ probarẽt nec probãt in preiudiciũ honeste mulieris Magdalene grosse. Et hoc pro eo q2 ille sunt scriptura priuata. Pro quo allegasse sufficiat quod no. gl. magna. in. l. scripturas. ⁊ qd̃ ibi Bart. in secũdo no. C. qui potio. in pigno. habeã. ⁊ qd̃ voluit Bar. in. l. repetita. ff. de fi. instru. per. l. si superatus. ff. quib. mo. pign. vel hypo. sol. Panor. in. c. ij. colũ. j. ver. circa primã speciẽ. ibi, sed alteri nõ facit ꝑiudiciũ ⁊c. de fi. instru. vbi etiã do. Fely. col. iij. versi. itẽ intellige ꝑdicta. Pro quo allegat qd̃ in simili not. Specu. ti. de cõfes. §. nũc videndũ. ver. sed nũquid ⁊c. Ant. de but. in. c. quintavallis. col. iij. de iureiur. de patre confitẽte tantũ debitũ ꝙ exhausta remanet omnis spes filij. Et hoc signãter ⁊ sine dubio ꝓcedit postq̃ in dictis pretẽsis apodexibus non reperiuntur tres testes, quinimo nec pauciores suis manib⁹ subscripti aut descripti. Et ita dici nõ possit istas pretẽsas apodexes habere viz publici instrumẽti. Et ita cõsequẽter nõ obstat qd̃ voluit Bal. C. de fid. instru. sup rubrica. charta vlti. ver. viso de scripturis cõfectis in forma actionũ. ibi, ⁊ quidẽ primũ est maior solẽnitas. C. de fid. instru. Ang. in. d. l. scripturas. ⁊ Fran. de cur. in repeti. l. admonẽdi. charta. ix. col. iiij. ver. occurrit questio quã vidi in practica. ff. de iureiurã. † quatenus volũt priuatã scripturã habentẽ subscriptionẽ triũ testiũ habere vim publici instrumẽti. Adijcio ꝙ vt videt huiusmodi triũ testiũ subscriptio nõ sufficeret, nisi illi superessent et recognoscerẽt se subscripsisse in apodexe, qd̃ etiam videtur sensisse glo. in. c. inter dilectos. super verbo, publica manu. de fide instru. Si eniz superessent ⁊ recognoscerẽt, tũc satis videretur apodexis probare etiã in preiudiciũ tertij, per id qd̃ voluit Ange. in. d. l. scripturas. ibi, in ea. ibi, sed dubitatur quis esset potior. Pro quo allegat. l. in exercẽdis. C. de fid. instru. Sed sup hoc insistere nõ oportet, postq̃ vt ꝑdixi, dicte pretẽse apodexes nõ reperiũtur per tres testes quinimo nec per vnũ subscripte, † nõ ergo ꝓbant cõtra hãc

Magdalenã, etiã si fuissent ꝓp [illegible] cõfessione predicti Coquarelli recognite, ⁊ multo minus vbi nõ fuerũt per eũ recognite sed ꝓpter eius cõtumaciã ⁊ in ipsius odiũ habite pro recognitis seu cõfessatis: q2 hec ficta cõfessio, non solũ alteri nõ preiudicat sed nec ipsi Coquarelli preiudicasset ĩ alia causa. l. ij. §. diu⁹ adrian⁹. ff. de iure fis. ⁊ qd̃ voluit Bar. in. l. eius qui delatorẽ. in fi. princip. ff. de iure fis. ⁊ Bal. in. l. ij. C. de edẽ. ⁊ quod post eũ voluit ibi do. Jason colũ. vj. versi. quarto limita in ꝓbatione ficta ⁊c. Ad qd̃ facit qd̃ voluit Bart. ⁊ post eũ alij magis cõiter in. l. cũ filiusfamilias. ff. de verbo. oblig. quaten⁹ inibi no. ꝙ stãte statuto quo cauetur ꝙ si filius maleficũ cõmiserit cogatur pater cõdemnationẽ soluere, ⁊ deinde fili⁹ de maleficio inquisitus vel forte accusat⁹ fuerit cõtumax. ⁊ ꝓpter contumaciã ex forma statuti habitus ꝓ confessato, ⁊ deinde condẽnatus, nõ poterit cogi pater ad solutionẽ cõdemnationis. Et hoc quia talis ficta cõfessio ⁊ sentẽtia non preiudicat patri: q2 ipsa ficta cõfessio personã non egreditur. d. l. ei⁹ qui delatorẽ. Ita enim no. Bar. in. d. l. cũ filiusfamilias. circa fi. princip. versi. quarto cõtingit ꝙ filiusfamilias est cõtumax. ⁊ Alexã. de imol. col. iij. ver. si aũt statutũ. ibi, si vero sentẽtia lata est contra filiũ contumacẽ ⁊c. vbi etiã remittit ad Albe. in duabus q̃stionibus inibi mentionatis, ⁊ ad per se no. in. l. sepe. ff. de re iudi. Preterea nõ apparet ex forma seu tenore dictarũ pretensarũ apodexiũ, ꝙ bona dicti quondã Coquarelli fuerint expresse pro dictis summis aut earuz parte obligata Claudio fontane eius fratri, nec etiaz puto si non desipio dici posse illa fuisse eidẽ Fontane tacite obligate. Et si est text. vel doctor qui hoc dicat, ego ꝓfecto fateor me vel nõ vidisse, vel vt forte oportebat ad illũ non aduertisse. Illud aũt certũ est ꝙ licet donatio quingẽtorũ scutorũ facta per dictũ Coquarelli prefate Magdalene Anno dñi Millesimo. cccclxxxv. fuerit cõditionalis sub cõditiõe, vcz si ipse primo moreretur: tũ cõditione postea adueniẽte que nõ potestatiua hoc est nõ in potestate dicti quondã Coquarelli existebat sed casualis. † Et sic in virib⁹ fortune obli
4 gatio seu hypothecatio bonoꝝ facta ꝑ ipsum Coquarelli ꝓ obseruatione huius cõditionalis donationis tracta est ad tẽpus eiusdem donationis. l. qui balneũ. §. amplius. ⁊ quod ibi Bar. ⁊. l. potior. ver. videamus an idẽ dicendũ sit. ⁊ quod ibi Bart. ff. q potio. in pigno. habeã. ⁊ quod no. Bar. in. l. si is qui ꝓ emptore. in. v. qd̃. principali. ff. de vsuca. Ex quibus oĩbus vna cũ alijs per egregiuz virũ dñm primo scribẽtem allegatis, respõdeo ad primũ dubiũ ꝙ hypotheca prefate Magdalene sit potior, quinimo vnica, cũ nec dictus Guberti nec eius pretensus auct [illegible] ita ꝓfecto est eidẽ preferenda quoad hoc caput prefata Magdalena. l. eos. C. qui potio. in pigno. habeã. ⁊ quod not. glos. magna in. l. priuilegia. ff. de priuilegi. credi.

5 † Ad secundũ dubium dico ⁊ respõdeo ꝙ dictus Guberti nõ potuerit nec possit aduersus hanc Magdalenã de cõpensatione opponere. l. eius. C. de cõpensa. l. si cũ militi. ⁊. l. in rem suã. §. j. ff. eo. ti. Cui nõ obstat ꝙ post Jaco. de are. voluit Albe. in. d. l. eius. vbi voluit ꝙ ego conuẽtus per creditorẽ meũ possim opponere cõpensationẽ de eo quod debet debitori meo, pro quo multa inducit. Quoniã respondeo hic non esse probatũ ꝙ dictus Guberti actione hypothecaria cõuentus sit creditor eiusdẽ Magdalene. Nõ enim puto esse probatũ ꝙ illi quingenti floreni q ad domũ ipsius Magdalene per dictũ Coquarelli ex cõuẽtione facta tẽpore contracti matrimonij inter ipsum Coquarelli ⁊ dictaz Magdalenã, eidẽ Magdalene expediti extiterint. Et si q forte deposuerint se illos ꝓ eo expedinisse nõ esset eis credendũ, per id quod not. Bart. in. l. deferre. §. idẽ decreuerũt. ff. de iure fis. ⁊ Saly. in. l. oĩbus. C. de testi. Adijcio ꝙ etiã supposito citra preiudiciũ veritatis ꝙ illi ꝓbarẽtur expediti, quinimo ⁊ cõuersi in vtilitatẽ eiusdẽ Magdalene, adhuc non sufficeret: q2 licet sic ꝓbaretur prefatũ Coquarelli fuisse creditorẽ eiusdẽ Magdalene, nõ tamẽ ꝓbaretur ꝙ prefatus Fontane, a quo vel suo pretẽso donatario dictus Guberti causaz habere pretẽdit sit vel fuerit creditor ipsi⁹ Coquarelli: q2 vt predixi, ille pretẽse apodexes hoc non probant in preiudiciũ huius Magdalene, ꝗ̃uis propter cõtumaciã ⁊ in odiũ predicti Coquarelli, quod ꝓpterea restringi debet. l. cum quidã. ⁊ regula odia. habite fuerint ꝓ recognite. Ex quo apparet ꝙ etiã eundẽ Guberti nõ iuuat quedã pretensa cessio siue remissio iuriũ ⁊ actionum facta eidẽ Guberti per quendã Antoniũ boyliene, tam suo q̃ suorũ pretensorũ fratrum minorũ, et assertoruz coheredũ Guillielmi boyliene asserti donatarij dicti Claudij fontane ⁊ Catherine prerie. Tũ per predicta. Tũ ⁊ q2 nõ apparet hunc cedentẽ ⁊ dictos minores esse heredes dicti Guillielmi.

6 † Ad tertium dico ⁊ respõdeo breuiter ⁊ succincte ꝙ licet Dyn. in. §. fuerat. col. ij. versi. sed si peteret donationẽ ꝓpter nuptias. insti. de acti. ⁊ Bal. in. l. assiduis.

C. qui potio. in pigno. habeã. cẽserint q̃ bona mariti nõ sint tacite obligata mulieri ꝓ donatiõe ꝓpter nuptias. Contrariũ tñ videtur veri⁹ p. l. vbi. circa princi. ꝛ qđ ibi gl. in verbo, suppositas. C. de iure dot. ꝛ quod voluit glo. in. d. l. assiduis. versi. fin. sup verbo, ex tẽpore. Pro quo facit qđ no. Bal. in. l. ij. per illũ tex. C. de bo. q̃ libe. vbi voluit q̃ tacita stipulatio que locũ habet in dote, etiã locũ habeat in donatione propter nuptias, qđ reputat Bald. bene notandũ ꝛ pro quo est bon⁹ tex. in. l. fi. in prin. in verbo, vel stipulatiõe vel lege. C. cõia vtriusq̃ iudi. ꝛ q̃ bõa mariti sint tacite obligata ꝓ donatiõe ꝓpter nuptias, voluit Jo. de pla. ꝛ Ang. are. i. d. §. fuerat. vbi etiã do. Jason may. col. ix. ver. an autẽ hoc ꝑuilegiũ ꝛc. Et hoc q̃ ad ꝑuilegiũ tacite hypothece. † Quo vero ad ꝑuilegiũ platiõis, vt vʒ ꝓferat̃ ceteris creditorib⁹, etiã priorib⁹ habẽtib⁹ tacitã hypothecã prout dici solet in dote. rñdeo q̃ nõ. d. l. assiduis. §. hec aũt. ꝛ. d. §. fuerat. in verbo, de dote. Sed istud non officit: q꞉ vt iã dixi, ipsa habet expressam hypothecã per quã de iure cõi preferri debet quibuscũq̃ pretẽsis creditoribus chyrographarijs etiam priorib⁹, ꝛ hoc sufficit: q꞉ nec iste Guiberti nec ille Claudius fontane vel Guillielmus boyliene donatarius videnť habuisse aliquaʒ hypothecã, hoc est vel expressa vel tacita in bonis ꝓ quibus nunc agitur, nisi forte pretẽderetur q̃ ꝓpter sniam vel executionẽ illi⁹ fuerit pignus contractũ, sed istud etiam si verũ esset nõ obstaret, ꝓ eo q꞉ hypotheca predicte Magdalene, que vt predixi, retrotrahitur ad tẽpus cõuentionis esset prior ꝛ sic potior. l. diuersis. cũ suis similibus. C. qui potio. in pigno. habean. Que dixerim sub benigna supportatione magnifici viri domini Presidentis camere ꝛ iudicis cause huius.

Consilium. CCCLIIII.

De collationibus, ꝛ de bonis aduentitijs non conferendis.

Summarium.

1 Bona aduentitia ex industria acquisita, an teneatur frater conferre in diuisione paterne hereditatis cum fratre ab intestato, ꝛ quid de fructibus dictorum bonorum bona fide consumptoruʒ ante patris obitum ꝛ qui supererant tempore mortis.

Tam† probus quondã vir. A. reuolte intestat⁹ ab humanis decesserit sup̃stitibus ꝛ sibi sup̃uiuẽtibus Joanne ꝛ Mattheo reuolte eius filijs naturalibus ꝛ legitimis: ipsi eideʒ ab intestato equis portionib⁹ successerũt. auť. de heredi. ab intesta. §. j. colla. ix. ꝛ in auť. in successiõe. C. de suis ꝛ legiti. liber. Nõ ergo debet idẽ Mattheus resistere aut repugnare, quomin⁹ bona dicti eoruʒ quondã p̃ris inter eos diuidãtur, nec tenetur ipse Joães dicto Mattheo cõferre seu sibi cõmunicare bona aduẽtitia per ipsum Joannẽ ex sua industria vel al's acquisita. l. fi. ꝛ quod ibi per docť. C. de collať. Et nõ solũ nõ tenetur ipse Joães cõicare ipsi Mattheo eius fratri ꝓprietatẽ dictorũ bonorũ per eum acquisitorum. Sed nec fructus ex bonis hmõi perceptos sciẽte ꝛ patiẽte patre, illos videlicet qui fuerunt per eũ bona fide consumpti ante mortẽ patris. l. ea demũ. C. de colla. quod etiã voluerunt Pau. de castro Alexã. de imol. ꝛ do. Jason may. in. d. l. fin. C. de colla. quinimo vt voluit Bal. in auť. ex testamẽto. in. ix. ꝛ. xiij. capitulis seu questionibus. C. de colla. q̃ etiam nõ teneatur ad collationẽ fructuũ per eos perceptorũ ex dictis bonis ꝛ qui supererãt tẽpore mortis. Et idem voluit ibi Ange. q̃uis Alexan. de imol. in dicta auť. ex testamento. col. iiij. ꝛ do. Jason colum. ij. videantur tenere cõtrarium quoad fructus perceptos qui extabant tempore mortis patris. Sed quia isti vel nulli vel pauci erant nõ insisto, cum magnificus dominus meus domi. Greynhani, qui more boni domini ꝛ pij patris suscepit hanc materiam terminãdam de facili prouidere valeat super istis.

Consilium. CCCLV.

De clerico non conueniendo nec reconueniendo coram iudice seculari.

Summarium.

1 Clericus super diuisione bonorũ communiũ, an possit cõueniri coram iudice seculari, ꝛ an procedat in clerico prime tonsure, ꝛ quid in reconuentione. nu. 5.
2 Etiam, est dictio implicatiua.
3 Fundamentum intentionis siue affirmatiuũ siue negatiuũ, siue agatur siue excipiatur probandum est.
4 Clerici an possint prorogare iurisdictionem non sui iudicis.
6 A communi opinione in cõsilijs ꝛ iudicijs quo casu recedendum.

1 Ex† processu cause cepte ꝛ diu vẽtilate per ꝛ inter honorabileʒ virũ Jacobũ carterij mercatoreʒ ciuitatis Massilie ex vna parte, ꝛ honestas mulieres Laurentiã ꝛ Catherinã carterie eius neptes ex alia, constat ꝛ legitime apparet dictũ Jacobũ esse clericũ solutũ, ꝛ hoc literis sui tituli clericalis in hac causa productis ꝛ insertis. fo. xiiij. ꝛ cõfessione dictarũ Laurentie ꝛ Catherine seu procuratoris earũdẽ facta ꝛ inserta. fo. xliiij. Quo fit vt nõ potuerit aut possit idẽ Jacobus corã iudice seculari sup diuisiõe p̃tẽsorũ bonorũ cõmuniũ inter eũ ꝛ dictas ei⁹ neptes aut ꝓ faciẽda eorũ diuisione cõueniri. Pro quo allegasse sufficiat id quod habetur in. c. j. ꝛ. ij. xj. q. j. c. qualiter. de iudi. c. null⁹. ꝛ. c. si diligẽti. de fo. cõpe. ꝛ auť. statuimus. C. de episco. ꝛ cle. ꝛ procedit hoc dictũ etiã in clerico prime tõsure. d. c. nullus. quod etiã voluit Pañ. Frã. de are. ꝛ And. sicu. Pro quo etiã allegari solet. c. cũ non ab hoĩe. et. c. at si clerici. de iudi. Quib⁹ nõ refragãtur ex aduerso ꝛ parte dictarũ Antonete ꝛ Laurentie opposita in multis earũ schedulis. Et signãter id quod in eis opponitur de pretẽsa reconuẽtione. Tum q꞉ quicquid ex aduerso dictũ extiterit et pluries allegatũ, veritas tamẽ in hoc residet q̃ ex actis cause huius nõ apparuit nec apparẽt eundẽ Jacobũ traxisse in causam ꝛ corã iudice seculari p̃fatas Antonetã ꝛ Laurentiã carterie, nec fuisse eũ qui tanq̃ pri⁹ vocãs in causam actor dici debuerit, nec quoddã pretensuʒ instrumentũ parte dictarũ neptiũ in hac causa productũ ꝛ insertum. fo. xxix. cõtrariũ probat, quinimo potius facit pro eodẽ Jacobo ꝛ contra dictas neptes, quatenus inibi dicitur Jacobũ durãti tutorẽ produxisse quoddã mandatũ quod petijt inseri. Et nihilominus petijt procedi adulteriora p̃sente Jacobo carterij: quia cũ subiũgatur q̃

2 Carterij petijt etiã q̃ diuisio fieret, † aperte colligitur propter illã dictionẽ etiã, que implicat. l. j. C. q̃ admitti ad bono. pos. ꝛ. §. etiã hoc chyrographa. pecu. in rubro ꝛ nigro. ꝛ quod voluit Bar. in. l. supra. §. officiũ. ad fi. ff. de aqua pluuia. arcẽ. q̃ dict⁹ Durãti tutor in mandato per eũ tũc producto petijt fieri diuisionẽ. Et hoc etiã colligitur ex eo q̃ dñs iudex remouendo cõmissionẽ al's datã quibusdã deputatis ordinauit procedi ad vlteriora ꝑut in mãdato. Et deinde scribitur q̃ die sequenti prefati Durãti ꝛ Carterij petierũt vt supra ꝛ fieri relationẽ per expertos, cuʒ vt ipsi credebant essent deliberati. Et deinde sequitur iussus iudicis de vocando illos expertos deputatos pro facienda diuisione, qui vocati eodẽ die cõparuerunt ꝛ fecerũt relationẽ. Et sic profecto si calũniari nolumus, clare apparet q̃ ille Duranti tutor producens mandatũ, ꝛ petens procedi ad vlteriora petijt fieri diuisionem. Et sic primo egit. Tuʒ ꝛ q꞉ si vel cauillando, vel al's quomodolibet dici possit, non clare apparere q̃ dictus Duranti tutor primo petierit diuisionem fieri vel ipsum Jacobum carterij in causam pro diuisione facienda traxerit, hoc tamen certũ est non apparuisse nec apparere q̃ ad instantiam eiusdẽ Carterij, fuerit idẽ Duranti in causaʒ tractus coram predicto iudice nec ipsum esse primo locutum, sed potius ipsum Duranti tutorem. Et ita non apparet q̃ ipse Carterij hunc iudicem elegerit, quod tamen probare debuissent prefata Antoneta ꝛ Laurẽtia que dicentes se fuisse per Jacobum carterij conuentas, pretendunt se posse eum reconuenire coram iudi-

3 ce seculari: † quia quilibet probare tenetur fundamentũ sue intentionis siue agat siue excipiat. Et siue fundamentum huiusmodi sit affirmatiuum siue negatiuum. l. actor. C. de probatio. l. in exceptionibus. in princi. ff. eod. titu. l. si quis. C. de fabricen. lib. xj. l. in illa. cum. l. sequen. ꝛ quod ibi plene per Bartõ. ꝛ Alexãd. de imol. ff. de verbo. obligatio. et quod not. Innocen. in. c. super his. de accusatio. Tum et quia esto quod aperte probatum extitisset q̃ prefatus Jacobus primo egisset coram iudice seculari contra dictas eius neptes aut prefatum Duranti earũ tutorem prout non probatur, non tamen inferretur q̃ propterea posset ipse qui est vt di-

4 xi, clericus solutus coram eo recõueniri: † quia clerici nõ possunt prorogare iurisditionem non sui iudicis. c. si diligẽti. de foro competenti. ꝛ in dicta autenti. statuimus: ergo nec in causa reconuentionis possunt esse sub eo, quod etiam voluerunt Pe. ꝛ Jaco. butri. in auť. ꝛ consequenter. C. de sentẽ. et interlocu. omni. iudi. Idẽ voluit Archiõ. in. c. vnico. super verbo, condemnari. ver. videtur

tamē φ generalitas patiatur exceptionē recōuentionis.de cleri. coniuga.in.vj.†vbi dicit φ per iura que allegant tenētes partem contrariā nō probatur eorū opinio,scilicet φ clericus possit etiã in iudicio seculari recōueniri,τ φ propterea standū est regule que habetur in.d.c.vnico.τ.c.j.xj.q.j.τ in.c.cōuenior.ibi,sed in consistorio.xxiij.q.viij.τ hoc nisi certo iure inueniatur contrariū.Et subijcit ibi Archi.se nūφ meminisse legisse tex.iuris canonici,φ clericus in causa recōuētionis possit corā iudice seculari litigare.Hãc sententiā etiam tenuit Marti.siluia.illā etiā tenuerunt Jo.de ligna.do.Cardi.floren.Anto.de butri.τ Panor.in.d.c.at si clerici. qui p hac parte multa inducūt que videri possunt per Panor.in d.c.at si clerici.col.viij.versi.cōtrariā sniam tenēt Jac.butri.τ Petrus τc.Hãc opinionē etiã secutus est Andr.sicu.in.d.c.at si clerici.col.xxiij.ver.sed nūc mihi videtur φ cōtraria opinio sit verior. vbi vltra alias rationes τ motiua inducta per alios tenētes hanc partē,videtur mihi And.sicu.inducere septē vel octo bona τ magna motiua,τ respōdet rationibus τ motiuis partē tenentiū contrariā,que tamen vitãde prolixitatis causa nō transcribo cū p cōstanti habeā scripta huius illustri patris esse apud reuerendū patrē τ virū egregiū domi.vicariū τ officialē Massilie,qui si placet videbit motiua τ rōnes hmōi.Et citra preiudiciū veritatis φ opinio cōtraria fuerit olim magis cōis,hec tamē si omnia pōderent, videtur esse suffulta potioribus rationibus: est ergo ei poti⁹ inherendū:†quia φuis regulariter nō sit in cōsulendo vel iudicãdo a cōmuni opinione discedendū,hoc tū fallit vbi opinio potiorū doctorū vel vnius fundaretur subtiliori τ meliori ratione:qr tūc illa pponeretur cōmuni opinioni secundū Hostiē.Joan.andr.τ omnes in.c.j.de cōstitu.Pro quo allegat Panor.bonū text.in.c.capellanus.in verbo,subtiliori ratione.de feri.τ in.l.j.ibi,nō ex multitudine τc.C.de vete.iure enucle.Idē etiã voluit Panor.in.d.c. capellanus.col.ij.τ in.c.ex literis.le.j.in princi.de spōsa.Semi.in c.de liberis.dist.xx.Jo.de ana.in.c.tua.col.v.de vsu.Joã.de imol. in.l.cum quidã.§.quod dicitur.ff.de acquir.heredi.Bald.in.c.ne innitaris.de constitu.τ alij in alijs locis. Ex quibus omnib⁹ vna cū alijs,al's τ in multis schedulis parte dicti Jacobi in hac causa productis τ plene τ eleganter inductis.Dico τ respōdeo sub correctione cuiuslibet domini melius sentiētis,eundē Jacobum debuisse τ debere obtinere in hac causa τ literas τ inhibitiōes ad ipsius instantiã factas in principio cause huius fore τ esse manutenēdas,nō obstãtibus quibuscūφ in aduersum oppositis et obiectis.Quãuis eñ potuerit idem Jacobus opponere τ dicere corã iudice seculari se non teneri respondere dictis eius aduersarijs vel coram eo litigare cū sit clericus solutus.potuit nihilominus etiã recurrere ad iudicem ecclesiasticū,cui subijcitur sicut al's fit in.c.si iudex laicus.de senten.excōmu.in.vj.

Consilium. CCCLVI.

De codicillis τ fide instrumentorum.

Summarium.

1 Codicilli quot testes postulant.
2 Instrumentū carens debita iuris solennitate,an probet.
3 Notarius in testium numero pro instrumenti complenda solēnitate an computandus.

Codicilli† quos fecisse pretēditur nobilis τ honorabilis quōdã vir Ludouicus de nouaysano loci Signundacij Anno dñi Millesi.ccccxciiij.et die xxiij.mensis Aprilis,nō probãtur p quandam pretēsam notã quã recepisse dicit magister Joãnes chauliaqueti,deinde degrossatã per honorabilē virū magistruz Antoniū gaudemaris.Et hoc ea potissime ratione:qr in illis nō describuntur nisi quatuor testes,et tamen certum est quod in codicillis necessarij sunt quinφ testes.l.fi.C.de codicil.†Et sic instrumentū vtpote carens numero testium de iure requisito τ sic debita iuris solennitate non probat.†Non enim in testium numero pro complenda instrumēti solennitate computãdus est notarius.aut.de instrumen.caute.τ fid.§.sed si instrumenta.colla.De quo est glos. in.l.hac cōsultissima.super verbo,octauum.C.qui testamen.face. possunt.Vbi etiam de hoc per Alexand.de imol.colum.vij.versicu.in glo.in verbo,octauum τc.et alios scribentes.de hoc etiam habetur per Joanñ.de imol.et docto.in.l.domitius labeo.ff.de testamen.

Consilium. CCCLVII.

De agnatione posthumi τ substitutione compendiosa,τ de quartarum detractione.

Summarium.

1 Posthumi agnatio quando non rumpat testamentum.
2 Substitutio facta per verba tractū tpis importantia qualis sit.
3 Substitutio cōpendiosa quando contineat tantum vulgarem,τ an expiret per aditionem prout vulgaris.
4 Substituo verbum ad que possit referri.
5 Verba directa,an τ quando possint obliquari.nu.seq.
6 Substitutio compendiosa facta per verba directa,an post pubertatem trahatur ad fideicommissum.
7 Trebellianica de fideicōmisso ad pias causas,an possit detrahi.
8 Vassalli an possint testari de bonis feudalibus.

Christi nomine inuocato.Viso consultationis themate mihi exhibito pte nobilis τ generosi viri Bartholomei martini et dubijs ex themate hmōi elicitis.Dico τ rñdeo breuiter τ succincte ad dubia hmōi put ĩfra.†Et pmo ad primū φ cū tpe mortis magnifici quōdã viri dñi Joãnis martini iuriū pfessoris eximij superesset nobilis Marcon⁹ martini ei⁹ fili⁹ naturalis τ legitimus pr̄ hui⁹ nobilis Bartholomei τ sic tenēs primū locū, nō erat opus ad validitatē testamēti eiusdē do.Joãnis,φ ipe ab initio eūdē nobilē Bartholomeū,si nat⁹ erat:vel posthumū,si natus nō erat vel ĩstitueret vel substitueret:nec ex illi⁹ natiuitate fuit postea ruptū testamētū,postφ vt predixi,supponim⁹ dictū Marconū vixisse tpe mortis ipsius quondã do.Joãnis,secus aūt esset si viuēte eodē do.Joãne mortu⁹ fuisset Marcon⁹:qr tūc p agnationē hui⁹ nobilis Bartholomei q primū locū cū fratrib⁹ suis tenere cepisset fuisset ruptuz testamentū propter preteritionē eiusdem Bartholomei,per id quod habetur in.l.gallus.§.ille casus indifficilis.ad fin.ff.de libe.τ posth[illegible].τ.l.posthumorum cum suis simili.ff.de iniust.rup.τ irri.testa.

†Ad secundū dico τ respondeo φ si substitutio facta de nobilib⁹ Petro τ Joãne inibi noiatis fuisset facta simpliciter,hoc est sine distributiōe tpis vel dictione importãte tractū tēporis,vt verbigratia:si dict⁹ do.Joãnes testator heredē instituisset Marconū filiū primogenitū,τ Petrū,τ Joannē ex eo nepotes substituisset,tunc qr dicti Petr⁹ τ Joannes fuissent dūtaxat vulgariter substituti,nō aūt etiã per fideicōmissum,per id quod voluit Bar.in.l.cēturio.col.mihi.ix.ver.secūdo oppo.ad pdicta,†τ videt φ hec substitutio cōpendiosa nō cōtineat nisi vulgarē τc.ff.de vulga.τ pupil.Jo.de imol.in.c.raynutius.in materia exēplarie substitutiōis.de testa.Lanfrã.in repeti. c.si pater.in materia cōpēdiose substitutiōis.ver.duodecimo φrit p cōclusiōe substitutiōis cōpēdiose.de testa.in.vj.τ Alex.de imol. in.l.hereditatē.ppe fi.C.de impube.τ alijs substi.φuis Bal.in.l. humanitatis.col.xv.ver.scdo φ itur τc.C.eo.ti.senserit τ nō bene scdm Jo.de imol.τ Alexã.de imol.vbi supra,φ eo casu censerent substituti etiã p fideicōmissum,sed qd predixi,veri⁹ est.Pro quo allegari solet.d.l.gallus.§.j.scdm vnã casus positionē.ff.de libe.et posthu.τ.l.iã hoc iure.§.j.ff.de vulga.τ pupil.Et si ita fuisset cū vt ponitur in themate,dict⁹ nobilis Marconus paternã hereditatē adiuerit vel illi se immiscuerit expirasset put expirauit vulgaris substitutio.l.post aditã.C.de impu.τ alijs substi.τ sic nihil potuissent aut possent prefati nobilis Petrus τ Joãnes petere in vim substitutionis de eis facte per dictum quondam do.Joannē testatorē.Sed substitutio predicta nō est facta sine adiectione verbi importantis tractum temporis:quia in ea posita sunt illa verba, post mortem dicti Marconi: que importãt tractum tēporis. Sed fortasse mihi opponetur φ dicti Petrus τ Joãnes fuerunt inuitati per verbū directū instituo. Dicit enim do.testator facio, instituo,τ ordino ego Joannes heredē seu heredes nobilē Marconum martini filium,τ post eum Petrum τ Joannem fratres. †Quo fit vt cū verbum directum non obliquetur,censeri non debeant dicti Petrus τ Joannes fuisse per fideicommissum substituti.Sed huic obiectioni videtur posse responderi φ verbū substituendo,quod sequitur posse referri nō solum ad breuiloquam seu reciprocam substitutionē factã de dictis Petro τ Joãne ad inuicem,sed etiã ad substitutionē factã de eis dicto nobili Marcono

vt sic censeatur dixisse dictus do. testator instituo et heredē facio Marconū filium, post eū Petrū & Joannem, & sibi inuicem si decederent &c. substituendo. Sed huic expositioni obstat illud verbum seu heredes. Nō enim solū dixit, facio, instituo, & ordino heredem meū nobilē Marconū, sed adiecit seu heredes, loquēs pluraliter. per quod videtur eum potius dixisse facio & instituo heredē seu heredes Marconū & post eum Petrū & Joannē, ita ꝙ hec verba Petrū & Joannē regantur a verbis facio, instituo, & nomino, nō a verbo substituendo. Obstat etiā huic opinioni verbū eos relatiuū Petri & Joannis, & quod secundū regulas grāmaticales nō debet regi a verbis facio, instituo, & ordino a quibus reguntur nomina Petrū & Joannē. 5 †Propter quod videtur aliter esse respondendū & posse respōderi ad dictā obiectionē, scilicet ꝙ licet verba predicta heredē seu heredes facio, instituo, et nomino sint verba directa, illa tamē possunt obliquari ex mēte testatoris. l. scenola. ff. ad trebel. Pro quo faciūt no. per Jo. and. in. c. si pater. in nouel. de testa. in. vj. do. Cardi. floren. in. c. raynutius. de testa. et quod ibi secundū Anto. de butri. tenēt docto. cōiter & Bald. in. l. ex tribus. C. de inoffi. testa. Bal. & Angel. in. l. j. in princi. ff. de vulga. & pupil. Saly. in. l. precibus. C. de impube. & aliis substi. et Gemi. in. d. c. si pater. et aliqui antiqui per Cyn. relati in dicta. l. pre- 6 cibus, †quatenus volunt ꝙ substitutio cōpendiosa facta per verba directa trahitur post pupillarem etatem ad fideicommissum. Pro qua opinione multa inducit Alexan. de imol. in. l. centurio. charta. vij. col. ij. versi. cōtrariū scilicet ꝙ post pupillarē etatem &c. ff. de vulga. & pupil. Preterea cū in dicto testamēto ponatur clausula codicillaris, scilicet si nō valeret iure testamēti volo &c. videntur sine dubio dicta verba, ꝗuis directa posse trahi ad fideicōmissum. d. l. scenola. quod etiam voluit Bal. in. l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupil. qḋ etiā voluit Alexā. de imol. in. d. c. centurio. charta. viij. colum. ij. versi. iuxta hoc etiam adde. Et ita videtur ꝙ dicta verba heredē instituo, facio, & nomino possunt obliquari, & sic ipsi censeri debent fuisse cū effectu substituti dicto Marcono eorum patri.

Venio ad tertium super quo dico ꝙ licet prefati nobiles Petrus & Joannes martini censeantur fuisse substituti dicto quondā Marcono: qr tamē idem Marconus mortuus est post pupillarē etatē, ille potuit detrahere legitimā in qua grauari non potuit. l. oīmodo. et. l. quoniā in prioribus. C. de inoffic. testa. Que cū tempore mortis & decessus dicti quondā dñi Joannis eidē supfuerint quatuor filij, & vna filia: fuit & est decima pars bonorū eiusdem. auc. de trien. & semis. §. j. collat. 7 iij. & transumptiue in auc. nouissima. C. de inoffici. testa. †De trebellianica autem an illam detrahere potuerit idē quondā Marconus seu aptius ei⁹ heredes est maior difficultas, propter id qḋ no. Roma. et post eum Alex. de imol. in. l. marcellus. ff. ad trebel. Roma. in auc. ciuiliter. C. ad legē falci. Pau. de cast. in. l. cū dotē. in lectura paduana. ff. ad legē falcid. Pau. de cast. consil. ccxxxvj. exordiēte, Dubitatio vertitur de bonis dicti quondā Frācisci &c. col. penulti. quatenus volūt ꝙ heres grauatus de restituēdo non potest detrahere quartam trebellianicā aduersus substitutū, si ille substitutus fuerit grauatus de restituēdo ecclesie aut alteri pie cause. Sed his nō obstātibus videtur posse dici ꝙ cū certum non existat ecclesias seu pias causas, quas post multos substitutionū gradus fecit idē quondā do. testator sibi successuras in fideicommisso eis relicto, non debēt heredes dicti nobilis Marconi interim impediri, quominus detrahant dictā quartā prestita per eos cautione de restituēdo id quod pro ea detrahent cōditione adueniēte, per id quod voluit Roma. cōsi. ccvj. exordiente, Licet de cōmuni conclusione quā omnes firmant &c. qui etiā ibi allegat Bal. in. l. auia. §. titio. ff. de cōdi. & demon. Et idem voluit Alexand. de imol. in. l. cum dotem. C. de condi. & demon. Pro quo allegat Alexan. de imol. in arg. l. in lege falcidia non habetur. ff. ad leg. falcid. iuncta. l. j. in prin. ff. vt legato nomi. caue. Hec aūt quarta est quarta pars residui, hoc est eius qḋ remansurum erat prius detracta legitima de illis bonis in quibus fuit idem Marconus heres institutus, iuxta theoricam quam ponit glos. in. d. c. raynaldus. super verbo, licet ipsas. de testa. & Jo. de imol. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. & pupil. & de his duabus quartis potuit testari dictus quondam Marconus. dicto. c. raynaldus. quod cum non fecerit eidem in illis successerunt quilibet pro triente seu tertia parte dicti nobiles Petrus, Joannes, & Bartholomeus. autenti. de heredi. ab intesta. §. j. colla. ix. et transumptiue in autenti. in successione. C. de legiti. libe. Preterea cum idem Petrus postea ab humanis & sine liberis intestatus decesserit, eidem successerunt, quilibet videlicet pro semisse seu medietate, dicti Joānes & Bartholomeus in eo quod habuerat de dictis duabus quartis, & in aliis bonis per eundem quōdam Petrū aliūde habitis, ꝗ iure fideicōmissi seu substitutionis superius mentionate. dicta auc. de hered. ab intesta. §. reliquum. Ex quibus quid & quantum petere possit idem nobilis Bartholomeus in bonis dictorum quōdam domini Joannis & nobiliū Antonij et Petri aui patris & patrui eiusdem Bartholomei.

8 †Ad quartum dico et respondeo breuiter & succincte ꝙ licet secundū consuetudines & iura bonorum feudaliū non possint vassalli testari de ipsis feudis. c. j. circa principiū. ibi, nulla ordinatione defuncti &c. de succes. feu. quia tamē tā in Prouincia ꝙ in regno, Dalphinatu, & comitat⁹ Venayssini feuda seu bona feudalia sunt reducta ad instar feudaliū, vassalli testantur & testari consueuerunt de illis prout de Burgensaticis seu aliis eorū bonis. Etiā in hmōi bonis feudalibus succedunt & succedere consueuerūt ab intestato proximiores mares, & femine put in aliis bōis, nisi infeudatio seu inuestitura de feudo facta aliter disponeret. Et sic puto ꝙ in bonis feudalibus dicti quondā domini Joannis martini possit dictus nobilis Bartholomeus succedere prout in aliis.

Cōsilium. CCCLVIII.

De testamento per vnum testem domesticum non improbando.

Summarium.

1. Hereditas quandiu ex testamento adiri potest, nō defertur ab intestato.
2. Testes vocati & rogati, an censeātur approbati vt amplius eis de inhabilitate non possit opponi.
3. Testibus domesticis que fides adhibenda, & an tres sufficiant.
4. Numerus supplet qualitatis defectum.
5. Testis non omnino inhabilis ad testimonium potest instrumentum testamenti solennisare.
6. Notarius qui testamentum recepit, an possit super illo examinari, & locum vnius testis tenere.
7. Missio in possessionem post visionem instrumenti non cancellati licet omissa fuerit citatio, an teneat: et que practica super hoc detur.

Testamētum nuncupatiuū quod fecisse legitur honesta quondā mulier domina Catherina relicta Vinsoni comitis loci Salonis, vtpote continens heredis institutionē sufficientem testium numerū & alia de iure requisita, fuit & est validū: & in vim illius bona et hereditas eiusdem quondā Catherine spectauerunt & pertinuerunt ac etiā spectant & pertinent honorabili viro magistro Guillielmo genesterij heredi per eā instituto & nominato, & qui eius hereditatē cū beneficio inuētarij adiuit & acceptauit repulsis & reiectis proximioribus ab intestato ipsius Catherine: 1 †quia ꝗdiu potest ex testamento adiri hereditas ab intestato nō defertur. l. ꝗdiu potest. l. nec is. §. fina. l. illud. l. in plurium. ff. de acqui. heredi. l. anteꝗ. C. cōmu. de successio. & l. j. §. j. cū suis simili. ff. si tabu. testa. nulle exta. Cui non obstat si forte opponeretur ꝙ honorabilis vir magister Laurentius belloni notarius, alter ex testibus predicti testamenti residentiā faceret pro discēda arte notariatus cū eodē magistro Genesterij. Tū qr cū tā ipse magister Laurentius ꝗ alij testes testamēti vocati extiterūt & rogati vt ei- 2 dem testamento interessent. †Et ita omnes cēsentur extitisse approbati, sic ꝙ nō possit amplius eis aut eorum alicui de inhabilitate opponi, per id quod singulariter voluit glo. in auc. de testi. §. & licet. in si. super verbo, supplicijs. collat. vij. quā glo. dicit Bald. in. c. ij. de testi. esse singularē. & Ange. in. l. j. C. de testa. illam etiam allegat Bald. in. l. parentes. C. de testi. Et procedit quod dicit dicta glo. non solum in testibus rogatis ab ambabus partibus, sed etiam in rogatis a testatore in quo est plena autoritas conficiēdi actū suum. l. qui testū. ff. de testa. quod etiam voluit Bal. in. d. l. 3 parentes. †Tum & quia esto ꝙ idē Laurentius ꝓpter domesticitatē, non fuisset al's omni exceptiōe maior, ipse tamē nō erat propter domesticitatē hmōi omnino repellēdus: qr ꝗuis domesticis testibus minus credatur ꝗ nō domesticis, ipsi tū nō oīno repelluntur: ꝓpter qḋ ꝗuis duo domestici testes al's nō sufficerent, tres tū 4 sufficerēt †: qr numerus supplet defectū qualitatis, ꝑ id qḋ no. Jaco. butri. in. l. iij. post princ. ff. de testi. & qḋ no. gl. in. d. l. iij. §. eiusdē. in verbo,

in verbo, numerus. dū dicit q̄ illud quod deficit in fide testiū supplet numerus. Facit quod not. Joan. andr. in addi. Specu. tit. de noto. crimi. §. fama. in addi. incipiēte, Allegato supra ⁊c. Joā. de imol. in. l. qui testamento. colū. j. ff. de testa. et Nicola. de neapo. in l. excusantur. in princ. in secūda colū. ff. de excusa. tuto. vbi allegat
5 glo. super dicto verbo, numerus. † Cum igitur idē Laurentius nō esset omnino inhabilis ad testimoniū ferendū, ipse potuit solēnizare instrumētū testamenti dicte quondā dn̄e Catherine, ita vt debeat eidē instrumēto plene credi, per id quod not. Anto. de butri. ⁊ Joan. de imol. in. c. ex literis. de trāsac. Cum etiā q̄ in dicto testamēto, vltra ⁊ preter prefatū Laurentiū interfuerūt sex testes viri honesti ⁊ omni exceptiōe maiores, per quos ꝓpterea videtur suppleri si quid fortasse deesse dici poterat de fide eiusdē Laurentij, per id quod not. Bald. ⁊ post eū alij magis cōiter in. l. si quis ex
6 argentarijs. §. cogētur. ff. de eden. † Cum ⁊ q̄ vbi oporteret recurrere ad examen testiū descriptorū in dicto testamēto, nō solū poterūt produci ⁊ de cōtētis in instrumēto testamenti examinari dicti testes, sed etiā honorabilis vir magister Andreas fontesij notarius q̄ de testamēto hmōi notā ⁊ instrumētū cōfecit, ⁊ valebit eius depositio, ac si fuisset vnus ex testibus rogatis. l. domitius labeo. ⁊ quod ibi Joan. de imol. ⁊ docto. ff. de testa. quod etiā voluit glo. ⁊ doct. in. l. hac cōsultissima. C. qui testa. face. pos. Et ita poterūt examinari ⁊ audiri, non solū septē testes sed octo. Et sic nō puto esse dubium quin testamentum predictum valuerit ⁊ valeat.

7 †Ceterum si quidaz Petrus raynaudi vel Alexius berēgarij eius pretēsus cessionarius ꝓtendat missionē i possessionē factā de eodē magistro Guillielmo post exhibitionē, visionē, ⁊ palpationē instrumēti p̄dicti testamēti non rasi, nō cācellati, vel al's in aliqua eius parte fuisse vel esse nullam fortasse rōne omissiōis citatiōis dicti Petri raynaudi, si tūc possi debat ⁊ petat illā declarari nullā, aut q̄tenus de facto vel al's ꝓcessit cassari ⁊ reuocari, poterit idē magister Guillielmus dicere ⁊ r̄ndere hmōi missionē seu tenutā fuisse ⁊ esse validā ⁊ nō esse reuocandā, cassandā, aut annullandā ipsiusq̄ Petri Raynaudi, aut Alexij nō interfuisse vel īteresse petere possessionē seu tenutā hmōi reuocari aut declarari fuisse vel esse nullā, cū si illa data nō fuisset, esset nūc danda cum per publicū instrumentū, nō rasum, non cancellatū, aut in aliqua eius parte suspectū appareat de institutiōe dicti magistri Guillielmi, quod exhibeat ⁊ petat citra p̄iudiciū prime tenute illā de nouo sibi dari ⁊ datā cōfirmari, iuxta practicā quam ponit Jaco. butri. in. l. fin. C. de edic. diui adri. tollē. vbi etiā idem voluit Saly. ⁊ huic practice quoad casum nostrū satis se cōformat id quod voluit Ange. ⁊ post eū Pau. de cast. ⁊ Romañ. in. l. si fini ta. in princi. ff. de dam. infec. Alexan. de imol. in. d. l. si finita. colū. vj. versi. vnde videtur sic posse ⁊c. Ang. are. in. §. quadrupli. in materia. l. fin. C. de edic. diui adri. tollen. versic. quero immissus est in possessionem ⁊c. institu. de actio.

Consilium. CCCLIX.

De bonis per monachū acquisitis in quibus non succedūt parentes, ⁊ de societate inter fratres, ⁊ de diuisione bonorū, ⁊ de prescriptione actionis familie erciscunde.

Summarium.

1 Monachus an possit acquirere de fructibus ecclesie suis parentibus.
2 Emptio facta per episcopum, ⁊ ad cautelam nomine alterius desi gnata, an acquiratur ecclesie.
3 Societatem contraxisse, an videantur fratres seorsum manētes.
4 Conscientia offendi non debet.
5 Diuisio inter fratres qualiter facienda.
6 Actio familie erciscunde quanto tempore prescribatur.
7 Communio lites parere solet.

Viso consultationis themate mihi exhibito parte nobilis viri Duroni chalholi, et dubijs ex casu hmōi elicitis. Dico ⁊ r̄ndeo breuiter ⁊ succincte ad p̄dicta dubia ꝓut infra. ꝓ quorū faciliori respōsione p̄mitto q̄ ꝓut ponit in casu nobilis quōdā vir Joānes chalholi pater dicti Duroni, ⁊ Antonius chalholi eos heredes instituerit. Et sic ipsi Duronus ⁊ Antonius eidē Joāni eorū patri successerint, nō pōt nec de iure debet idē Duronus denegare, quominus paterna hereditas ⁊ bona communia diuidantur.
1 † Premitto insuper q̄ cū dn̄s prior sancti Andree tēpore acquisitionis bonorū existētiū in loco ⁊ territorio de Upaysio esset vir religiosus, ipse nō potuit nec de iure debuit acquirere Antonio fratri suo, sed prioratui seu monasterio cuius erat monachus, saltē de bonis seu fructibus, prouētibus, ⁊ emolumētis dicti prioratus. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Inno. ⁊ docto. in. c. cū in officijs. de testa. Bal. in auß. licentiā. C. de episco. ⁊ cleri. Bal. in. l.
2 mancipia. ⁊. l. seq. C. si quis alte. vel sibi. † vbi dicit q̄ prelati ecclesiarū in instrumētis emptionū frequēter nō faciūt apponi nomē suū, sed nomen alterius ne bona acquirātur ecclesie. sed cōtra eorū dolositatē prouidet lex: q̄ hoc nō obstante illa acquirunt ecclesie. Pro quo allegat Bald. no. in. l. vxor marito. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊ quod voluit Inn̄. in. d. c. cū in officijs. Idē etiā voluit And. sicu. cōsi. xxvij. exordiēte, Scripsit doctissimus apud Grecos summe philosophie princeps Plato ⁊c. charta vlti. col. j. versi. ⁊ adducō. l. mācipia ⁊c. in prima parte. vbi allegat Bal. ⁊ alia per Bald. allegata in. d. l. mancipia. allegat etiā id quod voluit Bald. in. l. cū ipse. versi. quero. l. nostra loquitur de officiali ⁊c. C. de cōtrahē. emptio. ⁊ vēdi. in. l. si vt proponis. C. de rei vēdi. ⁊ in. l. j. C. si seruus exte. ⁊ in. c. ecclesia sancte Marie. vt lit. pendē. Pro quo etiā facere dicit. c. j. ⁊ quod ibi Panor. de pecu. cleri. Et nō solū ꝓcedūt predicta si ex bonis vel fructibus ecclesie fuerint immediate dicta bōa acq̄sita, sed etiā si fuissent bona seu fructus ⁊ redditus hmōi vēditi, ⁊ deinde ex illorū pretio bona acquisita, vt voluit Andr. sicu. in. c. inquirendū. col. vj. ver. sed pone vnū quod est mihi nouū ⁊c. de pecu. cleri. Et hec procederent etiā si dictus do. prior fuisset p̄latus secularis, multo fortius vbi erat regularis. Et ita quoad hec bona videnf isti nobiles Duronus ⁊ Antonius cōtendere de pelle capri-
3 na: quia nec ista bona Duroni nec Antonij sed ecclesie. † Si vero fuissent acquisita per Antoniū vel ex bōis suis vel ex pecunia dotiū suarū vxorū, illa fuissent acquisita eidē Antonio ⁊ essent sua si essent acq̄sita nomine suo, nec essent cōmunicāda ipsi Durono, postq̄ vt audio isti duo manebāt seorsum ⁊ ad partē: vnus videlicet in Upaysio, ⁊ alius in Bastida mōtissolei, nec dicūtur aliquid fecisse per q̄d cēseatur societas fuisse īter eos tacite vel expresse cōtracta, nisi forte pretēderet q̄ ex eo quia p̄rna hereditas ⁊ bona remāserūt indiuisa, censeri debeāt ipsi Duronus ⁊ Antonius, saltē tacite cōtraxisse societatē. Sed hoc nō est verū. l. cū duobus. §. si fratres. al's est. l. papinianus. ff. ꝓ socio. l. ex parte [illegible] erciscū. q̄d etiā satis colligitur ex his q̄ no. Bart. ⁊ doct. in [illegible] truus. C. cōi. vtriusq̄ iudi. Bart. ⁊ Bald. in. d. §. si fratres. Pe. de vbal. in suo tracta. socie. in tertia parte. col. vj. ver. primus q̄n neuter ⁊c. ⁊ Jo. Pe. ferra. tit. for. libel. quo agi. ꝓ heredi. vel re singula. diui. in glo. super verbo, cōiter ⁊ ꝓ indiuiso. versi. insuper queritur pone q̄ mortuo patre isti fratres ⁊c. Et hoc maxime ꝓcedit: ꝓ eo q̄ vt prediximus, tp̄e facte acquisitiōis prefati nobiles Duronus ⁊ Antonius manebāt vnus seorsum ab alio. Pro quo videri pōt id quod ponit Alexā. de imol. consi. xlviij. exordiente, Super hesitatione qua queritur ⁊c. col. iiij. in primo volu. vbi multa inducit. Et per hec patet responsio ad primum quesitum.

Ad secundū quesitū nō possum perfecte respōdere, pro eo quia nescio formā appūctuamenti quod isti facere volunt. Consulo tamen q̄ nō laborent aliquid fa
4 cere in fraudem dominorū directorū. † Cum propter cōscientiā quā offendere nō debent. Cū ⁊ ne deterius eis contingat. Si vero ipse nobilis Duronus intendat per viā appūctuamenti, ⁊ cū pecunia acquirere partē ⁊ portionē dicti nobilis Antonij, debebuntur laudimia dominis directis, qui etiā poterūt illā partē retinere iure p̄lationis ꝓ illo pretio si eā habere maluerint q̄ laudimia. Et ideo si velit ipse nobilis Duronus habere cōsiliū magis specia le ⁊ ītelligere an tenebit ad laudimia, opus est q̄ ipse narret magis in specie quomodo appunctuare velit, ⁊ querat si sic faciendo tenebitur ad laudimia, ⁊ tunc auctore domino respondebo.

5 †Ad tertiū dico ⁊ respondeo q̄ pro faciēdis diuisionibus, ⁊ ne ipse nobilis Duronus ledatur, poterit ipse vocare aliquos prudentes ⁊ probos viros qui habeāt notitiam bonorum paternorum, vt sic fiant partes seu partende equales: deinde fiāt sortes prout in talibus fieri solet, ⁊ facta diuisione poterunt se prefati Duronus ⁊ Antonius mutuo ⁊ inuicē quittare in forma de omnibus ⁊c. Et si Antonius peteret partē fructuū per ipsum Duronum perceptorū, poterit idem Duronus opponere de debitis paternis per eum solutis si que sint, de talhijs ⁊ alijs oneribus per eum supportatis.

Ad quartū dico et respōdeo q̄ licet dicti nobiles Duronus ⁊ Antonius habeant fratrem, non

tamen poterit ipse frater aliquid pretendere in quota & portione eidē Durono remittenda per dictū Antoniū: seu diceret ꝙ ad causam remissiōis hmōi, ipse frater aliqd habere debeat in illa quota seu parte: quia cū quilibet sit moderator & arbiter rei sue. l. in re mādata. C. māda. l. polla. C. de his quib. vt indig. & c. de his. ad fi. de sepul. ipse nobilis Antonius potest illā partem remittere, cui vult nec potest ille frater eā retinere vel propter remissionē hmōi ius pretēdere de iure cōi. l. dudū. C. de cōtrahen. emp. & vēdi. & qđ not. docto. in. c. constitutus. de in integ. restitu.

6 †Ad quintū dico et respōdeo eundē nobilē Duronū non posse opponere de ꝑscriptiōe bonorū predictorū seu dicte dimidie partis. Pro eo qꝛ cū dictus quondaz Joānes eosdē nobiles Duronū & Antonium heredes instituerit quēlibet videlicet ꝓ semisse seu dimidia parte, & ipse Duron⁹ hoc sciuerit, & sic habuerit scientiā rei aliene: nō potuit ꝑscribere dicta bona seu partē illorū. c. fi. de prescrip. & regula possessor malefidei. de regu. iur. in. vj. Et hec procedūt quoad substitutionē dominij, sed si loqueremur de prescriptione actionis familie erciscūde, que cōpetijt pro hereditate seu bonis hereditarijs diuidundis, tūc dico ꝙ si dicti Duronus & alius frater nō possederint soli dicta bona loci & territorij Bastide mōtissilei per. xxx. annos ante sibi motā controuersiā, nō est prescriptuz aduersus hanc actionē. l. vnus. cū suis similib. C. in quibus cau. cessat longi tēpo. prescrip. Si vero ante cōtrouersiam hmōi triginta annis possedissent, tūc esset maior difficultas, pro eo qꝛ glo. in. §. quedam. institu. de actio. & in l. j. §. j. C. de anna. excep. quam & ibi & alibi sequūtur multi doc. voluit ꝙ per lapsum triginta annorū prescribatur huic actioni, etiā si ambo possideāt, quod multofortius procedit vbi vnus illo tpe possedit, & alius nō. Nā tūc videtur ꝙ aduersus illū qui nō possedit fuerit prescriptū ne possit vlterius intētare actionem familie erciscūde pro obtinenda diuisione. d. l. j. §. ad hec. C. de anna. exceptio. quē ita intelligit Cy. in. d. l. j. & Bald. in. l. fi. col. fi. ver. similis questio est &c. & do. Jason may. in. d. §. quedam: colū. vij. ver. quicquid sit stabit ex ꝓdictis magis cōmunis cōclusio &c. ibi. nec huic conclusioni &c. Sed vt mihi videtur istud parū prodesset huic nobili Durono, postꝙ bona remanerēt cōmunia inter eosdē Duronū, Antonium & eius fratrem: quia sic posset etiā ipse Antonius

7 possidere partē suā pro indiuiso, & percipere fructus. † Et si cogerē [illegible] in cōmunione, possent ex hoc insurgere lites & dissen[illegible] quas parere solet cōmunio. l. cū pater. §. dulcissimis fratribus. ff. de lega. ij.

Ad sextū & vltimum quesituz patet responsio ex predictis. Cum enī vt superius dixi, dictus nobilis Duronus nihil habeat in bonis de Vpasio, non est querendum de illorū diuisione facienda de bonis hmōi inter ipsum et dictū Antoniū. Et sic consequenter nec de detractione dotium vxorum eiusdem Antonij. Que omnia dixerim &c.

Consilium. CCCLX.

De rebus ecclesie non alienandis.

Summarium.

1 Alienatio rei immobilis ecclesie sine solēnitate est inualida. nu. 3. & que sit.
2 Collegium clericorum, an sit collegium ecclesiasticum.
4 Autentica hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. eccle. in quibus sit per ecclesiam recepta, & in quibus reiecta.

1 Venditio † quā fecisse dicūtur venerabiles & egregij viri domini Rector et collegiati venerabilis collegij sctī Nicolai de Anniciaco in studio Auenionēsi fundati, seu ꝑ eis & eorū noīe venerabiles & egregij viri dñi Aymo milheretī tunc rector, Joannes de prato comitali capellani perpetui, Antoni⁹ teste, Ludouicus perrerij, & Bertrandus agaroni collegiati eiusdem collegij, de quodā eiusdē venerabilis collegij Prato franco & allodiali sito in territorio Auenionēsi, loco dicto Alamilheti prope molendinū de Spica, suis cōfrōtato, fuit & est nulla vtpote facta non subsistēte causa legitima, & nō seruata iuris solennitate de re immobili

2 ecclesie seu collegij ecclesiastici. † Est eniz dictū venerabile collegiū vtpote clericorū collegiū ecclesiasticū, ꝓ id qđ no. Pañ. in. c. ex lrīs. col. j. ver. quō autē cognoscatur. de cōstitu. in quo etiā prefat⁹ do. rector & collegiati viuūt ritu ecclesiastico: habētes ecclesiā, altare, & cāpanas. Insup & ꝑsbyteros ꝑpetuos qui etiā collegiati existūt, & huic ecclesie deseruiūt. Habētes etiā si nō fallor curā animarū eorūdē do. Rectorū & collegiatorū. Habēt insup beneficia ecclesiastica dicto eorū collegio seu ecclesie vnita & annexa, quod nō esset si esset

3 collegiū seculare seu laicorū. † Ad hoc ergo vt valeret venditio dicti prati opus erat subesse causam legitimā, & in ea obseruari canonicā solēnitatē ꝓut dixi fore necessariā in alienatione bonorū immobiliū ecclesie, quorū tñ nullū videtur interuenisse in vēditione dicti prati. Et primo quidē nō causa legitima, nō enī suberat necessitas, propter quā oportuerit pratū hmōi vēdi, nec etiam causa incōmoditatis que tūc subesse dicitur, qñ res ecclesie est sibi magis dānosa ꝙ vtilis. Nō etiā causa pietatis, & vt puto nō est dubiuz ꝙ nulla causarū hmōi tūc subesset. Insup nec suberat causa vtilitatis ꝙ tūc subesse dicitur qñ ecclesia rē suā alienat vt aliā habeat meliorē. c. vt super. §. j. de reb. eccle. nō alie. & auť. hoc ius porrectū. C. de reb. eccle. nō alie. qđ nō est factū hic: sed vēditū dictū pratū pretio quadringētorū & qnquaginta florenorū. Et ꝙuis tpe facte venditiōis dicti prati cōuentū extiterit de cōsignāda forte maiore pensiōe quā esset illa annua pecunia, ꝙ annis singulis pcipiebatur ex loquerio dicti prati, nō tñ apparet quin forte pratū potuerit plus locari. Preterea ius predicti collegij securi⁹ cōsistebat in dicto prato ꝙ super gabellis &c. que forte possunt pro nutu superioris tolli vel extingui: quod si fieret omnino extingueretur ius predicti collegij, eo qꝛ per consignationē voluit dñs emptor liberari. Preterea si collegiū tūc habebat pecuniā aliūde, vtilius erat illaz expēdere in acquisitionē faciendā super gabellis ꝙ vendere & distrahere rē pretiosam & immobilē predicti collegij. Etiā nec interuenit canonica solēnitas, que iter cetera nō solū exigit tractatū qui precedat rei alienationē & in quo tractari debet, an subsit causa vtilis vel necessaria. vt no. Lauren. de rodul. in repeti. dicti. c. sine exceptione. in. ix. q. sed etiā exigit cause cognitionē, ita vt nō sufficiat inquirere & tractare, an subsit necessitas vel vtilitas alienādi: sed inquirere & tractare oportet, an propter illam causam occurrentē potius expediat alienare hoc prediū ꝙ aliud. Possibile est eniz ꝙ subsit causa iusta alienandi, & tñ nō expedit alienare quodlibet prediū: debet ergo discuti qđ magis expediat alienare. l. magis. ff. de reb. eo. Et sic necesse est ꝙ tractetur non solum circa causam alienationis, sed etiā circa rem alienandā secundū Laurē. de rodul. in repe. dicti. c. sine excep. in. x. q. qui etiā pro hoc refert Fede. de señ. consil. cxxxvij. Pro quo facit text. in. d. c. j. de reb. eccle. nō alie. in. vj. ibi, & quia tractatus solēnis & diligens &c. vbi ponderandū est ꝙ nō solū dixit tractat⁹ solēnis, sed addidit & diligēs, qui diligens esse nō videtur nisi de his omnibus habit⁹ extiterit seu cognitū & deliberatū, per que ipsius ecclesie vel collegij vtilitas procuretur quoad omnia & singula possibilia, tunc autem dicetur fuisse diligens tractatus quando fuit discussum non solum an vtile esset vēdere, sed an vtile esset vendere magis hoc ꝙ illud: cum possibile sit vtile vē

4 dere, & tamen forte non est vtile vendere illud. † Et ꝙuis secundū opinionem docto. magis communez. auť. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccle. non fuerit quoad decretum, subhastationez & quedam alia per ecclesiam recepta, non est tamen refutata quoad cause cognitionem solēnem & diligentem adhibendaz. Pro quo remisisse sufficiat ad ea que refert & not. domi. Fely. in. c. cum causa. colum. iij. de re iudi. vbi etiam sentit ꝙ testes iurati examinari debeāt super pretio seu estimatione rei alienāde. auť. de non alie. aut permutā. §. quod auť. a quo extracta est dicta auť. hoc ius porrectum. & subiūcit domi. Felyñ. vbi supra, ꝙ respectu iuramēti stat solēnitas predicte auť. quoad forum ecclesie, quod signari mādat dicēs se habuisse de facto. Ex quibus & alijs que pro hac parte videntur posse induci, existimo sub correctiōe cuiuslibet domini melius sentientis, et salua pleniori deliberatione ꝙ dicta venditio fuerit nulla, & ꝙ ꝓpterea dictū venerabile collegiū possit recuperare dictum pratum. Et forte ad euitandū circuitū, & alias inuolutiones, nō esset malum ꝙ illi domini collegiati qui noluerūt ratificare contractum & alij tunc absentes, & postea collegiati experirentur & agerent nomine collegij pro recuperatione dicti prati.

Consilium. CCCLXI.

De indictione in instrumento omissa, et de diuidenda inter liberos legitima.

Summarium.

1 Indictio omissa in instrumēto, an & qñ vitiet instrumentū.
2 Tabellionis consuetudo, an inspiciēda in notis instrumentorū.

3 Legitima inter liberos qualiter diuidenda.
4 Clausula codicillaris quid operetur.
5 In pupillari substitutione que bona veniant.
6 Alimentorum actio absenti, an queratur per iuramentū cōtrahē tium, an teneatur mulier negotiari pro alimentis.
7 Binuba quando perdat proprietatem solo vsufructu apud eam remanente.

Christi nomine inuocato. Uiso consultationis themate mihi exhibito parte honeste mulieris Antonete goze, Joannis bouerij, et Raymundi garnerij, ac dubijs et quesitis ex casu hmōi elicitis. dico et respondeo breuiter et succincte ad dubia hmōi prout ifra. † Et primo 1 ad primū, quod licet indictio sit de substātia seu forma instrumēti, et illius omissio vitiet secūdū ius cōe instrumentū. auẗ. vt prepona. nomen impera. colla. v. et quod voluit tit. de instru. edi. §. breuiter. versic. post annos dñi. Bar. et docto. in. l. nominatim. ff. de condi. et demō. et plenius in. l. si librarius. ff. de regu. iur. et Cano. in. c. inter dilectos. de fi. instru. Si tamen cōsuetudo aliter se haberet, vt quia de ea nō poneretur indictio in instrumētis, nō vitiaretur instrumētū ꝓpter omissionē illius, sed ea nō obstāte probaret. vt no. Specu. in. d. §. breuiter. ver. post annos. et §. cōpendiose. ver. nūquid de cōsuetudine etc. et Jo. and. in data. vj. libri. col. iij. in nouel. Ang. cōsil. ccvij. exordiēte, Reperitur quedā imbreuiatura cuiusdā notarij etc. In instrumētis enim cōficiēdis multū attenditur consuetudo loci in quo confectū fuit instrumētū. vt post Dyñ. voluit Albe. C. de nouo. C. cōponen. col. vij. ver. aliud est circa hoc notādum. Et forte ad hoc sufficeret cōsuetudo 2 illius notarij qui recepit instrumētū, † quia cōsuetudo seu mos illius vt patrisfamilias inspici debet. l. vel vniuersorū. et quod ibi not. ff. de pigno. actio. quā. l. in simili ad consuetudinē tabellionis attēdendā inducunt Cyñ. et Bal. in. l. gallus. §. idē credendū. ff. de lib. et posthu. Si ergo reperirētur protocolla dñi Benedicti ducis qui testamentū ꝓbi quondā viri Raymūdi girardi dicitur recepisse, et in illis appareat quod ipse omittere cōsueuerat descriptionem indictionis, vel si de cōsuetudine nō poneretur tēpore receptionis instrumēti in loco Cayrane, tunc nō putarē instrumētū ꝑdicti testamenti vitiari, alˢ vero putarē nō probare, per ea que dixi in principio, et quod voluit Ange. in dicto consi. ccvij.

3 **† Ad secundū dico et respondeo** quod ꝑ illa verba, iure hereditarie portionis, satis videtur dictus quondā Raymundus reliquisse iure institutionis illis tribus eius filiabus ea que eis reliquit, ita vt nō potuerint aut possint aliquid petere vltra predicta. Si tamē illa suffecerint et sufficiant ad legitimā q̄ erat et est pro qualibet ex dictis filiabus duodecima pars bonorū dicti quondā Raymūdi: quia cū eidē superfuerint sex liberi. s. tres filij et tres filie, horū oim legitima fuit semis seu dimidia pars bonorū eiusdē. auẗ. de trien. et semis. §. j. collaẗ. iij. et trāsumptiue in auẗ. nouissima. C. de inoffi. testa. Et hec dimidia pars diuidenda est equis portionibus inter dictos liberos, et sic quilibet habitur est pro dicta legitima sextā partē huius dimidie partis et duodecimā omniū bonorū. Et intelligo omniū bonorū, hoc est eorū q̄ supsunt deducto ere alieno et funeris impēsa: quia legitima est quota bonorū nō hereditatis. l. papinianus. §. quarta aūt. ff. de inoff. testa. quod etiā voluit Bar. et docto. in. l. ex facto. la grāde. ff. de heredi. insti. et Bald. in. l. quotiens. C. eo. tit. post Jaco. butri. in. l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. Et in hac legitima non potuerūt dicte filie granari. l. omnimodo. et. l. qm̄ in prioribus. C. de inoffici. testa. Preterea supposito quod dictū testamentū fuisset nullū ratione pretēse preteritiōis, hoc est quia forte videtur quod eisdē relicte nō fuerint ille summe pecuniarie iure institutiōis, vel alˢ vt oportebat secundū dispositionē iuris nouissimi, non ꝓpterea potuissent aut pos-4 sent ipse filie aliquid petere vltra earū legitimas. † Et hoc ꝓpter clausulā codicillarē. Si nō valet iure testamēti etc. positam in testamēto, per quā censetur idē quondā Raymundus eas granasse de restituendis earū portionibus heredibus institutis, per id quod not. Jo. de imol. in. l. ex ea scriptura. §. ex his verbis. ff. de testa. Angel. cōsi. ciiij. Alexā. de imol. cōsil. clxij. in primo quesito. in secūdo volu. et docto. in auẗ. ex cau. C. de libe. preteri. vel exhereda.

5 **† Ad tertiū dico et respondeo** in primis quod honesta mulier Antoneta relicta dicti Raymundi et mater Joānis iunioris vita functi in pupillari etate in nullo sibi successit sed sibi successerūt eius coheredes et sibi substituti, per ea q̄ habenẗ in. l. precibus. et quod ibi gl. et docẗ. C. de impu. et alijs substi. docto. in. l. cēturio. ff. de vulg. et pupil. et in. c. si pater. de testa. in. vj. Et in hac pupillari substitutiōe veniūt oīa bona dicti quōdā Joānis ipuberis. l. sed et si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. et pupil. Quo ad bōa Antonij facti adulti et postea vita fūcti. Dico et rñdeo quod illa pars et portio quā habuerat ivi ꝑ fne substitutiōis debuit ivi fideicōmissi seu substitutiōis restitui Joāni seniori eius fratri sibi substituto detractis duabus q̄rtis. s. legitia et trebellianica: in quibus et in alijs bōis ꝑ eūdē Antoniū acq̄sitis, si q̄ erāt successerūt ꝑfata Antoneta mr̄, si nōdū secūdo nupserat: et liberi eius, mares et femine, quilibet vcz ꝑ sua virili portiōe. auẗ. defuncto. C. ad tertu. et in corpore vnde sumitur. Quo vero ad successionē Catherine inibi nominate. Dico quod sibi successerūt eadē Antoneta que nōdū secūdo nupserat et eius liberi frater et sorores vtrinq̃ coniuncti eiusdem Catherine, quilibet videlicet ꝑ suavirili portione. auẗ. defuncto.

Ad quartū dico et respondeo quod cū dicta Antoneta mater Joānis girardi senioris fuerit ꝑ eum heres instituta, ipsa in primis succedit et succedere debet in tertia parte illius partis seu portiōis in qua per dictū quōdā Raymūdū heres institutus extiterat dictus Joānes eius filius, itē et in tertia parte illius dimidie partis que ad eū deuoluta est ex successiōe Joānis iunioris. Insuper et in tertia parte illius quod iure fideicōmissi et duarū quartarū habere debuit de bonis Antonij vita functi, et in tertia parte illius virilis partis seu portiōis, quā vt ꝑdixi, habere debuit de bonis predicte Catherine. Alias vero duas tertias partes habuerunt Raymundus garnerij et Joannes garnerij invim societatis contracte et inite inter eosdem Joannem girardi, Raymundum garnerij, et Joannem bouerij.

Ad quintū respondeo patere responsionē ex his q̄ superius dixi. s. quod ex ꝑsona sua nihil habet in successiōe Joānis iunioris, sed tamē heres Joānis senioris habet ab vna parte tertiā dimidie, ab alia parte habet tertiā partem eius quod habuit dictus Joānes senior iure fideicōmissi et quartarum in bonis dicti quōdā Antonij, habet etiā ipsa Antoneta ex sua ꝑsona in duabus quartis quas detrahere potuit ipse Antonius suā virilē portionē de qua superius dixi. In bōis vero ꝑdicte Catherine habet ex sua ꝑsona virilē portionē de qua superius dixi, et ex ꝑsona Joannis senioris habet tertiam partem alterius virilis portionis.

6 **† Ad sextū dico et respondeo** quod licet pactū de quo ibi factū extiterit inter ꝑfatos Joānē girardi, Raymundū garnerij, et Joānē bouerij absente eadē Antoneta, fuit nihilominus eidē Antonete q̄sita actio ꝓpter iuramētū interpositū in cōuentiōe hmōi, in vim cuius pōt idē Garnerij cōueniri ad contribuēdū in alimētis ꝑ dimidia parte, ꝑ id quod voluit gl. in. c. quotiēs cordis oculus. j. q. vij. et Alexan. de imol. in. l. stipulatio ista habere licere. §. alteri. ff. de verbo. obligatio.

Ad septimū dico et respōdeo quod cū in cōuētione ꝑdicta dictū nō extiterit quod ꝑfatus Joānes girardi senior, et Raymūdus garnerij tenerenẗ post factā diuisionē per eos et Joānē bouerij, si eā fieri cōtingeret nutrire et alimētare ꝑfatā Antonetā in eorum domibus, sed simpliciter dictū et cōuētū extiterit quod ipsi Girardi et Garnerij eā alere tenerenẗ, non teneẗ ipsa accedere ad domū dicti Garnerij et ibi negotiari ꝑ habēda dicta dimidia parte alimētorum. l. libertis. §. fi. et quod ibi Bar. et doc. ff. de alimē. et ciba. leg. et quod no. Spec. ti. q̄s. l. sint legi. ver. q̄d si. et seq. et doc. i. l. diuortio. i ꝑn. ff. sol. mat. iūctis his q̄ no. Alex. de imol. et doc. i. l. fuū filij. §. eū q̄ chyrographū. ff. de leg. j. et docẗ. i. l. pactū iter heredē. ff. de pac. q̄tenus volūt bonū eē argumētū de vltia volūtate ad contractū.

7 **† Ad octauū satis patet rñsio** ex predictis. Ubi tamē aduertendū est quod quo ad illas viriles portiones quas ex sua persona habuit eadē Antoneta de dictis duabus quartis bonorum Antonij, et de bonis Catherine, ipsa perdidit proprietatem: pro eo quia conuolauit ad secūdavota solo vsufructu apud eam remanente. autenti. ex testamento. C. de secund. nupẗ. Et hoc si prefati Joannes iunior et Catherina ab humanis decesserint, priusq̃ ipsa Antoneta secundo nuberet. Si vero ipsa primo nupserit, q̃ ille decesserint, ipsa non successit illis, nisi quo ad vsumfructū virilis portiōis. Et ꝑ latius declarāda hac materia vellē habere ꝑsentia venerabilis viri do. Petri pauini amici ꝓtiū.

Ad vltimum nō possum tute respondere pro eo quia nō satis intelligo quid ibi queratur.

Cōsilium. CCCLXII.

De consuetudine reddituū ad habitationē dñi portādorū.

Summarium.

1 Subditi an et quando cogi non possint a dominis ad redditus in eorum penam ferendos. nu. 6.
2 Consuetudo in redditibus leuandis et portandis, an seruanda. nu. 4. 5.
3 Debitor pro debito soluēdo quādo debeat ire domū creditoris, et quid de canone pro re emphitheotica. 5.
5 Nisi, est dictio exceptiua, et quid significet.
7 Consuetudo immemorialis priuilegium inducit.

1 SI† est verū quod ponit in cōsultationis themate parte vniuersitatis et hoīm loci de Albanea mihi exhibito, scilicet q dñi directi habētes et percipiētes cēsus et seruitia ab vniuersitate seu hoībus predictis, et pro pdijs et possessionibus in dicto loco seu ei9 territorio existētibus illos recipere in domibus hominū hmōi cōsueuerint et ipsi hoīes portare ad arcem seu castrū reuerendi in Christo patris dñi abbatis sancti Uictoris ibi existētis, vel ad domos aliorū dominorū directorū nō sunt soliti, et hoc a tpe et per tēpus de cui9 initio hoīm memoria nō existit. Dico et respondeo dictā vniuersitatē seu hoīes predictos nō esse cogēdos portare seu deferre dictos eorum cēsus seu seruitia ad arcē predictā seu domos aliorū dominorū directorū, per id qđ habetur in. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. et esti. l. j. §. vltimo. ff. de aqua, pluuia. arcē. c. mos antiquus. lxv. dist. et qđ no. Joan. et Hosti. in. c. super quibusdā. de verbo. signi. et quod habet in. c. j. ad fi. et quod ibi glo. de prescri. in. vj. †et q in talibus seruari debeat cōsuetudo, voluit Jo. de imol. in. c. significāte. ad fi. de pigno. qui p hoc allegat not. in simili p Bar. in. l. si non sortē. §. libert9. ff. de cōdi. indebi. Et pūto q eū allegare voluerit in col. penul. versi. quid ergo dicemus de alijs. Hoc etiā videtur voluisse Bar. in. l. item illa. col. ij. ver. tu distingue latius secundū Guillielmū etc. ff. de cōstitu. pecu. †vbi no. Bar. q si solutio fieri debeat respectu alicui9 rei, et pro aliqua re, et creditor sit eiusdē fori in quo res illa situata est, debet reus hoc est debitor ire ad domū actoris. l. ij. C. de iure emphi. l. forma. §. si ve[illegible] [illegible] qui. mo. natu. effi. sui. §. si quis igitur ex qua[illegible] colla. vij. Si vero nō esset eiusdē fori, tūc nō tenetur debitor ire extra locū sui domicilij. ar. dicte. l. itē illa. et quod ibi gl. et ex hoc infert Bar. q ille q debet soluere debitū canonē p re emphitheotica si dñs esset alterius fori, sufficit q in die in qua debet soluere, ipse in domo sua dicat: ego sum paratus soluere canonē si esset qui reciperet, et hoc faciat scribi, debet enī creditor ire ad eū, nō ipse ad creditorē alterius fori. d. l. itē illa. et subiūgit Bart. ad meū propositum, nisi aliter se haberet cōsuetudo. †Uult ergo et sentit Bar. q licet creditor alterius fori accedere debeat ad domū debitoris, nō econtra: si tamē cōsuetudo aliter se haberet, illa esset seruāda, et deberet debitor alteri9 fori accedere ad domū creditoris. quod satis expressit Bar. pter illā dictionē, nisi. †que dictio exceptiua significās oppositū antecedētis cui immediate aduersatur. l. extraneo. ff. de vētre in pos. mittē. l. iij. ff. de custo. reo. l. actione. et qđ ibi doct. C. de trāsac. et. c. cū accessissent. ad fi. de cōstitu. Seruanda est igitur secundū Bart. cōsuetudo hmōi, ergo etiā cōsuetudo que habet q creditor eiusdē fori accedat ad domū debitoris seruāda est, cū eadem ratio videatur esse vtrobiq vel saltē non videatur esse maior in casu in quo loquitur Bar. q in isto: immo vt videtur minor. argu. l. arrianus. ff. de actio. et obligatio. †Preterea vbi cēsus et seruitia predicti cōsisterēt in fructibus, vtpote forte in granis, in vino, vel racemis, vel oliuis, aut in alijs fructibus: et deberēt solui de dictis eorū predijs, tunc de iure nō tenerētur etiā cessante cōsuetudine predicta dicti vniuersitas et homines deferre fructus huiusmodi ad dictam arcem seu castrum: sed deberent per dictum reuerendum do. abbatē seu eius pcuratores et exactores recipi in domib9 debitorū vel in arcē aut in locis in quibus excreuerūt, et sumptib9 eiusdē reuerēdi dñi portari ad dictā arcē. l. pretor. §. fi. ff. de eden. l. qđ legatur. ff. de iudi. l. j. §. licet aūt. ff. de pericu. et cōmo. rei vēdi. et l. cū res. in prin. cū suis simili. ff. de lega. j. quod etiā voluit Bar. in d. l. itē illa. in fi. principij. ver. et predicta oīa sunt vera etc. et Joan. de imol. in. c. significāte. col. fi. ver. et predicta dicit Bar. etc. Et per hec patet respōsio q ipse reuerēdus dominus abbas sancti Uictoris dictos suos emphitheotas cogere nō possit ad sibi deferendū censūs et seruitia cōsistētes in predictis ad dictū castrū: qui sine custu et expēsa ad illud deferri nō possunt. † Adijcio q cū vt ponitur in facto et superius dixi, vniuersitas seu hoīes predicti de cōsuetudine cuius initij memoria nō existit soluerint, vt predixi, et portauerint ad dictum castrū, illa consuetudo ius siue priuilegiū induxit. d. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. et esti. et alijs iuribus allegatis per glo. in. d. c. super quibusdā. §. preterea. de verbo. sig. Et ita non videtur posse ipse reuerendus dominus abbas. Tum propter predicta. Tum et quia ipse insequendo morem suorū predecessorum iurauit seruare priuilegia, libertates, vsus et consuetudines dicti loci Albanee, cui iuramento contrauenire non debet nec honeste potest. c. cum contingat. cum suis simili. de iureiuran. Et ita mihi videtur etc.

Consilium. CCCLXIII.

De signatura obreptitia et surreptitia.

Summarium.

1 Supplicatio per signaturam surreptitia et obreptitia in quibus dignoscatur.

1 UIdeam† pretēsa supplicatio parte sindicorū ac vniuersitatis et hominū loci insule Uenayssini oblata reuerendissimo domino gubernatori Auenionis et comitatus Uenayssini. Et deinde producta in hac causa cōtra nobilem et generosum virū Girandū de Anceduna. Fuit et est surreptitia et obreptitia, ac p surreptionē et obreptionē pretēsa illius signatura per eosdē impetrata et obtenta, si et quatenus de illius impetratione sufficiēter appareat. Tum qr dicti sindici, vniuersitas, et hoīes in dicta pretēsa supplicatione tacuerunt verū statum cause huius, et signāter admissionē seu receptionē binorū articulorū parte ipsius nobilis de Anceduna, ac nobilis et egregie mulieris dñe Romane de mōtegaudio eius quondā vxoris: et q parte eorūdē sindicorū, vniuersitatis et hoīm eisdē articulis respōsum extiterit. Insup et q sup eis fuerint pducti et examinati testes p quorū depositionē cōtēditur vel plene vel p maxima parte cōstare de intētiōe dictorū nobilium de Anceduna et Romane de mōtegaudio, et p quā optime eliditur intētio dictorū supplicātiū. Tū et qr tacuerūt q si ipsi sindici, vniuersitas vel hoīes, vllo vnq tpe aliquā pretēsam possessionem seu quasi lignerādi aut sua aīalia immittēdi et depascēdi in territorio de Caprerijs, vt nō fatetur, illa fuit habita ptextu trāsactiōis de qua fuit articulatū parte dictorū nobiliū coniugū, et cū illam non obseruauerint, illa non fuit nec est eis obseruanda etiā si valuisset. Tum et qr tacuerunt interuentionē vniuersitatis et hominū dicti loci de Caprerijs parte quorū fuit plene de eorū iure propositum, articulatum et deductum in articulis exordiētibus, Addendo etc. qui deinde admissi sunt et admitti debuerunt, etiā si primo actum extitisset per ipsos de Insula contra dictos nobiles cōiuges possessorio recuperande possessionis quod est magis priuilegiatum q pretensum possessorium retinende, quod se duntaxat pretendunt intentasse ipsi de Insula. Et deinde post admissionem seu receptionem articulorum huiusmodi fuit eisdem articulis parte ipsorum de Insula responsum, et deinde illi admissi ad probandū et super illis testes producti, examinati et auditi, et per quorum depositionem creditur sufficienter apparuisse et apparere de eorum intentione. Tum et quia dicti supplicantes, non solum suppresserunt veritatem in predictis, sed etiam falsum, quinimo mendacium expresserunt in dictis eorum precibus, quatenus ibi dixerūt se intentasse solum possessorium super pretensis turba et inquietationibus inibi mētionatis, cum cōtrariū fuerit et sit veritas vt videri potest in pretensis eorum libello, et signanter in secundo et tertio articulis eiusdem, vbi deduxerūt se habuisse ab antiquissimis temporibus et citra: et habere ius immittendi, et immissa tenendi, custodiendi, et depascendi eorum animalia. Insuper et ius lignerandi et ligna scindendi in territorio loci predicti de Caprerijs. Et q̄uis in conclusione eiusdem pretensi libelli videantur cōclusisse in possessorio retinende, ipsi tamen suggesserunt clausulam generalem in qua et per quam petierūt in omnibus per eosdem propositis et deductis et singulis eorundem ius et iustitiam sibi fieri, per quam censentur etiam intentasse petitorium hoc est actionem confessoriam attentis his que parte eorum deducuntur in dictis secundo et tertio articulis, quamuis fortasse sic putauerint se in iudicio huiusmodi conclusisse vt non intelligerentur in quo errarunt. Propter quod non est de quo sic insultare debeant prefati Insulani, qui etiam non solum procaciter et iniuriose contra partes loquuntur cōminantes etiam de scandalo, petit propterea

pterea ipse nobilis de Anceduna eisdẽ inhiberi ⁊ sub magnis penis ⁊ merito formidabilibus ne ad scandalũ, vel al's ad viam facti quomodolibet procedere habeãt: protestãs si hoc fieri omittatur, tã de negligentia q̄ etiã de scandalo ⁊ via facta contra quos decet ⁊ oportet. Et nihilominus tã ex causis predictis q̄ aliĳs suis loco ⁊ tẽpore pleni⁹ deducẽdis, ⁊ que etiã apparent ex actis cause huius, petit dici, cognosci, decerni, ⁊ declarari dictã pretẽsam supplicationẽ fuisse fore ⁊ esse surreptitiam ⁊ obreptitiã, et signaturam predictã per surreptionẽ ⁊ obreptionem parte dictorũ insulanorum fuisse, fore ⁊ esse obtentam ⁊ impetratã, si et quatenus de illa appareat. Et propterea illã eisdem prodesse de iure nõ debere. Et al's in ⁊ super premissis ⁊c.

Cõsilium. CCCLXIIII.

☞ De rebus ecclesie alienatis sine legitima causa ⁊ solennitate requisita.

Summarium.

1. ☞ Alienatio rerũ ecclesie immobiliũ vt sit efficax quid reqrat.
2. Forme defectus indicit nullitatez actus in qua forma nihil addi vel detrahi potest.
3. Solẽnitas rerũ imobiliũ ecclesie alienãdarũ qualiter fieri debeat.

1 Alienatio† reruz ⁊ bonorũ immobiliũ ecclesie est regulariter ꝓhibita, ⁊ nisi in ea duo interueniãt. s. iusta causa ⁊ canonica solẽnitas, illa nõ valet. c. sine exceptiõe. vbi dicit vt meliora prospiciat totius cleri interueniente cõsensu. xĳ. qõ. ĳ. c. tua. de his que fi. a prela. c. nulli. de reb. eccle. nõ alie. c. j. ⁊. ĳ. eo. titu. in. vj. et ꝙ defectu solennitatis canonice, ⁊ sic forme illa sit nulla hoc clarum 2 est.† Nã defect⁹ forme semp inducit nullitatẽ act⁹: q2 illa dat esse rei. d. c. sine exceptione. ⁊. c. tua. Pro quo facit q2 forme nihil addi vel detrahi potest secundũ Bald. qui ita no. in. l. fi. col. ĳ. C. de suis ⁊ legi. Dicit etiã Anto. de butr. in. c. pisanis. in septimo no. ⁊ per illũ tex. de restitu. spoli. ꝙ omissio forme in qualibet minima parte vitiat totum actũ ⁊ totũ processum. De defectu autẽ casus liciti hoc ꝓbatur in. d. c. nulli. Prohibetur enim alienatio rei immobilis ecclesie a iure: ergo si fiat illa est nulla, si nõ fiat in casu de iure concesso aut permisso. l. non dubiũ. C. de legi. ⁊ in regula que cõtra ius. de regu. iur. in. vj. Hoc etiã probatur in cle. j. de reb. eccle. non alie. ⁊ in. c. que in ecclesiarũ. de cõstitu. de quo glo. ⁊ Panor. in. c. j. de in integ. resti. Panor. ⁊ doct. in. d. c. nulli. Multas remissiões ponit domi. Fely. in. d. c. que in ecclesiarum. col. j. Que si ita se habeant: immo quia sic se habent palam infertur ꝙ concessio in emphyteosim seu datio ad nouũ acapituz, quam fecisse dicitur egregius quondã vir dñs Jacobus aberti iuriũ licentiatus tunc pretẽsus generalis vicarius bone memorie reuerẽdi in Christo patris domini tũc Massiliensis episcopi venerabili ⁊ honorabilibus viris dño Bartholomeo, Jacobo, ⁊ Antonio de vallebella de quodã tenemento quãtitatis centũ sextariatarũ terre vel circa, site in territorio castri ⁊ Bastite de Cronyse diocesis Massiliensis, tũc spectãte ⁊ pertinẽte iure dominĳ seu quasi mẽse episcopali Massilie, seu verius venerabili domini Mõtisriui ordinis Cartusien=
3 siũ fuit ⁊ est nulla,† tam propter defectũ seu omissionẽ solennitatis requisite, q̄ pro eo q2 non apparet ꝙ illa facta extiterit in casu de iure concesso vel permisso. Et quidẽ de canonica solennitate ꝙ illa interuenerit non apparet, requirebatur enim tractatus ⁊ diligens inquisitio an predicto episcopatui seu mẽse episcopali expediret, vel non expediret alienatio predicti tenemẽti. Insuper etiã requirebatur subscriptio dominorum canonicorũ ecclesie Massiliensis, per id quod no. Joan. de imol. in. c. j. colum. iiĳ. versi. quid autez si tractetur. de his que fi. a prela. Pañ. in. c. cum apostolica. colum. j. eo. titu. et in. c. nulli. docto. in. c. j. de reb. eccle. non alie. in sexto. et probatur in. c. placuit. et. c. sine exceptione. xĳ. qõ. ĳ. Non autem apparet ꝙ in dicta concessione vel ante eam interuenerit aliquis tractatus aut diligens inquisitio, nec ꝙ huic concessioni se subscripserint domini canonici. Etiam nec apparet dictam concessionem fuisse factam in casu de iure concesso vel permisso, nisi forte quis dicat ꝙ immo de hoc appareat cum in instrumento cõcessionis huiusmodi forte dictum extiterit pro vtilitate ⁊ euidẽti cõmodo dicti episcopatus seu mẽse episcopalis. Sed istud nõ obstat: pro eo q2 ista sunt verba dicti do. vicarĳ cui nõ erat nec est credendũ, honore suo saluo dixerim. Restat igitur nõ apparere ꝙ in dicta concessione interuenerit canonica solennitas, nec ꝙ illa facta extiterit in casu de iure concesso aut permisso. Et ita fuit ⁊ est nulla. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini ⁊c.

Consilium. CCCLXV.

☞ De probationibus.

Summarium.

1. ☞ Intentio cuiuslibet agentis tanq̄ fundamentũ cause probanda est, maxime contra possessorem.

1 Etiam† si quoddam pretensum instrumentuz parte Joannis grossi loci de sancta Maria in hac causa. Cõtra ⁊ aduersus nobilẽ ⁊ honorabilẽ virum Claudiũ rouerie oblato ⁊ ꝓducto vera fuissent vel essent, non tamen ex hoc iustificarẽtur quedã pretẽse litere recursales a vobis venerabili ⁊ egregio viro dño iudice loci de sancta Maria parte eiusdẽ Joannis grossi impetrate ⁊ obtente, ⁊ hoc pro eo: quia nec per dictũ pretẽsum instrumẽtum nec al's probatur, quinimo nec proponitur ex aduerso ꝙ terra de cuius taychia nũc contẽditur, ⁊ quã contẽdit sibi debere solui dictus nobilis Claudi⁹ fuerit de bonis casamẽti ⁊ facti seu affaris, quod olim fuisse pretẽditur cuiusdam Desiderie praherie vxoris quondã Bertrãdi vallis, seu etiã grangia aut pars grangie quas casamentũ seu factũ affare ⁊ grangiã dedisse pretẽditur ex aduerso nobilis ⁊ honorabilis quondã vir Jordanus rouerie cuidam Arnaudo grossi, quod tamen ⁊ proponendũ ⁊ probandum erat, ad hoc vt dictũ pretẽsum instrumentũ ⁊ contẽta in illo vel proponeret intẽtionẽ prefati Joannis grossi. Pro quib⁹ allegasse sufficiat. c. auditis. ⁊ quod ibi Panor. col. j. in tertio no. de pscriptio. ⁊ quod voluit Oldra. consi. lxiĳ. exordiẽte, Viso instrumẽto sine priuilegio ⁊c. Et hec maxime procedũt cum idem nobilis Claudius fuerit in possessione seu quasi pacifica et quieta leuãdi, percipiendi, ⁊ exigẽdi ab eodẽ Joanne grossi tayc[illegible] mẽtionata pro tẽpore excretorũ, ⁊ in ea existebat Anno do[illegible] lesimo. ccccxcviĳ. ⁊ tẽpore messiũ quo per denegationẽ eidẽ nobili Claudio seu eius procuratori, negotiorũ gestori aut exactori vel nũtio illam denegasse dicitur ⁊ sic eũ spoliasse. Quãobrẽ petit idẽ nobilis Claudius seu eius legitimus procurator ꝓcuratorio nomine eiusdẽ dictas pretẽsas literas reuocari ⁊ reuocãdas fore ordinari vna cũ condẽnatione expensarũ in ⁊ pro hac causa iam factarum ⁊ imposterũ faciendarum. Et al's petit in ⁊ super premissis ⁊ singulis eorũ ⁊c. Protestans contra eundẽ Grossi de suspẽdẽdo petitoriũ ⁊ de habẽdo recursum ad remedium statuti Dalphinalis. Si quis per literas. vel alia si que sunt magis oportuna possessoria recuperãde possessionis, quã propterea petit admitti, ac de illa ⁊ ipsius admissione publicum instrumentum sibi confici.

Cõsilium. CCCLXVI.

☞ De donatione inter viuos post diẽ mortis ipsius donãtis, ⁊ de suspensione petitorĳ vt ad possessorium procedatur.

Summarium.

1. ☞ Actus pure fieri quando dicatur.
2. Donatio quã quis dicit se facere post mortem que donatio sit, et quem habeat effectum. 5. 7.
3. Argui pertinenter de vno ad aliud quando possit.
4. Stipulatio quid requirat, ⁊ an de mero iure oriatur actio ex stipulatione non causata.
6. Jurisconsultos aliĳs iurisconsultis querentibus, qualiter aliquãdo respondisse ferunt.
7. Donatio causa mortis cum legatis conuenit.
8. Donare vel promittere bona post mortẽ, an quis possit, ⁊ an effectus donationis inter viuos conditionaliter facte suspẽdi possit in tempus mortis vel post mortem. s. 5.
9. Jurisconsulti verbis vti, an semper expediẽs sit, maxime duris.
10. Autoris modesta retaliatio aduersus aduersarĳ consulentẽ maledictis ⁊ calumnia parcitum.
11. Petitorium lite contestata, an suspendi debeat vt procedatur in petitorio vel fiat cumulatio.

Etiamsi non tantum multū, sed vt pretendit dominus aduocatus Joāna Clemētie plurimū institisset & instaret pro defensione veritatis eius, videlicet in qua & per quā dicit effectum donationis quam sibi fuisse factā pretendit prefata Clementie esse collatā in diē non est propter quod dici debeat vel nimis, vel plusꝙ̄ oporteat institisse, sed videat ipse predicte Clementie aduocatus ne nimiū pertinaciter eius prudentie innitatur, & non confundatur dicere in conspectu domini, consiliū muto. Fatetur enim donationū inter viuos, quasdaꝫ esse puras, quasdam conditionales, quasdam in diem vel ex die. Et in hoc bene: sed contēdit donationē in qua dicit donans se donare post suiꝑsius mortē esse

1 puram donationem. † Si enim actus ideo pure fieri dicatur: quia null⁹ dies: nulla conditio inibi adiecta est. l. omnia. ff. de lega. ij. et l. in omnibus. la. j. ff. de regu. iur. per quas ita scripserunt alicubi

2 Oldr. & Alb. † Non video qua ratione contendi debeat hāc donationem de qua contenditur esse puram, aut negetur illius effectū esse in diem collatum, & quidem post dieꝫ mortis: ꝙ si hucusꝙ̄ scripta nō sufficiant, que tamen nisi pertinacia adesset sufficere deberent, videatur Joan. de imol. in. l. stipulatio hoc modo concepta. colum. fina. versi. item attende quia questio debet intelligi. & versi. item nō obstat secundo ꝙ dictio post mortem &c. ff. de verbo. obligatio. & quod ibi Alexan. de imol. colum. viij. versicu. nō obstat ꝙ qualitas &c. & alij in alijs locis. Quibus nō obstat glo. quam allegat dictus do. aduocatus in. l. vbi. super verbo, causa. ff. de dona. cau. mortis. Quoniā respōdeo ꝙ licet glo. ibi sentiat, & hoc verum est ꝙ quādo quis dicit se donare irreuocabiliter causa mortis, hec verba causa mortis, notant causam impulsiuā. glo. tamen hoc nō dicit de donatione quā quis dicit se facere post mortē, & de hac cōtendimus. Propter quod nō est opus respōdere iuribus causam impulsiuam nō suspendere actum vel nō esse attendendū. Quod autē vlterius dicitur in schedula nouissime producta exordiente, Qm̄ plurimum &c. Barto. tenere in. l. fina. C. de pact. donationeꝫ post mortē factam esse inter viuos quādo apponitur clausula qō nō reuocetur. profecto hoc verum est sed quis hoc negauit, nunꝙ̄ enim apertum est os nec verbum scriptū per quod pretēdi potuerit me [illegible] fuisse. Sciebā enim & videram ꝙ due aut tres suberant [illegible]ule propter quas dici debebat donatio inter viuos. Quod autem aduerti postulat an referat dicere promitto stipulāti bona mea post mortem meam, vel dono post mortē meam. † Existimo ꝙ quoad id de quo cōtendimus aut nihil vel parum intersit pertinenter: igitur argui potest de vno ad aliud. l. fina. C. de collat. et c. cōstitutus. et quod ibi Panormi. de appellati. Panormi. in. c. quemadmodum. de iureiuran. Anto. de butri. in. c. non debet. colum. penul. de consanguini. & affini. Preterea existimo ꝙ in promissione que fit stipulāti de bonis post mortem suiꝑsius promittentis subaudiatur, si nō exprimitur causa donationis, vt verbigratia. Promitto tibi ex causa donationis bona mea post mor-

4 tem meam, † Quis enim stipulatio sit instrumentū vel causa obligandi, requirit tamen causam stipulandi, ita ꝙ stipulatio est contractus aliunde tamen causandus, quod non est in alijs contractibus specificatis, vt in locatione, cōductione, emptione, venditione, & similia qui sunt causa sui &c. Et ob hoc reo cōuento ex stipulatione & petēti causam stipulatiōis exprimi exprimēda est, vt post Nico. de matha. voluit alicubi Bald. idem Angel. areti. Et dato ꝙ de mero iure oriretur actio ex stipulatione non causata: stipulatio tamen huiusmodi nō produceret efficacem exactionem, vt alicubi voluit Joan. de imol. Puto igitur reuertens ad glo. dicte. l. fina. ꝙ illa senserit de eo qui ex causa donationis bona post mortem promittit, quo casu si dicat ꝙ inter viuos erit donatio inter viuos, et si dicat ꝙ causa mortis, erit donatio causa mortis. Nisi adijciat irreuocabiliter vel iuret vel aliquid aliud interueniat, per quod tollatur presumptio orta ex illis verbis causa mortis, que als in dubio facerent eam presumi esse donationeꝫ causa mortis.

5 † Fateor quod quis posset promittere donare post mortem, & hec promissio non sit donatio, sed quid preambulum ad donationeꝫ quemadmodū dicimus de promittente vendere: quia nec sic promittens vendit nec promissio huiusmodi est venditio. Ad id vero quod queritur ad quid diceretur donatio de qua cōtendimus, & sic donatio inter viuos cum tamen eius effectus esset donationis causa mortis, que suspendit omnino donationem de eius natura, per iura que allegat idem domi. aduocatus subijciēs ꝙ hoc esset legē verbis et non rebus imponere. Cōtra. l. ij. ad fi. C. commu

6 ni. de lega. † Respondeo et quidem nō rustice quod fecisse legitur Jubentius celsus Domitio labeoni. Nō etiam dare prout fecisse legimus Quintum mutiū Seruio Sulpitio. Non etiam querētem rideo qui amicus est licet legam Neruam filium derisum. Et hec omnia a iurisconsultis et contra iurisconsultos, sed vt amico et filio ꝙ licet donatio causa mortis, et illa de qua cōtendimus conueniant in suspensione effectus, hoc est quia in neutra earum efficitur donatarius dominus rei donate viuēte donatore, tamē differunt in alio: quia donatio causa mortis potest pro nutu reuo

7 cari. † Habet etiam alia quedam et multa in quibus cōuenit cum legatis, ita vt dixerit tex. eam fere per omnia legatis connumerari. Donatio verō de qua contendimus non poterat reuocari. Et ob hoc dicimus eam non esse donationem causa mortis: quia irreuocabiliter et illi opposita. Ex quo consequenter infertur hanc donationem non esse legatis connumerandam. Ex quibus profecto si hec discurrentur prout oportet, patebit domino querenti legem non esse impositam verbis et rebus et manere multas differentias inter hanc donationem, quam fateor esse inter viuos, et cuius effectum dico esse collatum post tempus mortis et donationem causa mortis. Quod autem subijcit idem dominus aduocatus se multuꝫ dubitare quod licet donationes inter viuos possint esse in diem vel conditionales, vel pure, an possint fieri in dieꝫ seu post diem mortis ipsius donantis, quin autem fieri possint post mortem alterius non dubitat. Ego profecto miror ne dixerim doleo quod in re clara multum dubitet. Et primo quidem de hoc habet Glos. ordinariam iam supra mentionatam in dicta. l. fina. vbi per omnes qui ibi loquuntur de donante vel promittente ex causa donationis bona sua post mortem. Et quidem post mortem suiꝑsius donantis non donatarij. Pro hoc etiam est bonus text. et quem alicubi ad hoc oportune allegat Oldrad. in. l. vnica. C. vt actio. ab heredi. et contra here. vbi obseruandum est

8 quod dicit actiones non petitiones. † Preterea si ex causa honesta potest quis post mortem suiꝑsius promittere eius bona, aut eorum aliquid vt voluit et supponit Oldrad. in illo suo vulgato consilio, quibusdam. cxxxix. mihi vero. cvij. exordiente, Ad habendum aliqualem notitiam &c. Joan. andr. in additio. Specu. titu. de instrumen. edi. §. porro. colum. vlti. versicu. Fuit etiam alia questio que commemorat domi. Jason mayn. in. l. licet. C. de pact. Alexand. de imol. et alij in locis infinitis: quare non potest quis donare bona sua post mortem suiꝑsius donantis, profecto non video. Rursum miror quod ipse pro miraculo existimet donationem esse inter viuos et illius effectum suspendi, cum non neget aliquas esse donationes inter viuos & conditionales, quaruꝫ tamen effectus suspenditur in tempus conditionis, & que possent suspendi in tempus mortis vel post mortem, vt verbigratia: si quis dicat se donare donatiōe inter viuos vel irreuocabiliter, vel donet cum iuramento, si premoriatur donatario. Nec enim esset inter viuos, et tamen suspenditur effectus in tempus mortis nō donatarij sed donantis. Dico igitur vt sepius dixi donationē huiusmodi fuisse et esse donationem inter viuos, et illius effectum fuisse suspensum in tempus mortis: immo post mortem ipsius donatricis, et quod propterea et precarium et retentio vsusfructus censentur collata in tempus, prout cum expedierit auctore domino latius ostēdetur. Quod autem petit idem dominus aduocatus vt non exacerber, hoc ne vel horrendus vel immitis fiā. Nescio an me difficilem vel immaturum appellet, iuxta Virgiliū xj. eneidos.

Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo. Vel asperum et infensum vt Cicero ad Lentulū. Eo die acerbum habuimus Curionē. Vel forte quod magis puto vt non amaricer vel irriter, iuxta id quod habetur Psalmo. xciiij. versicu. sicut in irritatione. vel secundum aliam translationem, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis &c. Respondeo ꝙ non propterea nec horrendus, nec immitis factus sum, sed nec ita de facili, quin vix difficulter irritor, quamuis profecto non potuerint aut possint illa verba exponi quin per ea censeatur idem dominus aduocatus aliquid ex meis dictis risu dignum naso suspēdere. Quod autem dicit iu-

9 risconsultum vti verbis humilibus, † ego fateor et ꝙ non solum his, sed vt iam dixi durioribus, sed vti semper eoruꝫ verbis nō expedit, dicit enim Barto. de Jubentio celsō qui respondēdo Domitio Labeoni suo, ꝙ aut nō intelligebat, quid esset de quo eum consuluisset, aut ꝙ valde stulta eius consultatio existeret, dixit ille erat rusticus et scientia inflatus, et propterea cum rustice respōdisse, quod nō facit imperator in. l. precibus tuis &c. in. l. vt respōsum &c. Et rursus cum Quintus mutius per Seruiū Sulpitium consultus respondisset turpe esse patritio et nobili viro ac causas oranti ius in quo versaretur ignorare. Nūquid ex hoc et tanꝙ̄ cōtumelia affectus fuit Seruius ad aliquid insitatius. Insuper et nunquid licet talibus verbis vti, forte dicet ꝙ sic aduersus sciolsi,

10 † quod et si vel non possum vel non debeam, vel etiam nollem inficiari: hoc saltē sibi cauere debuit qui hoc dixit, ne his verbis aut eis similibus vtatur, nisi viderit et se bene sentire & quē reprehēdit desipere,

desipere,sed vt quicunq; sit,ego profecto nec exacerbor,nec amari cor,sed hec facessant.

11 † Ceterum deueniens ad materiā suspensionis petitorij,pro qua obtinenda instat prefata Clementie.Dico vt predixi suspensionē hmōi non esse faciēdam causis et rationibus al's allegatis,quas nō refrico.et omisso illo articulo,quinimmo articulis an remedium.c.reintegranda.iij.q.j.ꝛ officium iudicis competant etiam contra bonefidei possessorem: ꝛ non soluꝫ pro recuperanda possessione rei ecclesiastice,sed etiaꝫ prophane super quibus non nescio varios varia scripsisse,ꝛ etiam consuluisse:quorum recitationi vtpote non oportune non insisto. Attendat ꝛ obseruet ideꝫ do.aduocatus,quid est hoc in quo manet contentio.Nō enim in hoc an intētatio petitorij eidem refragetur quominus possit ꝛ valeat intentare possessorium recuperāde siue illud dicatur conditio ex lege siue remedium.c.reintegranda.aut alind quoduis.Sed contendimus de hoc an petitoriū huiusmodi debeat suspēdi,ꝛ illo suspēso procedi in possessorio.Huc usq; enim non negaui posse fieri cumulationē horum indiciorum et de qua solum loquitur.c.pastoralis.de causa posses. et proprie. Et non de cumulatione petitorij et cuiuslibet possessorij recuperande,sed possessorij decernētis ex interdicto vnde vi: quod si ita est,ꝑfecto palogisatur ipse do.aduocatus non discernēs inter cumulationē horum indiciorum et suspensionē petitorij primo intētati.Nō enim scripsi pro impedienda cumulatione de qua loquitur dictum.c.pastoralis,sed dici non esse faciendam suspensioneꝫ petitorij.Non ergo resistam quin super his duobus indicijs quatenus oportune intentabuntur simul insistatur.Sed dico, ꝙ non debet supersederi a petitorio et procedi in possessorio in hac causa in qua lis extitit contestata super petitorio. Pro quo al's induci Bar.ꝛ Fran.de are.Et per hec patet clara responsio ad illam inductionem quaꝫ facit idem do.aduocatus dicēs ꝙ.c.pastoralis.habet duas regulas:scꝫ affirmatiuam et negatiuam:quia vt predixi illud loquitur de cumulatione que fieri potest vt simul in eis procedatur.Ego vero loquor de suspensione petitorij que fieri non debet nisi vt al's dixi,nisi eo casu quo arguitur dolus rei ꝛ possessoris nec post litem contestatam,nisi in casu clementine prime. que ponit ius speciale et a iure cōmuni exorbitans: que si nō placent, Respondeo ꝛ aliter,et fateor ꝙ.c.pastoralis ponit dictas regulas,et ꝙ illa clausula.nisi iudex qui de causa ꝛc.refertur ad negatiuam,ꝛ sic ad immediatam.Sed aduertat idē do.aduocatus.ꝙ tex.exemplificans exceptionem hmōi,non dicit simpliciter ꝙ post conclusionē in causa possit quis transire de petitorio ad possessorium recuperande vbi arguitur dolus vel iniquitas inuasoris:sed dicit cū ex perspicuis indicijs facile arguitur iniquitas inuasoris,vult dicere tex.ꝙ licet post conclusionem in causa super petitorio, non possit regulariter fieri transitus ad possessoriuꝫ recuperande: hoc tamē fallit eo casu,quo de facili vel in promptu ex indicijs perspicuis probari potest dolus vel iniquitas inuasoris. Et dicunt multi et hec est opinio magis cōis ꝙ istud non sufficiat,sed opus sit ꝙ spoliato casu seu malitia probandi dñium substraxerit facultatem,quod etiam videtur tex.sonare,propter illam copulatiuaꝫ ꝛ. Nō est ergo putādū ꝙ vbicūq; ille qui primo intētauit petitoriū possit transire ad possessorium recuperande,etiam post conclusionem in causa si in deductione possessorij arguat dolum aduersarij, sed quando ille potest ex perspicuis indicijs faciliter argui hoc est probari,sed Panor.in.c.pastoralis.col.vj.ver.sed circa hunc intellectum post Anto.de butri.non loquitur in istis terminis.querit enim an priuilegium petitorij iā inchoati suspensiuum competat conditioni.c.sepe.ꝛ.c.reintegranda.ꝛ deinde respondet Anto.de butri.dixisse posse dici hoc priuilegium cōpetere in dictis casibus inꝗ̄tum arguitur dolus vel delictū eius contra quem ꝛc. nō dicit inꝗ̄tum facile arguitur dolus ex perspicuis ꝛc.Quia illud intelligitur de facilitate probatiōis.sed simpliciter dicit,inꝗ̄tum arguitur dolus,quod intelligo.hoc est eo casu quo cōuenti per hec remedia arguerentur de dolo,quod facile percipitur in conuento conditione ex.c.sepe.quia per illū conuenitur qui scienter successit in dicium.Et idem contingere posset in conuento remedio seu conditione ex illo.c.reintegranda.quia illud remedium concurrit cuꝫ possessorijs recuperande etiam cum interdicto vnde vi. Sed vbi non argueretur dolus:vt verbigratia,si bonafide possideā et cum titulo et sic cuꝫ nihil sciuerim de spolio,Non videtur actor de petitorio prius intentato et signanter post litem contestatam. et illo suspenso transire actor ad hoc possessorium recuperande,hoc est dare remedium dicti.c.reintegranda. vel ad conditionem ex illa l.ex libris Sabinianis.nec dictum.c.pastoralis probat contrariū: quod quatenus loquitur de possessorio recuperande possessionis loquitur de interdicto vnde vi.Ex quibus omnibus petit prouidus vir Guillielmus borrelli tutor ꝛ tutorio nomine,dicti Marini borrelli prout alias petijt et requisiuit.Et nihilominus dictam Joannam clementie et eius virum nisi probent contenta in eoruꝫ presenso libello super petitorio oblato eos a probando excludi,et deinde in illa causa concludi diffiniri et se ab impetitis absolui, que fieri debent non obstante suspensione eiusdem petitorij parte dicte Clemētie in hac causa fieri petita,ꝛ al's petit in semper premissis et singulis ꝛc.

Cōsiliū. CCCLXVII.

De substitutione conditione fideicommissi pendente ꝑ mortem extincta.

Summarium.

1 Bona que grauatus habuit aliunde ꝙ̄ ex testamento grauātis in dubio an veniant in vniuersali fideicommisso.
2 Fideicommissi conditione pendente substitutio per mortem expirat.
3 Argumentum a contrario sensu in conuentionibus et pactis an valeat.
4 Alimenta alicui legata an videantur in dubio esse perpetua.
5 Arma testantis et cognomen an ꝛ qñ heres teneatur portare.

Viso cōsultatiōis themate mihi exhibito parte nobilis ꝛ honeste mulieris Francesie de plana tutricis et tutorio nomine liberorum suorum,et nobilis quodā Honorati de sancto Paulo. Et dubijs ex themate huiusmodi elicitis. Dico et respondeo breuiter ꝛ succincte ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum ꝙ non obstantibus substitutionibus dudum factis, per nobilem quodam virum Bertrandum de sancto Paulo,patrem naturalem et legitimum nobilis ꝛ honeste mulieris Margarete de sancto Paulo,potest eadeꝫ nobilis Margareta testari ꝛ disponere de mille ꝛ quingētis florenis dotalib' inibi mētionatis,ꝛ pro ea in dotem cōstitutis nobili quōdam viro Falqueto de vacherijs.Tum quia substitutione[s] facte eidem nobili Margarete videntur expirasse et esse extincte. [illegible] facta est de dicto quōdam nobili Honorato,cum pēdente conditiōe fideicommissi seu substitutionis huiusmodi ab humanis decesserit,nec de iure trāsmittrre potuerit ius substitutiōis seu fideicōmissi huiusmodi ad suos liberos vel heredes. Et ꝙ̄uis quo ad eosdem liberos non diceretur expirasse,si vt ponitur in facto,ideꝫ quōdam nobilis Bertrādi substituisset dictos nobilem Honoratum et suos,quia tamen non reperio factum verbum de suis,non est in hoc insistendum.Etiam expirauerunt substitutiones predicte,quo ad personas aliorum substitutorū.pro eo quia dictus nobilis Honoratus non decessit sine liberis,sed cuꝫ liberis: qui licet non fuerint eidem substituti:eorum tamen superexistentia videt repellere substitutos ipsi nobili Honorato,seu ꝑfate nobili Margarete.Tum etiam potest eadem nobilis Margareta,de dictis mille et quingentis florenis testari et disponere, etiam si substitutiones predicte non expirassent.

1 † Quia in dubio non veniunt in fideicommisso vniuersali ea que grauatus aliunde habuit,ꝙ̄ ex testamento grauantis:etiam si hec habuerit ab ipo grauante.vt in casu in quo eidem Margarete,seu pro ea fuit dos assignata.Non quidem in dicto testamento sed in contractu.Et sic illa non venit in restitutione fideicommissi.

2 † Ad secundum dico et respōdeo vt iam tetigi.ꝙ licet eidē nobili Margarete fuerit facta substitutio de dicto nobili Honorato,quia tamen ille decessit ab humanis superstite et superuiuēte eadem Margareta.Et sic pēdēte conditione fideicommissi, substitutio hmōi expirauit.Et sic cōsequenter non impeditur eadem Margareta per dictā substitutionem vel etiam alias,quominus possit testari ꝛ disponere de hereditate seu bonis que fuerunt dicti quōdam nobilis Bertrandi de sancto Paulo eius patris.

Ad tertium dico et respōdeo ꝙ in pactis et conuentionibus celebratis et initis per ꝛ inter prefatos nobiles Bertrandum de sancto Paulo.ꝛ Falquetum de vacherijs eius quondam generum,reperio eundem Falquetū cōstituisse et assignasse ꝑfate Margarete sue tunc vxori ꝛ in augmētum eius dotis florenos septingentos: quos si eum sine liberis ex

ipsorum nobilium Falqueti et Margarete matrimonio procreandis premori contingeret, voluit esse integraliter et sine diminutione eiusdem Margarete, et illos in casum hmôi sibi donauit, qui casus non euenit: pro eo quia ꝙnis idem nobilis Falquetus ab humanis decesserit superstite dicta nobili Margareta: ipse tamen non decessit sine liberis ex dicto matrimonio ꝓcreatis. Reperio insuper eosdem quōdaz nobiles Bertrandum et Falquetū conuenisse ꝙ in casum in quem contigeret eandem nobilem Margaretam premori seu ab humanis decedere ante dictum Falquetum et sine herede vel heredibus ex eisdē nobilibus Falqueto et Margareta coniugibus procreatis: posset et valeret idem Falquetus predictos septingentos florenos exigere et recuperare super bonis dicti nobilis Bertrandi et solutiones inibi mentionatas, qui casus etiam non euenit, pro eo quia eadem Margareta non est premortua. Et sic prima facie videtur ꝙ partes predicte nihil conuenerint aut pacte extiterint de et super restitutiōe vel nō restitutiōe dictorum septingentorum florenorum in augmētum dicte dotis constitutorum. Et sic ꝙ illi debeāt remanere eidem nobili Margarete, cui per constitutionē videntur esse donati. Sed his non obstantibus existimo sub correctione cuiuslibet melius sentiētis ꝙ illi floreni septingēti debuerint restitui et reddi liberis dicti nobilis Falqueti propter primum pactum. in quo expresse voluerūt prefati contrahentes dictos septingentos florenos integre et sine diminutione esse eiusdem Margarete: et quos eidem donauit idē Falquetus si eum sine liberis ex dicto matrimonio procreatis premori contingeret. Per quod videntur tacite conuenisse, ꝙ eo casu quo idem Falquetus primo decederet superstitibus liberis ex dicto matrimonio, dicti floreni septingenti essent dictoruz liberorum vel non essent eiusdem Margarete. † Quia in conuētionibus et pactis valet et procedit argumentum a contrario sensu. Et sic puto ꝙ liberi ipsius nobilis Falqueti potuerint eos recuperare.

Ad quartū dico et respōdeo

ꝙ attenta conuentione et promissione facta per dictum quōdam nobilem Bertrandum pro se et suis de alendo et nutriendo prefatos nobiles Falquetum et Margaretam eius generum et filiā ac liberos ex eis procreādos. Insup nutrices et ancillas necessarias, equos et quoscūq domesticos. Nō videt quod ipsa nobilis Margareta heres prefati Bertrādi eius patris possit aliquid petere pro alimētis prestitis suis et dicti Falqueti liberis primi gradus seu etiam eorum nepotibus dicto nobili Honorato. quia etiaz [illegible] appellatione liberorum dictorum nobiliuz Falqueti et Margarete: nisi forte dicamus ꝙ dictus nobilis Bertrādus nō promisit pro se et suis prestare alimenta sine prefixione temporis prefatis nobilibus Falqueto et Margarete eorum liberis et aliis predictis: sed cum tēporis prefixione, scz ꝙdiu viuerent dicti Falquetus et Margareta. Et ita videtur ꝙ a tempore mortis dicti quōdam Falqueti cessauerit hoc debitum. † Sed hoc nō obstante existimo sub correctiōe cuiuslibet melius sentiētis esse verius qd primo dixi: pro eo quia alimenta alicui legata vel relicta videntur in dubio esse perpetua. Et cū bonū sit argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus, idem videtur esse in alimentis debitis ex contractu, scz ꝙ illa in dubio presumi debeant perpetua. Quo vero ad id de quo inibi vlterius queritur an videlz ipsa nobilis Margareta, que vt audio tutrix extitit, teneatur reddere rationē sue tutelaris administrationis et reddere bona inuentarisata. Dico et respondeo, ꝙ ipsa tenetur reddere rationem dicte sue administrationis: et reddita ratione hmôi tenetur consignare reliqua, hoc est ea de quibus apparebit ꝙ sint vel esse debeant penes eam, et in quibus apparebit eaz esse debitricem liberorum. Posset enim esse ꝙ pro expēsa funeris cantariū factorū pro dicto quondā nobili Falqueto, aut pro solutiōe debitorum per eundem Falquetū, vel pro defensione bonorum dictorum liberorum vel alis pro aliis necessitatibus eorūdem vtpote pro domorum reparationibus et aliis hmôi fuissent aliqua de bonis inuentarisatis vendita et illorum preciū in dictis causis impensuz. Et si ita esset nō teneretur ipsa nobilis Margareta ad restitutionem bonorum sic venditorum. Idem dico de consumptis ex vetustate vel sine eius culpa lata aut leui perditis.

† Ad quintū dico et respōdeo

ꝙ dictus quondam nobilis Bertrandus non videtur astrinxisse primogenitū masculum dictorum nobilium Falqueti et Margarete ad deferendum eius cognomen et arma, nisi eo casu quo illuz heredem institueret vel substitueret: et in quo institutio vel substitutio hmôi in ipsius persona locum sibi vendicaret. Et quia substitutio de dicto nobili Honorato primogenito sibi locum nō vēdicauit in ipsius persona, sibi nō profuit assumptio aut portatio cognominis et armorum eiusdez nobilis Bertrandi, qui etiam non tenebatur hoc facere anteꝙ substitutio in ipsius persona sibi locū vendicaret.

Ad sextū dico et respondeo

ꝙ cum substitutiones facte per dictum quondam nobilem Bertrandum expirauerint et extincte sint, non impeditur per substitutiones hmôi aut earum aliquam ipsa nobilis Margareta quo minus possit et valeat de bonis suis disponere et testari. Nec obstat id quod ponitur in quesito, scz ꝙ ipse nobilis Bertrandus substituerit prefate Margarete dictum nobilez Honoratum et suos: quia ego non reperio aliquam mentionem esse factam de suis in dicto instrumento: ideo aduertat ille qui casuz scripsit vbi hoc repererit. Si enim ita reperiretur in nota, multū posset seruire intētioni liberorum.

Ad septimū dico et respōdeo

ꝙ hic queritur de multis, ideo respondendum est cum distinctione. Dico igitur ꝙ quo ad illā quartam partem ꝓ qua ab intestato tanꝙ vna ex liberis successit nobilis Catherina, ipsa non videtur posse aliquid vlterius petere obstante donatione quaz cū iuramento et clausulis oportunis fecit fratribus suis tunc presentibus etc. Quo vero ad bona nobilis Annete sororis postea vita functe. Si tamen postea ab humanis decesserit. Dico ꝙ donatio predicta non valuit vtpote facta absente dicta Anneta, et sic contra bonos mores. Et ita videtur posse petere quotam et partem sibi delatam per mortem dicte Annete. Quo vero ad quotam et partem que sibi delata est in et de bonis nobilis quondam Syffredi eius fratris, videtur posse petere dimidiam partem. Sed quo ad bona materna, respondeo ꝙ cuz mater fuerit absens, donatio nō valuit. Preterea esto ꝙ fuisset presens, posset nihilominus dicta eius mater testari vel disponere de bonis suis.

Ad octauū dico et respōdeo

vt iam dixi, ꝙ substitutiones facte videlz, per dictum nobilē Bertrandum expirauerint propter superexistentiam liberorum dicti nobilis Honorati, et vbi dici posset easdem non expirasse: verum esset ꝙ dicta Catherina nō diceretur eisdē renuntiasse, cū non appareat eam habuisse illarū notitiā nec verba donationis et remissionis sic concepta extiterint vt trahi debeant ad incognita.

Ad nonū dico et respondeo

ꝙ prefata nobilis Margareta successit pro virili portione prefatis nobilibus Syffredo et Catherine, vt verbigratia, si tempore mortis et decessus Catherine supererant nobiles Honoratus, Syffredus, Catherina et mater: ipsa mater successit ꝓ quarta parte. Et si tempore mortis dicte quondaz Annete supererāt mater, Honoratus et Catherina, ipa mater successit pro tertia parte, et ita mihi videtur etc.

Cōsiliū. CCCLXVIII.

De instrumentorum productione post sententiam.

Summarium.

1 Instrumenta post conclusionē an et quādo produci possint. numero seq.

2 Sententia et conclusio an a pari procedant quo ad ꝓductionem.

Cum iam et diu est renuntiatū et cōclusum extiterit in causa dudum cepta et pendēte indecisa, per et inter honorabilem virum Imbertum morelli actorem ex vna parte: et Thibaudum martini reum ex alia: nō potuit nec potest post renūtiationē et cōclusionē hmôi ꝑ dictum Martini ꝓduci quoddam ꝑtēsum publicum instrm̄ cuiusdā asserte donatiōis in hac causa latius mētionate, postꝙ negari nō pōt qn ex actis eiusdē cause apparuerit et appareat eundē Thibaudū ante renūtiationē et cōclusionē antedictas notitiā habuisse de dicto ꝑtenso instrō. † ꝙuis em̄ possint etiā post cōclusionē ꝓduci infra de nouo repta. l. admonēdi. lcōz vnā lecturā et qd ibi Bar. et doc. ff. de iureiur. secus tn̄ vbi non sunt de nouo reperta. qr tūc ꝓduci nō pn̄t nisi vsq ad ꝯclusionē in cā. c. cū dilect. de fi. instru. vel vsq ad terminū ꝑfixuz statutū ad hoc vt ibi ptz. et qd no. Dy. in. c. indultū. de reg. iur. in. vj. doc. i. l. iudices. et aut. iubemus. C. de iudi. et gl. in cle. sepe. de verb. sig. Bar. in. l. mā

cipiorum

cipior.ff.de optio.lega.Pro quo sunt boni tex.in.l.si ea.C. qui ac cusa.nõ pos.ꝛ in.c.pastoralis.de excep. Qđ autē post cõclusionē in cā nõ possint regulariter ꝓduci instrumēta nisi fuerint de nouo re perta,tenuit Bart.ꝛ oēs cõiter in.d.l.admonendi. quinimo voluit ibi Roma.ꝙ istrumēta de nouo reperta post cõclusionē etiā pro/duci nõ possint.Pro quo allegat tria bona fundamēta quibꝰ mo uetur.Et primo moueť ex doctrina Bar.in.l.si mater.§.eandē.in vltimis verbis.ff.de excep.rei iudi.† Ubi voluit Bar.ꝙ ea q̄ non pñt ꝓduci post sñiam,nõ pñt etiā ꝓduci post cõclusionē in cā,qꝛ a pari ꝓcedunt.allegat Bar.bonū tex.cū glo.in.l.si rē.§.si.ff.de eui/ctio.Hoc etiā voluerūt Bal.in.l.error.col.iiij.C. de iu.ꝛ fac. igno. allegās Jo.mona.ꝛ Jo.and.in.c.si.de in integ.restitu.in.vj.in no/uel.Idez voluit Bald.in.l.j.col.iij.C.si ex delic.defunc.Panor.in c.pastoralis.de excep.ꝛ alij in alijs locis.Sed sic est qđ post senten/tiam nõ possunt ꝓduci instrumēta etiā de nouo reperta.l. impera tores.ff.de re iudi.ꝛ.l.sub specie.C.eo.ti. Ergo etiā ꝓduci nõ pote rūt post ꝯclusionē in cā.Scđo moueť Roma.qꝛ si verū esset ꝙ post cõclusionē in cā ꝓduci possent istrumēta de nouo reperta, frustra toria esset decisio.l.per hāc.C.de tēpo.appel.et.c.fraternitatis.de testi. quibus dř ꝙ non ꝓductū in cā principali pōt ꝓduci in cā ap/pellationis,et est credēdū illā decisionē nõ ex alio emanasse nisi vt ea q̄ nouiter reperta sunt post cõclusionē in instrumēto principali possint postea produci in causa appellationis. Tertio mouetur Roma.per text.in.c.cū dilectꝰ.in sua generalitate. de fi.instrumē. vbi generaliter dicitur ꝙ post ꝯclusionē in causa, instrumēta ꝓdu ci nõ possunt.Et idē quod Roma.voluit Pau.de cast.quoad ca sum nostrū.in.d.l.admonendi.Pro hoc etiā facit quod ibi voluit Alexan.de imol.col.xiij.ꝛ seq.vbi voluit ꝙ si ille qui post cõclusio/nē vult ꝓducere instrumēta nouiter reperta, nullā culpā cõmiserit in perquirēdis talibus instrumentis que tamen inuenire non po/tuit tunc:quia istud est iustū impedimentū ꝓpter quod concedi debeat restitutio in integrum ex clausula gñali certe, impetrata prius restitutione in integrum, poterit talia instřa nouiter reper ta post conclusionem ꝓducere.et isto modo intelligi debet ꝛ salua ri opinio Bart.sed si ille non fecerit diligētiam in perquirēdis in/strumentis sed fuit negligens,et tunc talia instřa nouiter reperta ꝓducere non potest post conclusionē in causa:quemadmoduz nec illa producere posset post sñiaz.dicta.l.imperatores.ꝛ allegata.l. sub specie. qꝛ vt ꝓdixi ea que nõ pñt ꝓduci post sñiaz:nõ pñt etiā ꝓduci post cõclusionē in cā.Et sic in hoc cõueniūt Roma. Pau. de cast.et Alex.de imol. ꝙ post conclusionem ꝓduci non possint instřa etiā si fuerint nouiter reperta vbi non subest iusta causa,put hic.in quo non solum non fuit dictū pretensum instřm post cõclu sionem repertum.Sed etiam est quod imputetur dicto Thibau/do ꝙ cū sciret non illud produxerit ante cõclusionē.Que dixerim.

Cõsiliū. CCCLXIX.

De dote recepta et cõfessa in testamento. Et de muliere per pactum relicta domina et vsufructuaria.

Summarium.

1 Confessio testatoris de dote recepta qualiter iuuet relictā.
2 Ultra que dictio sit.
3 Uxor per pactum relicta domina ꝛ vsufructuaria relicto victu et vestitu superstitibus quid debeat habere in bonis mariti.
4 Pater in dubio an presumať velle magis consulere filijs q̄ descen dentibus.

Ponitur in facto qđ dudum anno videlicet incarnationis dñi ce Millesimo.cccclx.et die secūda mensis Aprilis.Fuit matrimonium contractum per verba de futuro: et successu temporis per verba de pñti ꝛ postea carnali copula cõsummatū,per ꝛ inter nobilem Florētiū raymberti ex vna parte,ꝛ nobilē Joānam filiam naturalem ꝛ legitimam nobilis Raymundi de Uilleta ex alia.Quodq; contemplatione matrimonij huiusmodi ꝛ pro one/ribus illius facilius supportandis, Idem nobilis Raymūdꝰ de/dit constituit ꝛ assignauit in dotē ꝛ ꝓ dote ꝓdicte nobilis Joanne ipsi nobili Florētio tūc pñti ꝛc.octingentos florenos parue mone te tunc currentis in patria Dalphinali.incluso in dictis octingē/tis florenis quodam legato eidē nobili Joanne facto de ducētis florenis.Per nobilē Jacobū de villeta auū paternū eiusdē Joan ne ab vna pte.Et cētū florenos ꝓ vestibꝰ nuptialibꝰ,q̄ vestes debe bāt remanere superuiuenti et liberis eiusdē Joāne si eam ab hu/manis decedere contingeret superstitibus liberis.

Ponitur insuper in facto ꝙ anno mense ꝛ die predictis et tpe contracti matrimonij de quo su pra.ipse nobilis Florentiꝰ gaudens et gratū habēs mřimoniū hu iusmodi dedit in augmentū dotis ꝛ donatione ꝓpter nuptias di cte nobili Joanne eius tūc future spōse lz absenti ꝛ notario vt pu/blice ꝑsone tūc pñti ꝛ stipulāti vice ꝛ noīe eiusdē ducētos florenos monete superiꝰ mētionate.De qbꝰ posset ꝛ valeret ipa Joāna ad sui oīmodā volūtatē ī vita pariter ꝛ ī morte.Dedit insup eidē Jo/anne ipe Florētiꝰ ꝓ suis iocalibꝰ ducētos florenos monete p̄memē tionate,q̄ iocalia remanere debēt superuiuēti ꝓdictorum cõiugū. Et nihilominꝰ fuit de facto ꝑ ꝛ inter dictos nobilē Raymūdū de villeta ꝛ Florētiū raymberti socerū ꝛ gener,ꝙ si cõtingeret eundē Florētiū ab humanis decedere añ dictā nobilē Joannā supstitibꝰ ꝛ supuiuētibꝰ cõibꝰ liberis ex matrimonio ꝓdicto ꝓcreatis,eo ca/su ipsa nobilis Joanna esse dña seignoressa et vsufructuaria oīm vniuersorū et singulorū bonorū eiusdē Florētij, exceptis tñ victu ꝛ vestitu ipsorū liberorū.Quodq; casu hmōi adueniēte eadē Joāna eius mansionē facere teneať cū ꝓdictis liberis q̄diu vixerit in hu/manis in statu viduali:et ꝙ si hoc facere nollet ipsa esset dña ꝛ legi tima administriatrix vt dictū est bonorū eiusdē Florētij q̄ erāt in loco de Carumbo,siue loco de Albanhano, et ꝙ possit eligere ea que sibi placerēt quandiu viueret in statu viduali.Que omnia fue runt iuramento vallata. Successu vero temporis anno videlicet domini millesimo.cccclxxiiij.et die.xj.mensis Decembris, Idem nobilis Florētius fecit ꝛ condidit eius vltimū ꝛ nnncupatiuū te/statū in quo iter cetera heredes vniuersales instituit nobiles Joā nez ꝛ Colinū raymberti filios suos naturales ꝛ legitimos: fuitq; cõfessus ꝛ recognouit se retroactis tpibꝰ habuisse de dote dicte no bilis Joāne vxoris sue octuaginta florenos monete tunc currēti[illegible] vltra ducētos florenos al's ꝑ eundē habitos ꝛ recognitos vt dixi[illegible] in contractu matrimonij eorūdē nobiliū Florētij ꝛ Joāne: quos octuaginta florenos voluit ꝛ ordinauit idē Florentiꝰ ꝑ suos here des eidē nobili ioāne solui ꝛ restitui.Et nihilominꝰ religt eadē no bilē Joannā vxorē suā vsufructuariā, dñam ꝛ magistrā pōderosaz oīm et quorūcūq; fructuū sue hereditatis, et bonorū oīm quorūli bet sine inuentarij confectione, compoti redditione, ꝛ reliquoruz prestatiõe,et hoc q̄diu esset vidua,ꝛ vitā vidualiter duceret in hū manis,sub noīe eiusdē nobilis Raymberti testatoris.

Quesitum est quid ꝛ quantum dict[illegible] leat de predictis, aut predictorum pretextu.

1 † Ad quod respõdeo breuiter, ꝛ succincte ꝙ si appareret de solutione dictorū ducentorū ꝛ octua/ginta florenoꝝ aliter q̄ per cõfessionē de qua in dicto testamento, posset ipsa nobilis Joanna eosdē repetere ꝛ exigere a dictis here/dibus tanq̄ partē eius dotis, ꝛ tanq̄ quid de eadē debitū. Sed si nõ appareat aliter q̄ per cõfessionē superius mētionatā, ꝛ de qua in dicto testamēto, illi pñt per ipsam Joannā peti tanq̄ sibi lega ti.l.iij.ꝛ qđ ibi Bal.C.de fal.cau.adiec.lega.ꝛ qđ not.Bar.in.l.lu cius.§.quisquis.ff.de lega.ij.Pau.de cast.cõsi.ccclxxxvij.exordien te,In cā que vertitur Bononie iter heredes ꝛc.Ang.cõsil.clxxxij. exordiēte,Fecit testamētū in quo inter legata ꝛc.Et Bald. nouel. in suo tracta.iur.do.in.vj.parte speciali.lxxviij.ver. insuper si ma/ritus cõfiteť in testamento ꝛc.Nec opponat aliquis qđ in dicto te/stamēto nõ fuerit idē quõdā nobilis Florētius ꝯfessus se habuisse nisi florenos octuaginta.Qđ rñdeo ꝙ immo confessus est etiā de 2 ducētis vt clare patet per illa verba vltra ducētos ꝛc. † Hec enim dictio vltra est dictio inclusiua.c.raynutiꝰ.in principio.ꝛ quod ibi Gauffre.ꝛ alij cõiter de testa. Potest etiā eadē Joāna petere ducē tos florenos sibi donatos per dictū Florētiū in augmētū eius do tis,ꝛ ducētos florenos sibi donatos pro iocalibꝰ,postq̄ ipsa Joā na eidē Florētio superuixit,ꝛ sic purificata est cõditio sub qua sibi donati extiterunt,intelligo tñ ꝙ sūme hmōi peti possint ꝛ exigi ꝑ terminos ꝛ dilatões,de qbꝰ ī instřo mřimonij superiꝰ mētionati.

3 † Quo vero ad vsumfructum bonoꝝ dicti quõdā nobilis Florētij. Dico et rñdeo ꝙ q̄uis idem Florētius nõ forte videať in dicto suo testamento legasse aut reli/quisse prefate nobili Joāne eius vxori, verū vsumfructuz,sed ma/gis videať voluisse qđ ipsa haberet statū, ꝑeminētiā, maioritatē, ꝛ alia que habere solebat ante mortē eiusdē Florentij, ꝛ qđ habere deberet alimēta per ea que not.Bar.ꝛ doc.in.l.titia. la.j.§.lz testa mēto.ff.de leg.ij.glos.ꝛ doc.in.l.qđ locū.C.si secūdo nupse.mulier. De quo plurimas ponit remissiones Pau.de Montepico in re/peti.dicti.§.titia.col.xj.versi.prima est qđ si testator.ꝛ versi.secūda cõclusio est.ibi, filijs vero istitutis.ꝛ que alimēta pōt eadē nobilis

Ioāna manu sua percipere, vt not. Alex. de imol. in l. nemo. colū. vj. C. de lega. ꝛ Frā. de are. cōsi. xl. exordiēte, Presupponit in facto ꝙ quidā Angelus ꝛc. Tamē videtur quod in vim pacti superius mentionati, ꝛ de quo in instrumento matrimonij ipsoꝝ nobiliū Florētie ꝛ Ioanne eadem Ioāna habere debuerit ꝛ debeat plusꝙ alimenta, ꝛ qḋ isto casu cesset interpretatio seu consuetudo de qua loquuntur glo. ꝛ doc. in locis superius allegatis: qꝛ vt dicit Fran. de are. in dicto cōsilio. xl. col. ij. interpretatio huiusmodi ꝓcedit ex ratione que ponitur in auẗ. de trien. ꝛ semis. §. prohibemꝰ. in prin. 4 col. iij. videlicet† ꝙ si pater videretur voluisse relinquere vxorē dominam ꝛ vsufructuariam fuisset quantum in eo erat crudelis ꝛ impijssimus in filios quos fame necari quodammodo curasset, qui tamen in dubio presumitur magis velle consulere filijs ꝛ descēdentibus ꝙ vxori vel alijs. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. ꝛ l. cuꝫ auus. cum simili. ff. de condi. ꝛ demō. Sed hec ratio cessat in dispositione de qua in dicto pacto, vbi nō fuit simpliciter conuentuꝫ ꝙ dicta nobilis Ioanna esset domina ꝛ vsufructuaria omniū bonorum, sed fuit adiectum, exceptis tamen victu ꝛ vestitu liberorum eorūdem Florentij ꝛ Ioanne. Et sic in hoc casu videtur cessare dicta interpretatio quam facit consuetudo. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. ꝛ l. adigere. §. ꝙuis. ff. de iu. patro.

Consiliū. CCCLXX.

De libello male concludente, Et de valore rei per testes probato.

Summarium.

2 perstitis. col. vj. ff. de acquiren. heredi. † Hic enim fuerũt duo contractus: vnus dationis insolutum qui habet vim venditionis, et alius donationis simplicis. Et hoc fieri potest queadmodum potest res partim vendi et partim do[illegible] sunt [illegible] colligitur ex his que not. docto. in. l. ij. C. de rescinden. vendi. in. l. [illegible] quis cum aliter. ff. de verborum obligatio. et in. c. penulti. de em-

3 ptio. et vendi. † Nec potest ipse Guillielmus venire contra donationem ad se factaꝫ tanꝙ lesus, nisi quatenus appareret eum donasse plusꝙ donare crederet, et in hoc fuisse lesum vltra dimidiaꝫ. per id quod not. Fran. de areṫ. vbi supra. Barto. consilio. lxxxviij. colum. ij. in impressis. et Alexan. de Jmol. consilio. cxxv. exordiente, Visis et consideratis. columna. viij. versicu. restat respõdere ad tria fundamenta ꝛc. ibi, secundo quia illud remedium non habet locum ꝛc. in primo volumine. Secundo facit cõtra eum, quia ipse cum iuramento renuntiauit iuri, quod facere potuit, et hoc certũ: que omnia fuerunt tacita in supplicatione parte eius porrecta. Esto igitur ꝙ fructus et vsusfruct⁹ terre de qua in actis valuissent aut valituri essent vltra dimidiam ꝛc. quod tamen nõ puto probatum, rationib⁹ per me allegatis, nõ potuisset nec posset idẽ Guillielmus obtinere dispensationem quam sibi cõcedi postulat. Que dixerim breuiter et succincte sub correctione ꝛc.

Consiliũ. CCCLXXXV.

¶ De donationibus inter viuos reciprocis ꝛ mutuis inter cõiuges factis, et de testamenti iurati reuocatione ꝛc.

Summarium.

1 ¶ Mulier an possit constituere pro dote suĳpsius omnia eius bona etiam post matrimonium et ipso durante, et dotem constitutam augere.

2 Juramentum an habeat vim validandi donationem inter viuos factam inter coniuges.

3 Donatio inter viuos reciproca et mutua superstiti facta inter cõiuges an valeat.

4 Donatio reciproca excedens summam quingentorum aureoruꝫ, an indigeat insinuatione.

5 Insinuationi donationis an possit cum iuramento renuntiari.

6 Statutum simpliciter loquens an veniat intelligenduꝫ de donatione iurata, et qualiter statuta sint interpretanda.

7 Mortis mentio facta in donatione an faciat illam sonare in donationem causa mortis.
8 Prediũ dotale mulier constante matrimonio alienare an possit.
9 Mulier in preiudicium sui mariti testari an possit.
10 Consequentia vbi est eadem ratio procedere potest.
11 Iuramentum an impediat reuocationem testamenti.

Ponitur ĩ facto ꝙ dudum Anno vcꝫ incarnationis dñice. M. cccc.xcv. ꝛ die. xiij. mẽsis Julij post cõtractũ matrimoniuꝫ per verba de presenti, per et inter honorabilẽ virum Petrũ bachaudi mercatorẽ ex vna parte, ꝛ honestã mulierẽ Antonetaꝫ ruffe al's aymare ex alia: dicta dña Antoneta sponte ꝛ bona fide per se et suos constituit ꝛ assignauit in dotẽ, pro dote, ac noĩe, ꝛ ex cã dotis suĩpsius dicto Petro bachaudi suo marito tũc presenti stipulãti solẽniter ꝛ recipiẽti oĩa vniuersa ꝛ singula bona sua mobilia ꝛ immobilia presentia ꝛ futura, ac noĩa credita res actiones ꝛ iura sua quecunqꝫ, qualiacunqꝫ ꝛ quantacunqꝫ essent, exceptis quibusdaꝫ clauso ac indumẽtis, rampis ꝛ iocalibus in quodã publico instrumento constitutionis et assignationis hmõi latius mẽtionatis. Successu vero tpis anno scꝫ predicto et die. xx. mensis Octobris, prefati Petrus bachaudi ꝛ dña Antoneta donauerunt sibi mutuo ꝛ vicissim presentibꝰ ꝛ stipulãtibus ꝛc. donatiõe pura, mera ꝛ simplici que fit ꝛ fieri dicit̃ inter viuos post mortẽ et non ante effectũ habitura, dictus vcꝫ Petrus oĩa vniuersa ꝛ singula bona sua mobilia ꝛ imobilia et se mouẽtia p̃sentia ꝛ futura, res, mercãtias, nomina, credita, quascũqꝫ pecuniaꝝ summas ꝛ reruꝫ quãtitates: rapas, indumẽta, iocalia aurea, argẽtea ac iura quecunqꝫ: ꝛ dicta dña Antoneta domos, clausum, ꝛ alia in instrumẽto donationis hmõi latius mẽtionata ꝛ expressa. Exceptis tñ ꝛ eisdẽ Bachaudi et dñe Antonete reseruatis certis bonis ꝛ iuribus latius mẽtionatis in instrumẽto donationis hmõi. Subqꝫ etiã partis et alijs reseruationibus, de quibus ibi. Et nõ obstãtibus donatiõe hmõi et reseruatione clausi, de quo supra facta in instrumẽto cõstitutionis dicte dotis prefata dña Antoneta in instrumẽto donationis antedicte dicte dotis cõstitutioni adiecit ꝛ addidit dictũ clausuꝫ et illud in dotem constituit. Supradictas vero donationes cõuenerũt, promiserunt et iurauerunt dicti coniuges respectiue tenere attendere ꝛ obseruare ꝛ contra eas nõ venire, ꝛ renuntiauerunt iuri dicenti donationem excedentem summam quingentorum aureorum nõ valere, si insinuata extiterit. Deinde anno scꝫ domini M. cccc.xcvj. ꝛ die. xij. mensis Julij, dicta dña Antoneta ad suggestionem quorũdam, ꝛ vt creditur venerabilis viri fratris Hieronymi condidit quoddam pretensuꝫ eius nuncupatiuũ testamentũ: in quo dicitur inter cetera heredes suas vniuersales instituit Silonam ꝛ Catherinã aymaras eius pretẽsas consobrinas, ꝛ dicto fratri Hieronymo legauit ꝛ iure legati reliquit clausuꝫ de quo supra ꝛ quãdã ipsius do. Antonete domũ in instrumẽto huiuscemodi predicti testamenti latius mentionataꝫ vna cum omnibus aysiuis siue vasis in pigno ipsius domus existentibus. Necnõ etiam omnibus ꝛ quibuscunqꝫ alijs bonis mobilibus in domo ꝛ penore huiusmodi existentibus si que erant: ꝛ quas domum ꝛ clausum cũ dictis bonis mobilibus dicta do. Antoneta dedit, et prout dicit̃ donauit ac etiam cessit et remisit dicto fratri Hieronymo donatione pura, mera ꝛ irreuocabili que fit et fieri dicitur inter viuos, et hoc post mortem einsdem do. Antonete, et non ante, cum et certis modificationibus ꝛ pactis de quibus ibi. Et nihilominus iurauit nunqꝫ facere aliud testamentum seu donationem, nec cõtra dictã suã dispositionem venire. Et al's prout ibi.

¶ Postqꝫ anno scꝫ domini. M. xcvj. et die. xxvj. mensis Julij dicta domina Antoneta pretendens se fuisse male tractatam ꝛ tractari per ipsum Petrum bachaudi, et se fuisse seductã, instigatã, et subornatam pro extorquẽda donatione superins mentionata ipsam donationẽ, et oĩa in ea cõtẽta oĩ eo meliori modo via ꝛ forma quibus melius vt dicit fieri potuit reuocauit, cassauit ꝛ annullauit, et nihilominus in hac sua reuocatione quasdam pretensas protestationes adiecit.

¶ Est tñ verũ ꝙ nouissime anno dñi. M. cccc.xcix. ꝛ die. xvj. mensis Martij, dicta do. Antoneta intellecto et percepto quod dictꝰ frater Hieronymus iactitaret ꝛ diceret eandem do. Antonetam fecisse testamentum ꝛ donationeꝫ superius mentionatas, dixit ꝛ asseruit se testamentum ꝛ donationem huiusmodi nunqꝫ fecisse, et ꝙ si qͦd pretensum testamentum scriptum reperiret̃ per quendã presbyterum priorẽ ecclesie sancti Laurentij ciuitatis Massiliensis, illud erat falsuꝫ ꝛ falso modo fabricatũ. Et nihilominus si de illis cõstaret aut cõstare posset, ipsa do. Antoneta testamentuꝫ ꝛ donationem hmõi oĩni eo meliori modo via ꝛ forma quibus fieri potuit, reuocauit/cassauit/et annullauit.

¶ Ex quo pacto sic prolixe deducto, Quesitum est effectualiter de robore et validitate seu inualiditate testamenti superius mentionati, et donationis facte dicto fratri Hieronymo.

1 Pro† cuiꝰ quesiti faciliori solutione pmitto ꝙ mulier nõ soluꝫ potest aliqua bona sua vel bonoꝝ suorum partem constituere ꝛ assignare in dotẽ, et p dote suĩpsius, sed etiaꝫ oĩa eius bona. l. mulier bona. ff. de iu. do. et. l. nulla. cũ suis, simili. et quod ibi glos. et docto. C. eo. titu. et quod not. docto. in. l. vnica. C. de inoffic. doti. et multi in. l. hac edictali. C. de secun. nup. Et potest mulier bona sua dare/cõstituere/et assignare in dotem et p dote suĩpsius, nõ solum ante matrimoniũ per eã contractum, sed etiã post matrimoniũ et ipso durante. Quia licet donatio inter viuos videatur regulariter phibita inter cõiuges. l. j. cum multis simili. ff. de dona. inter vi. ꝛ vxo. Dotis tamen constitutio nõ est phibita, signanter vero et maxime quãdo a principio nulla apparet dos data vel pmissa, cũ tunc respectu viri dicatur haberi talis dos, nõ quidẽ titulo lucratiuo, ꝛ sic nõ titulo mere donatiõis sed titulo oneroso. p id quod habetur in. l. penul. ff. de excep. doli. l. fi. §. si a socero. ff. que in frau. credi. et. l. ex stipulatione. ff. de actio. ꝛ obliga. et quod voluit Oldra. consilio mihi. cxvij. et cõsilio. cxciiij. Bal. in. l. fi. C. de do. pmis. Bart. in. l. meuius. §. duobus testamentis. ff. de lega. ij. Sali. in. l. cum quidam. C. de iu. do. et Alexand. de Jmol. consilio. lxxj. in quarto volu. Et non solũ potest dos constitui post contractum matrimoniũ et eo durante, sed etiã ab initio cõstituta post augeri. l. si constante. C. de dona. ante nupt. Potuit ergo dicta domina Antoneta post matrimonium per eam contractum cum dicto Petro bachaudi facere dotis constitutioneꝫ de qua supra.

2 † Premitto insup ꝙ licet donatio inter viuos videatur esse phibita inter coniuges. dicta. l. j. et multis alijs. ll. illius tituli: hec tamen regula fallit quãdo in ea interuenit iuramentum, p eo quia donatio huiusmodi confirmat̃ iuramento ƀm cõem et veram opinionem quam tenuit Guil. in. l. sed et si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiuran. et in. l. si quis p eo. vbi etiam Bart. in fi. principij. ff. de fideiusso. Barto. Alexã. de Jmol. et docto. in. l. seius ꝛ augerius. ff. ad le. fal. Pe. de ancha. consilio. cccviij. exordiente, Nulli dubium ꝙ dos põt constitui ꝛc. Joan. de Jmol. in. c. cum contingat. in vltimo mẽbro. de iureiurã. Fran. de are. consilio. lxxiiij. exordiente, Multas remissiones ponit Alexan. de Jmol. cõsilio. clvij. exordiẽte, Viso instrumẽto donationis. col. v. versicu. nõ obstat etiam si diceretur ꝛc. ibi, quia ƀm magis veraꝫ et magis cõem opinionem illa donatio ꝛc. in secũdo volu. vbi videri potest. Et p hac opinione inducũtur et allegãtur per docto. multa et efficacia fundamenta que causa breuitatis nõ transcribo.

3 † Fallit etiam dicta regula quando fit inuicem mutua et reciproca donatio inter coniuges, quia illa valet, nõ soluꝫ facta eo modo seu forma qua facta legitur donatio de qua supra. l. quod autẽ. §. si vir et vxor. ff. de dona. inter virũ et vxo. sed etiam in casu magis dubio, scꝫ quando mutuo et vicissim vnus coniugũ donat alteri donatione inter viuos, et econtra, alter alij si contingat eum primo ab humanis decedere. ar. l. si pater puelle. C. de inoffi. testa. quod etiam p illam. l. ibi voluerunt Cy. Bal. Salic. et moder. pro quo dicto inducit ibi do. Jason may. quatuor bona motiua que etiam euitande plixitatis causa nõ transcribo, cũ faciliter possint ibi videri. Cũ igitur donatio superius mentionata et facta inter dictos Bachaudi et dominam Antonetam fuerit iurata ac etiã mutua et reciproca, illa videtur valuisse et valere non obstantibus iuribus, que videtur prohibere donationem inter viuos inter coniuges.

4 † Sed forte opponetur ꝙ cũ valor bonoꝝ et rerũ donatarũ excederet et excedat valorẽ quingẽtorum aureoꝝ, illa nõ valuit saltem quatenus excedit dictaꝫ summam, p eo quia nõ fuit insinuata. l. penulti. iuncto eo qͦd habetur in. l. sancimus. in principio. C. de donat. Sed hoc non obstat, tum qꝛ hec nõ fuit mera donatio sed reciproca, et sic donatio ob causaꝫ honestam. per id quod not. glo. in. l. licet inter priuatos. C. de pac. et sic non indiguit insinuatione. per id quod voluit Oldra. consilio. cxxxix. incipiente, Ad habendam aliqualem notitiam ꝛc. Jo. an. in addi. Specu. titu. de instru. edi. §. porro. colum. vlti. versicu. fuit etiam alia questio de facto, duo fratres ꝛc. Albe. et Sali. in. l. fi. C. de pac. Ange. in. l. hereditarium. ff. de bo. autori. iudi. possi. et in dicta. l. sancimus. Joan. de Jmol. Roma. et alij in. l. aquilius regulus.

regulus.ff.de donat. Ange.consilio.clxxxj.colum.x.et Alexan.de imol.consi.xxviij.in tertio volu.† Tum & quia dicta donatio fuit iurata, et in illa fuit cum iuramento renuntiatum insinuationi quod fieri potuit vt voluit Joan.and.in dicto.§.porro.Joan. de imol.in dicto.c.cum cõtingat.in.x.mẽbro. et in dicta.l. acquilius regulus. Alexan.de imol.in.l.nemo potest.col.v. vbi etiam multos refert sequentes hanc partem.ff.de lega.j.& consil.iiij.colũ.xij. vel circa.ver.nec adhuc obstat si dicatur &c.in primo volu.vbi etiã plurimos refert, et quidem valentissimos docto. quorum aliqui scribendo, alij consulendo & alij scribendo & consulendo sunt hanc partem sequuti. Illam etiam sequitur Fran.de are.cõsi.ij. vbi plene.consi.xlvij.col.fina.& consi.lxxvij.pro hac opinione etiam allegantur multa fundamenta que vt predixi propter vitãdam prolixitatem non repeto.

5

Forte vero opponetur q̃ predicta donatio saltem ex eo valere non debeat: quia in ea non fuit obseruata solennitas statuti Prouincialis volẽtis qd sine illa nõ valeat donatio inter viuos excedens summam seu valorem decez florenorum. Sed hoc non obstat. Tũ quia vt predixi donatio predicta non fuit mera donatio, in & de qua videtur loqui statutum premẽtionatũ: q2 illa est proprie donatio. Sed fit donatio ob causam. Tum & quia illa fuit iurata, nõ ergo in ea habet locum predictum statutũ.† Quia statutum simpliciter loquens non debet intelligi de donatione iurata, vt probat Joan.de imol.in dicto.c.cũ contingat.in tertio mẽbro.ver.nunc pro declaratione materie an per statutum possit prohiberi &c.quia statutuz debet interpretari secundum ius commune.l.ij.C.de noxa.& c.cum dilectus. de consue. Sed de iure cõmuni semper potentius operatur actus iurat⁹ q̃ non iuratus.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de lega.ij.l. vnica.§.& cum lex.C.de rei vxo.actio.& l.pact.C.de colla. iuncto dicto.c. cum contingat.& c.q̃uis pactum.de pac.in.vj. Confirmãtur premissa, per id quod no.glo.fi.in.c.cum non deceat.de elec.in.vj.per quam dicit Ange.in.l.j.§. que onerande.ff. quarum rerum actio non da.quod licet papa vel imperator casset cõsuetudines vel statuta, non tamen intelligitur cassare statuta iuramẽto firmata: qd etiam voluerunt Lap. Abba.& Joan.and. in nouel. in dic.c. cum non deceat.pro quibus videri potest Alexan.de imol.consi.xxix. colum.penult.in tertio volu.& in multis alijs.& do. Jason may. in l.fina.col.ij.C.si contra ius vel vtili.publi. Tales enim solẽnitates introducte a iure cõmuni vel statuto municipali censentur introducte in fauorẽ donantium, vt probatur maxime ex not.per Barto.in.l.cunctos populos.q.vj.C.de summa trini. Et quod ponit Fran.de are.consilio.ij. quia fuerunt inducte solennitates huiusmodi ne donantes deciperentur. Ergo per suũ iuramentum possunt donantes derogare illis prohibitionibus factis in eorum fauorem.dicto.c.cum contingat.& aut.sacramenta puberũ.C. si aduer.vendi. Dicte igitur mutue & reciproce donationes superius mentionate et facte, per et inter dictos coniuges valuerunt et valent.

6

Ex quibus infertur q̃ testamẽtum de quo supra et donatio facta dicto fratri Hieronymo de clauso & domo superius mentionatis, vna cum bonis mobilibus in eadem existentibus non potuerunt preiudicare nec preiudicarũt dicto Petro bachaudi primo donatario.† Nisi forte quis dicat quod cum in dictis mutuis et reciprocis donationibus facta fuerit mentio mortis. Pro eo quia donantes voluerunt eas habere effectum post mortem, debuerint & debeant donationes huiusmodi cẽseri donationes causa mortis.l.seya.§.fina.ff.de dona. cau.mor.et.l.seia.et quod ibi glo.ff.de dote prelega. Sed hoc non obstat. Tum quia expressum fuit in donationibus huiusmodi q̃ dicti coniuges donabant donatione inter viuos. Pro quo allegasse sufficiat quod not.Salice.in.l.fina.C.de pac.et Fran.de are. consilio.xlj.colum.iij.ver. primum est quod cũ in instrumento &c. Tum et quia dicti coniuges iurauerunt tenere, attendere & obseruare et non contrauenire &c. Pro quo allegasse sufficiat.l.vbi ita donatur.et quod ibi doctores.ff.de donatio. et quod not. Alexã. de imol.in.l.que do.colum.v.ff.soluto matrimonio. et consilio.x. colum.ij.versic.predicta enim Maria donatrix promisit in dicto contractu donationis contra illam donationem non venire &c. in primo volumine.

7

Nec obstat si forte opponatur qd immo potuerit dicta dña Antoneta donationẽ predictaz reuocare propter pactum de quo in ea, in quo videlicet fuit dictũ et conuentum quod casu quo dictus Bachaudi eandem dominã Antonetam eius vxorem male tractaret, donatio predicta haberetur pro non facta, et quod ipsa esset in libertate disponendi de bonis suis, perinde ac si donatio huiusmodi facta non extitisset: propter quod videtur quod non solum potuerit ipsa domina Antoneta reuocare donationem superius mentionatam, sed etiam fuerit dicta donatio ipso iure nulla propter sequutum malũ tractatum, per id quod habetur in.l. generaliter. C. de reuocan. donatio. Et sic quod reuocatio postea per eã facta et donatio facta eidẽ fratri Hieronymo valuerint. Sed istud nõ obstat q̃m nõ est verũ qd idẽ Petrus bachaudi dictaz dñam Antonetam, postea male tractauerit, et dicenti contrarium, signanter prefatis domine Antonete et Hieronymo incumberet probatio. Tum quia quilibet tenetur probare id quod est fundamentum sue intentionis, siue illud sit factum affirmatiuum siue negatiuum.l.actor.C. de probationibus.l.de exceptionibus.ff.eodem titulo.l.si quis.C. de fabricen.libro.x.l.in illa.et.l.sequen.et quod ibi Barto.& doctores.ff.de verborum obligationi.et quod not. Innocen.in.c.super his.de accusa. Tum quia in regulariter prohibitis certo casu permissis non creditur verbo dicẽtis casum permissum subesse.l. qui testa.ff. de probatio.l. cum quis decedens.§.titia.ff.de lega.iij. et quod voluit Oldra.consilio mihi.clxxv.et dominus Jason may. in prelu.feu. char.viij.colum.ij.et Alexan. de imol.cõsilio.lv. exordiente, Consideratis verbis dicti statuti &c.colum.iij.in primo volumine. Cum ergo donatio predicta esset regulariter prohibita dicte domine Antonete.l. sicut. C. de actio.et obligatio.l. perfecta donatio.C.de donatio.que sub mo.et quod not. Joan. andr. in addi. Specula.titu.de re.eccle.non alie.super rubrica, & certo casu esset reuocatio donationis huiusmodi sibi permissa, scilicet si male tractaretur per dictum eius virũ, probatio huius casus permissi incumbit euz alleganti, per que patet quod reuocatio dicte donationis etiam si illa facta extitisset, quaz tamen fecisse negat dicta domina Antoneta, & donatio quam fecisse dicitur dicto fratri Hieronymo de clauso et alijs predictis non videt valuisse.

8

† Adijcio quod cum vt apparet ex casus positione clausum et domus essent bona dotalia, non videtur ipsa domina Antoneta potuisse illa donare dicto fratri Hieronymo, etiam si alia cessassent.l. si predium.C.de iu.do. et.l. constante.C.de dona. Uerum quia glos.in dicta.l. constante. quã aliqui sunt sequuti, videtur voluisse quod mulier possit donare actionem seu spem illius, non multum insisto super hoc fundamento.

9

† Quo vero ad testamentum de quo supra, certum est quod dicta domina Antoneta illud facere non potuit in preiudicium dicti eius mariti nec disponere de bonis que sunt futura sua post mortem eiusdẽz Antonete in vim donationis de qua supra.argu.l.conficiuntur.§.si post.ff.de iu.codicil. Preterea si non potuerit vel possit ipsa domina Antoneta disponere in contractu de dictis bonis in preiudiciũ dicti Petri bachaudi vt predixi, ergo nec in vltima voluntate.† Ista consequentia videtur procedere cum vtrobiq̃ subsit eadem ratio.l. seruum filij.§.enum qui chyrographum.et quod ibi doctores.ff.de lega.j.et.l.pactum inter heredem.et quod ibi doctores. ff. de pac. facit.l.fina.C.de lega.† Illud autem est certissimum quod licet dicta domina Antoneta iurauerit non reuocare predictum testamentum, ipsa nihilominus potest illud reuocare: quia non licuit sibi legem imponere a qua discedere non posset.l.si quis in principio testamenti.et quod ibi Bartolus et doctores.ff.de lega.iij.de quo tangit glos.in.c.vltima voluntas.xiij. questione.ij. Idem voluit Joannes and.in regula quod semel. de regulis iuris in.vj.in mercu. Baldus et Angelus in auten. sacramenta puberum.C. si aduer.vendi. Baldus et multi in.l.j.C.de sacrosan.eccle. et Joan. de imol.in dicto.c.cum contingat.in secundo membro. et Paulus de castro consilio.lvj.exordiente, Dico quod non obstante iuramento &c.et hec est communis opinio, q̃uis Specula.aliter senserit.tit.de instrumen.edi.§.compendiose.versicu.quid si quis iurauerit &c. sed ipsius sententia communiter reprehendit per doctores.

10

11

Poterit igitur dicta domina Antoneta reuocare predictum testamentum et facere aliud: erit tamen opus quod in secundo mentionem faciat de primo ac de conuentione et iuramento per eam facta, & prestito singula singulis oportune referendo per quas conuenit et iurauit non immutare vel reuocare predictum testamentum aut contenta in eo, sed illud & illa tenere ac perpetuo et irreuocabiliter obseruare. Et quod dicat se horum omnium penituisse et penitere, et quod propterea ex eius certa scientia cassat, reuocat & annullat huiuscemodi testamentum et contenta in eo: nolens illud aut illa quomodo libet locum habere. Que dixerim &c.

Consiliũ. CCCLXXXVI.

☞ De prosecutione antiquarum causarum et nouis nõ inchoandis.

Summarium.

1 ☞ Cause antique quando prosequende et noue non inchoande.

1 Ex† actis cause/immo profecto causarum dudum ceptarum, per et inter honestam quondã mulierem Margaretam monerie primo, ac deinde ex post ea per et inter nobilem virum Bertrandũ de comis tam suo ipsius ꝙ dicte Margarete eius vxoris et persone coniuncte nominibus ex vna parte, ꝛ nobilem Bertrandum aymarij ex alia: et que acta fuerunt parte honeste mulieris domine Antonete ruffe relicte nobilis Joannis aymarij, et nunc vxoris et persone coniuncte honorabilis viri Petri bachaudi mercatoris nominibus nouissime in hac causa producta. Constat ꝛ apparet clarissime de litispendentia tam pretextu, ꝛ ad causam summe centum et septuagintaquinqꝫ florenorũ, pro pretensa resta dotis nobilis quondam Dulcete aymarie, ꝙ pretextu et ad causam ducentorum florenorum. Et quidem de primo apparet per illum antiquum processum parte ipsius domine Antonete in hac causa productum qui vel totus vel quasi totus factus est, et nõ in vno tribunali seu sede. sed in diuersis, de et pro dicta summa centum et septuagintaquinqꝫ florenorum. De secũdo vero apparet per publicum instrumentum insertum. fo. cxxix. secundum quotam positam a parte inferiore dicti processus. Et ꝗuis forte prima facie non appareat quod ducenti floreni de quibus in dicto proxime mentionato instrumento, et ducenti floreni nouissime petiti in hoc nouo processu sint ijdem vel ex eadem causa deberi pretendantur, hoc tamẽ vt spero apparebit ex tenore instrumenti obligatorij mentionati in instrumento supra proxime mẽtionato. Et hoc sufficiet, et erit perinde ac si illi et causa ex qua deberi pretendantur expressi extitissent in petitionibus factis in hac causa. Pro quo [illegible] sufficiat quod not. Barto. in. l. si ita scripserit. ff. de conditio. et demonstra. Bald. Angel. Joannes de imol. et moder. in. l. asse toto. ff. de heredi. institu. et dominus Jas. may. in. l. fi. colum. iij. vel circa. C. de fideicommis. Debebat igitur Bertrãdus de comis si sua nomine quo in actis putabat interesse procedere in illis antiquis causis, non nouas inchoare in dispendiũ dicte domine Antonete eius aduersarie ꝛ vniuersalis heredis per media de quibus in actis.

Cõsiliũ. CCCLXXXVII.

☞ De substitutione conditionali per defectum conditionis expirante.

Summarium.

1 ☞ Substitutio conditionalis per defectũ ꝯditionis euanescit.
2 Liberi positi in conditione an censeantur substituti.
3 Uerba conditionaliter posita an inducant dispositionem.

1 Viso† consultationis themate mihi misso parte magnifici ꝛ potentis viri domini Ludouici moderni domini loci de Uouta. Dico ꝛ respõdeo breuiter et succincte quod cum domino Bremundo patri quondam naturali et legitimo eiusdẽ domini Ludouici superfuerint liberi, scilicet idem dominus Ludouicus et alius, substitutiones facte isto Bremundo per magnificum et potentem quondam virum dominum Ludouicũ eius auum maternum, expirauerunt propter defectum cõditionis. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Joannes and. in addi. Specula. tit. de testa. §. j. in addi. exordiente, Huic questioni accedit. ver. quinta questio. Oldra. consil. xxj. exordiente, Thema tale est, testator 2 habebat vnum fratrem ꝛc. et Paulus de ca. consilio. cxlvj.† Nec dici potest quod dictus dominus Ludouicus modernus dominus loci de Uouta vel alij liberi dicti quondam domini Bremundi censeri debeant fuisse eidem domi. Bremundo substituti Pro eo quia substituendo eidem domino Bremũdo fuerunt positi in cõditione, per id quod voluit glo. reputata singularis in. l. lucius. la. ij. ff. de heredi. institu. et probatur in. l. ex facto etiam agitatuꝫ. et in. l. si ita quis heres instituatur si legitimus. cũ ibi not. per glo.
3 et doctores. ff. de heredi. institu.† Ubi verba conditionaliter posita non inducunt dispositionem. ad quod facit. l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. cau. testa. ꝛ. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. j. Et istam opinionem sequũtur Dy. Jaco. de are. Cy. Bar. Francis. tigri. Rayne. Baldus, Angelus, Joannes de imo. ꝛ moder. in dicta. l. lucius. Joannes and. in dicta addi. huic questioni accedit ad finem. Bald. in. l. potest quis. per illuꝫ textum. ff. de vulga. et pupil. in. l. si emãcipati. C. de colla. in. l. quod scitis. C. de bo. que libe. in. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. Oldra. consil. cxli. exordiente, Thema tale est dominus canonicus ꝛc. ad finẽ. Joã. de imol. in. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad trebel. et Petrus de ancharano in. c. si pater. de testa. Et ita etiam consuluit Alexander de imol. consilio. cxcix. exordiente, Uiso prestanti consilio ꝛc. in secundo volumi. Non ergo habuit dictus dominus modernus Uoute bona prefati quondam domini Ludouici eius proaui materni in vim testamentarie dispositionis eiusdem domini Ludouici, nec in vim dispositiõis huiusmodi sunt illa habituri successores ipsiꝰ domini moderni. Pro eo quia vt dixi nõ fuerunt per ipsum quõdam dominum Ludouicum testatorem substituti vel al's inuitati. Propter quod existimo magnificum dominum Gilbertuꝫ huius moderni domini filium naturalem et legitimum posse succedere in Uouta et alijs bonis dicti quondã domini Ludouici eius abaui, etiam si non deferat eius arma: quia cum non fuerit per dictum quondam dominum Ludouicum honoratus, non potuit de hoc, hoc est de armis portãdis onerari. l. ab eo. C. de fideicõmis. et quod ponunt docto. post et contra Bartol. in. l. centurio. in. iij. questione principali. versi. quero vlterius quid si testator dixerit si filius meus decesserit sine liberis vel liberi sine liberis. ff. de vulg. et pupil. Et per hec patet non oportere aliter respondere ad secũdum quesitum.

Cõsiliũ. CCCLXXXVIII

☞ De testamenti reuocatione et illius cõfirmatione.

Summarium.

1 ☞ Testamentum et codicillum iuramento conditi an reuocari possint.
2 Testamenti confirmatio nascitur cum testator moritur.

Viso consultationis themate mihi misso parte proborum virorum Petri et. N. pensini filiorum quondam naturalium et legitimorum defuncti viri Bertroni pensini et fratrum honeste quondaꝫ mulieris Joanne pensine relicte Bertrandi gili de viridibꝰ, ꝛ dubijs ex themate consultationis huiusmodi elicitis.
1 Dico ꝛ respondeo prout infra.† Et primo ad primum ꝙ cum vltima voluntas cuiusmodi sunt testamentum ꝛ codicilli sit ambulatoria vsqꝫ ad supremum seu vltimum vite exitum. l. cum hic status. §. ait oratio. ff. de dona. inter virum ꝛ vxorem. ꝛ. l. quod si iter. ad fi. ꝛ quod ibi glo. ff. de adimen. lega. potuit dicta quõdã Joanna reuocare primum testamentum per eam factum et codicillum inde sequutum, illum videlicet in quo legasse dicitur vnum calicẽ pretij quindecim florenorũ ecclesie de Uiridibus, et venerabili viro domino Joãni cornuelh capellano de Uiridibus, omnia iura et actiones que ꝛ quas ipsa Joanna pensine habebat ꝛ habere visa erat, in ꝛ super bonis tam mobilibus ꝙ immobilibꝰ dicti Bertroni eiusdem Joanne quondam patris, ꝛ potuit dicta Joanna reuocare non solum dictos primum testamentum ꝛ codicillum et legata in eis facta ꝛ relicta, sed etiam donationes causa mortis si quas in eis vel altero eorundem fecerit: quia donatio causa mortis est ambulatoria, ꝛ potest reuocari. institu. de donationibus. in principio. et quod ibi glos. super verbo, penituisset. et. l. non omnes. et quod ibi doctores. ff. si certũ petatur. Et quia istud nõ habet, scilicet quin ipsa Joanna reuocationem huiusmodi facere potuerit

potuerit,ego vlterius nõ insisto.Voluissem tamẽ videre tã dictos primũ testamentũ & codicillũ ꝙ vltimũ testamentũ propter clausulas derogatorias,que forte posite sunt in dictis primo testamẽto & codicillo.Et quia nescio si in dicto vltimo testamento fuerint necessaria obseruata,et presertim si fuerint instituti omnes filij et filie dicte quondam Joanne ac nepotes et neptes seu felesení & felesene,si qui supererant ex filio predefuncto,aut saltem eis et eorũ cuilibet aliquid iure institutionis relictum.

2 †Ad secundum quesitũ dico et respondeo ꝙ cum testamẽtum cõfirmetur morte testatoris aut testatricis.c.cum marthe.de celebra.missa.potuit eadem Joanna post dictũ primũ testamentũ,et illo nõ obstante quittare et remittere bona paterna dictis eius fratribus,quia per dictum testamẽtum vtpote nõdum confirmatũ non desierant bona huiusmodi esse sua.Potuit igitur de eis disponere put placuit,quia quilibet est moderator et arbiter rei sue.l.in re mandata.ff.mãdati.l.dudũ.C.de contrahen.emptio.l.polla.C.de his qui.vt indig.&.c.de his.ad fi.cum suis simili.de sepul.Que dixeriz sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Cõsiliũ.CCCLXXXIX.

De constitutione incorrecta alienationez prohibente,et de locatione.

Summarium.

1 Nullius que dictio sit.
2 Omnino aduerbium quid importet.
3 L.illud.C.de sacrosan.eccle.quomodo intelligatur.
4 Alienare an censeatur qui locat.

Vidi copiã Pauline cõstitutionis mihi missaz ex ciuitate Arelatensi, que etiam apparet mihi incorrecta,vidi et alias postea etiaz incorrectas,ita vt nullã reperire potuerim que sit bene correcta,& signanter in puncto occurrenti,et presertim in ver.Si quis autem contra huius &c.vbi si poneretur.Si quis autem contra huius nostre phibitionis seriem de bonis et rebus eisdem quicꝙ alienare vel al's contrahere presumpserit,alienatio hypotheca &c.tunc videretur esse minor difficultas,quia videret ꝙ arrẽ-

1 damentum de quo queritur non valuerit etiã p triennio,†et hoc ppter illa verba,nullius omnino sint roboris vel momẽti.Ponitur em̃ hic dictio nullius,quam nemo dubitat esse signum vniuer-

2 sale.†Ponitur etiã dictio omnino,q̃ est precisa et importat idez ꝙ indistincte seu omni casu.l.si cum exceptione.§.quatenus.et qđ ibi glo.ĩ verbo,omnino.ff.qđ me.cau.l.vbi aũt.§.fi.& qđ ibi glo.ff.de verbo.oblig.l.j.et qđ ibi glo.C.quomo.& quan.index.quod etiã voluit Alexan.de Jmol.in.l.fi.col.penul.C.de institu.et substitu.sub condi.fac.et in.l.precibus.col.j.C.de impube.et alijs substitu.et Fran.de are.in.c.qualiter et quando.le.ij.colũ.x.vel.xj.versi.sed tu vide &c.de accusa.Quis oppositũ facere videatur.l.illud.ver.siuero amplioris.C.de sacrosanct.eccles.iuncta.l.sancimus.§.j.

3 et.l.si quis argentum.§.sinautez amplioris.C.de dona.†Ex quibus colligitur ꝙ licet in dicta.l.illud,dicatur ꝙ donatio excedẽs summam legitimam seu donari pmissam,non valeat:hoc tamen intelligitur non ꝙ nõ valeat in totũ,sed quatenus excedit summã legitimam,et sic in residuo valet,nec vitiatur vtile p inutile:quia possunt ab inuicem separari.Sed hoc forte est,p eo quia dicta.l.illud.non sic precise loquitur,vt in casu nostro.Et quia etiam dicta.l.sancimus.§.j.et.l.si quis argentum.ita declarant per dictã.l.illud.Sed in dicta constitutione in ver.si quis autem,non ponuntur illa verba que superius retuli,scilicet vel aliter contraxerit,sed dicitur.Si quis autem contra huius nostre phibitionis seriẽ de bonis et rebus eisdem quicꝙ alienare presumpserit,alienatio &c.Hoc autem alienasse fecisse non videtur bone memorie domina

4 Catherina de sancto Michaele abbatissa,†quia per arrẽdamentum seu locationem non censetur quis alienare.l.nõ solet.ff.loca.Et licet lex enumeret multos contract⁹ qui veniunt appellatione alienationis.l.fi.C.de re.alie.non alie.ibi tamen non enumeratur locatio.Fateor tamen ꝙ vbi arrendamentum seu locatio fieret ad totum tempus,tunc per eam fieret alienatio.per id quod not.doc-to.in.l.codicillis.§.instituto.ff.de legat.ij.et quod not.docto.in cle.j.de re.eccle.non alienan.et per Barto.in.l.j.§.quod autem.ff.de superficie.Per arrendamentum igitur seu locationem de qua queritur,et que facta est ad quadriennium non videtur facta alienatio.Et sic non videtur purificata illa conditio posita in dicto versi.si quis autez.ibi,alienare presumpserit.Et sic nec esset locus dicte constitutioni,verũtamen quia ibi sit expressa mentio de locatione et cõductione:ergo non audeo firmare ꝙ illa valuerit in aliquo,et metu censurarum consulo concordiam.Quis vt predixi dicta constitutio videatur mihi multuz incorrecta,& non putem aliquomodo ꝙ sub eo tenore quẽ vidi condita extiterit.

Consiliũ.CCCXC.

De contractu permutationis,et de actione ex permutatione.

Summarium.

1 Actio ex pmutatione quando acquiratur permutanti.
2 Permutatio quid sit, et an post contractum possit permutans penitere.
3 Petitio non concludens ex narratis an repellenda.

1 Etiam† si proposita & deducta parte nobilis viri Francisci ancelini in quadam eius cõparitione exordiẽte,Anno natiuitatis dñi &c.facta contra pbos viros Joannẽ bilhonis et Stephanum ianaudi loci de Jocassio,vera essent put non creditur saltem per modum per quem pponũtur,non potuisset tamẽ idẽ nobilis Franciscus cum effectu agere vel experiri contra dictos Bilhonis et Janaudi.Et quidem non p obtentione seu consecutione adimplementi illius pretense permutationis,de qua in dicta eius cõparitione:quia ex permutatione nõ queritur actio permutanti,nisi rei interuentu,hoc est interuentu adimplemẽti eius qui nititur experiri,vel nisi subiecta stipulatio & ex verbor obligatione actionem sibi quesiuisset.l.ex placito.et quod ibi per omnes scribentes.C.de re.permuta.et q[illegible] Pau.de [illegible] der.p[illegible] eum in.l.si pecuniam.ff.de condi.ob cau.et.ff.de verborum obliga.in rubri.vbi etiam Alexan.de Jmol.et.l.j.in principio.in vlti.col.ff.de pac.vel nisi interuenisset iuramentum.per id quod not.Bal.in.c.q̃ in ecclesiarũ.de constitu.Jo.de Jmol.in.l.ij.§.sed et si quis.ff.de donat.vel in permutatione interuenissent aliqui ex casibus per modernos recitatis in dicta.l.si pecuniam.quorum nullus in-

2 teruenisse proponitur in dicta comparitione.†Est enim permutatio contractus innominatus,et propterea adeo debilis,vt non solum regulariter non detur ex eo actio,nisi interuento adimplementi eius qui agere nititur.Sed etiam vt post contractuz adimpletum possit qui adimpleuit penitere,et ex capite penitentie repetere quod tradidit seu dedit.per id quod no.glo.in dicta.l.si pecuniam.super verbo,sed cum liceat.et quod ibi Barto.et alij scribentes.Et cui etiã licitum est non recipere,quod per partez tradi vel dari conuenerat.l.qui pecuniam.ff.si certum petatur.l.penult.ff.que res pigno.obliga.pos.l.j.et.l.potior.in principio.ff.qui potiores in pigno.habean.quod etiam voluit Barto.et alij scribentes in dicta.l.si pecuniaz.ff.de condi.ob cau.Cum ergo dicti Joãnes bilhonis & Stephanus ianaudi dixerint se penitere et eos peniteat dicte pretense pmutationis,que etiam non fuit parte dicti nobilis Frãcisci adimpleta,nec adimpleta proponitur, nõ debẽt nec possunt ipsi p adimplemẽto conueniri vel cõpelli per p̃dicta.

Preterea nec possunt ipsi ioannes et Stephanus cõueniri possessorio retinende possessionis prati,de quo in actis,quia si in vim cõtractuum nominator quarum vires sunt maiores ꝙ cõtractuum innominator,non possit cõtrahens etiam post cõtractum p sua parte adimpletum apprehendere possessionem rei sibi dari vel tradi conuẽte sine partis voluntate seu consensu.per id quod habet in.l.nec ex vera.et.l.ij.C.de acqui.pos.et.l.si ex stipulatione.et quod vtrobiꝗ not.scribẽtes.ff.eo.titu.Multo fortius nõ potuit dictus nobilis Frãciscus in vim dicte pretẽse pmutationis,et sic cõtractus innominati et debilis et ante implementum illius parte sua factum apprehenderẽ vel adipisci possessionẽ dicti prati sine cõsensu vel voluntate dictoruz Joannis Bilhonis & Janaudi.Quibus non obstat quod ex aduerso pretenditur,scz dictos nobilem Franciscum ex vna parte,et

Joannē & Stephanum ex alia, se vicissim et mutuo tactu manuū inuestiuisse de predijs pmutatis, quia nō ppterea dici potest tradita possessio, nisi forte hec pretensa inuestitura facta extitisset in ipsis predijs ant eorum cōspectu. Non enim est inuestitura actus vel modus introductus ad translationem possessionis. Et q̄uis sint qui dicant q̄ de cōsuetudine p inuestituraz factam p traditionem birreti vel anuli, censeri debeat cōcessa licentia apprehēdēdi possessionem, hoc tamen non reperitur q̄ ex inuestitura facta per tactum manuū censeatur concessa licentia adipiscendi seu apprehendendi possessionem, et dicenti vel asserenti cōtrarium incūbit pbatio, pro eo quia consuetudo huiusmodi est quid facti, factum aūt non presumitur. 3 † Ex quibus omnibus apparet petitionem factam in dicta pretēsa cōparitione fore et esse repellendā, vtpote non cōcludentem ex narratis. l. neq̄ natales. l. ad probationez. C. de pba. l. non hoc. C. vnde legiti. et. c. cum cōtingat. de offi. delega. Et ita mihi videtur sub correctione &c.

Consiliū. CCCXCI.

De dote per patrem egenum filiabus constituenda.

Summarium.

1 Pater an possit filiū aut filiam in legitimam grauare.
2 Pater non habens vnde dotem filie constituat quid facere tenet.

Ex casu mihi misso p nobilem Nicolaum rodulphi eliciuntur tres questiones, ad quas respondeo breuiter & succincte put infra. Et primo ad primum, q̄ cum dictus nobilis Nicolaus habeat vnum filium et duas filias naturales et legitimos, horuz omnium legitima est tertia pars bonorum suorum deducto ere alieno et funeris impensa: et sic legitima cuiuslibet est nona pars predictoz bonorum. aut. de trien. et semis. §. j. colla. iij. et transumptiue in aut. nouissima. C. de inoffic. testa. 1 † Nec pōt ipse nobilis Nicolaus dictas eius filias aut earum aliquam grauare quin ipse et earum quelibet habeant dictam nonam partem si voluerint. l. omnimodo. l. qm̄ in prioribus. C. de inoffi. testa. et aut. vt cum de appella. cogno. §. ceterum. collat. viij. Propter quod attento valore bonorum suorum de quo in casu laudo et consulo q̄ ipe leget et relinquat iure institutionis dictis eius filiabus et earū cuilibet aliqua de speciebus seu corporibus et bonis suis, aut summaz pecuniariam de qua verisimiliter vna cum dotibus constitutis debeant contentari, et q̄ in rebus huiusmodi seu summa et dotibus respectiue eas heredes instituat.

2 † Ad secundum dico et respōdeo q̄ nobilis Ludouicus pater filiaruz tenetur eas dotare, quia hoc est paternum officium. Sed quia non habet vnde, si dict⁹ nobilis Nicolaus eas dotare velit hoc facere poterit, sed aduertendum est an velit dictas eius neptes seu felezenas dotare et pro eis dotem constituere contemplatione et amore ipsarum felezenaruz vel contēplatione et amore dicti nobilis Ludouici eius filij et patris predictarum filiarum. Et si velit et intēdat eas dotare seu dotes pro eis constituere contemplatione et amore predicti domini Ludouici eius filij: erit bonum q̄ istud exprimatur in instrumēto constitutionis dotis seu dotium, et q̄ dicatur q̄ licet idem nobilis Ludouicus teneatur constituere dotes &c. pro dictis eius filiabus, quia tamen ipse non habet bona vnde eas dotet vel dotē seu dotes pro eis constituat. Idcirco dictus nobilis Nicolaus eius pater contemplatione et amore eiusdem nobilis Ludouici, et pro ipso dedit/cōstituit/et assignauit in dotem &c.

Ad tertium dico et respōdeo q̄ in constitutione huiusmodi dotis seu dotium erit bonū & expediens q̄ idem nobilis Nicolaus vt et tanq̄ auus paternus & legimus administrator dictaruz eius felezenarum, det/constituat/et assignet in dotem/p dote/et nomine dotis summas pecuniarias eis relictas per nobilem. N. earum quondam matrem, ac omnia/ vniuersa/et singula iura eisdem spectantia in bonis &c.

Secundus tomus Consilioꝝ et Resolutionum domini Stephani Bertrandi de Carpētoracto totius legalis discipline Doctoris antesignani, cū Argumētis/ Summarijs/ et castigata admodum insigniq̄ impressione finē sortitus est in Tipographia diligentissimi viri Dionysij de Harsy, Anno instaurati orbis. 1531. 19. Decembris.


SANCTA
SALVE
FACIES
Symon Vincentius.

STEPHAN

Bertrandi

Consilia

et

Res[illegible]iones

volum[illegible] secundum


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm